BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUEL
13
6 K
38

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28.3.10
28
C
10
28
10
13-11. A. 34

# TRACTATUS
# DE
# RECUSATIONIBUS

OMNIUM JUDICUM, OFFICIALIUM-
que tàm Juſtitiæ commutativæ, quàm diſtributivæ utriuſ-
que fori tàm ſæcularis, quàm Eccleſiaſtici, ſive re-
gularis, à nemine,

UT PAR ERAT, IN LUCEM EDITUS, NUNC
primùm in lucem datus.

OMNIBUS
SIVE SÆCULARIBUS, SIVE ECCLESIASTICIS, SIVE REGU-
laribus non tantùm utilis, ſed neceſſarius.

*AUTHORE*
*DIDACO GUERREYRO CAMACHO DE ABOYM*
*Auriquienſi olim Marvonis, & Ulyſipponis Judice Forenſi,
& Orphanorum, poſteà Fiſci Inquiſitionis Eborenſis Ju-
dice, ac Familiari, nunc Conimbricenſis, & in ſenatu
Portuenſi Senatore.*

PRÆCLARISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO DOMNO
EMMANUELI GUERREYRO CAMACHO DE ABOYM
Algarbienſis Sedis Decano maximo Sanctæ Inquiſitionis
Eborenſis Inquiſitori præſidi fratri ſuo amabilliſſimo.
D.

CONIMBRICÆ:
*Cum Superiorum Permiſſu, & Authoris expenſis.*
Ex Officina JOANNIS ANTUNES Anno 1699.

# LICENÇAS

OS MM. RR. PP. MM. Doutores Dom Joſeph de Jeſus Maria,& Mathias Correa,Qualificadores do S. Officio revejaõ eſte livro,& informem com ſeu parecer. Coimbra em meza 2. de Junho de 1698.

*Joaõ Duarte Ribeyro.*

DE mandato Dominorũ Inquiſitorũ hujus Civitatis Conimbrienſis hũc vidi de recuſationibus tractatũ, Authore emeritiſſimo, & nunquàm ſatis laudando juris ſenatore D. Didaco Guerreyro Camacho de Aboym, cujus feliciſſimum nomen ita clariſſimis ingenij, nobilitatis, virtutis què monumentis Regnum hoc, Orbem atque illuſtrat, ut tanti nominis fama ad ſempiternam temporis memoriam facilè ſit propagatura; quod ſanè veneratur in præſtantiſſimo hoc juris ſenatore, ſua què experientia nunc comprobat Conimbria, repetitis què adhuc nunc præconijs circunſonat ſapientiſſima accademia, quæ ſicuti ei munifice olim nitidiſſimos impertivit ſcientiæ theſauros, ejus què meritis jam antea notis munus auguravit ſenatoris, ita clariſſimi luminis ſui reverberati viciſſitudine non minora nunc ab eo accipit, quam ei dedit, inauguravit què radiorum incrementa, tot què eum mire ſuæ ſapientiæ illuminatum gemmis, tot ſplendentibus ſuarum virtutum, inter quas lucidius juſtitia emicat, ſtellis jucundiſſimè radiantem, laudabili quadam æmulatione non tam videt quàm invidet. In hoc igitur de recuſationibus tractatu nihil reperio quod à fide, bonis vè moribus recuſari valeat; immo ſi, ut par eſt, preſpiciatur, venerabundo ſilentio potius à me coli par erit, & omnis præter ipſummet opus de illo cenſura recuſari; etenim ultra quod alieno non egeat ſplendore qui glorioſus triumphat in ſuo, ipſum ſolum ſibi, ut par eſt, laudem facit, ac prætium, proinde què ut elingues reddit cenſores. Occulorum ergo ante aci-

¶2 em

em ſtatuendo venerationis velum luminibus tanti operis obductum, potiùs in eo admiror, quàm cenſuro lucidiſſimos ex fulgentiſſimo Autoris nominis ſole promanentes radios, qui què ſempiternæ memoriæ commendati, & triumphales ei erigent arcus, laureas què texent coronas, & immortalis gloriç adornabunt triumphos. Conimbricæ, in ſapientiæ Collegio, 18. Junij anno 1698.

*Dominus Joſephus à Jeſu Maria.*

DE mandato Sanctæ Inquiſitionis diligenter evolvi, & attentè legi Tractatum de Recuſationibus, à ſapientiſſimo D. Didaco Guerreyro Camacho de Aboym inceptum feliciter, & facilè abſolutum. Opus eſt ſanè eruditum, & per utile juris profeſſoribus, in quo ùberem ingenij ſui fecunditatem Author oſtendit. Nihil in eo accuſandum, incuſandum nihil, nihil recuſandum; omnia ſanæ Fidei, bonis què moribus conſona invenio. Dignum proinde cenſeo, quod lucem publicam videat, in commune reipub. commodum. Conimbricæ, in Collegio Societatis Jeſu, 10. Auguſti 1698.

*Mathias Correa.*

PODE imprimirſe eſte livro, mas naõ corra ſem nova licença para o que torne conferido. Coimbra em meza 23. de Agoſto de 1698.

*Joaõ Duarte Ribeyro.*

PODESSE imprimir viſta a licença do S. Officio. Coimbra Agoſto 23. de 1698.

*Manoel joam.*

MANDA El-Rey noſſo Senhor, que o Doutor Franciſco Mendes Galvaõ Dezembargador da caza da ſuplicaçaõ veja eſte livro, & com ſeu parecer o remeta à meza. Lisboa 29. de Septembro 1698.

*Roxas.* *Marchaõ.* *Ribeyro.*

MULTA

MULTA, quę de recuſationibus apud varios Authores ſparſim edocta inveniuntur, hìc cumulavit noſter eruditiſſimus *Guerreyro*, non ſine proprio labore, non ſine publica utilitate, tantùm laudis hoc opere ſibi comparando, quantùm commoditatis Reipublicæ afferendo. Quis enim non videt quanta legum notitia, quanta librorum lectione, hoc opus extructum fuiſſe? Quis de ejus utilitate dubitabit? Illud ergo typis dignum credo. Ulyſipone 25. Octobris anno 1698.

*Franciſcus Mendes Galvaõ.*

QUE ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do S. Officio, & Ordinario, & depois de empreço tornarà à meza para ſe taxar, & conferir, & ſem iſſo naõ correrà. Lisboa 28. de Outubro de 698.

*Marchaõ. Sylva Pereyra. Lopes Oliveyra. Manoel da coſta.*

PODE correr eſte livro. Coimbra em Meza 15. de Mayo de 1699.

*Joaõ Duarte Ribeyro. Nuno Maſcarenhas de Britto.*
*Paulo Affonſo de Albuquerque.*


TAxaõ eſte livro em dez toſtoens. Lisboa 23. de Mayo de 1699.

*Duque Preſidente. Marchaõ. Lopes Oliveyra. Coſta.*

# ERRATA GRAVIORA SIC CORRIGE.

IN dedicatoria in fine §. 1. in utramquam lege in utramque. In prologo obſervari lege obſervavi, aſſeverint lege aſſeveraverint, viviciora lege vivaciora. In libro 1. cap. 19. n. 1. in violētis, lege in violentijs, in cap. 21. ſit recuſantis lege ſic recuſanti. In libro 3. cap. 12. num. 3. quod hoc lege quo ad hoc; cap. 16. num. 31. Rol de peccados lege rol de pejados. In libro 4. cap. 3. numer. 22. non reris lege ne reris, ibidem num. 61. Argumentum lege argentum; cap. 8. num. 7. interritus lege interitus; cap. 12. num. 24. homini lege homine, & cap. 8. num. 55. dele poſſint, cap. 13. num. 7. potuerunt lege poſſunt, ibidem num. 8. floerunt, lege floruerunt, ibidem num. 14. regionem lege religionem, ibidem num. 2. Franciſcus lege Alphonſus, ibidem num. 76. religionibus lege regionibus, ibidem num. 82. magis lege magnis, ibidem num. 119. rationem lege nationem; cap. 14. in fine Alphonſum lege Alphonſus; cap. 16. num. 67. ſpes lege ſpecies, & num. 8. nactas lege nactus. In libro 6. cap. 12. num. 27. inter verbum caput, & verbum ex adde quod; cap. 21. num. 6. anteponendus lege ante ferendus. In indice verbo dellatio lege dillatio, & in verbo executor cap. 8. lege 10. lib. 5. cap. 7. num. 34. tit. 42. lege tit. 22. lib. 4. cap. 13. num. 113. ad ocultum lege ad oculum, ibidē veni lege veri, lib. 5. cap. 1. num. 19. condita lege conditas, lib. 5. cap. 4. n. 22. comfrates lege confratres. Tandem ubi inveneris verbū luſpicio, judiciū, privilegium, juriſdictio, otium, & ſimilia verba barbare ſcripta, prout in varijs locis reperiuntur, quæ hic referri non poſſunt, corrige 2. caſum, quem Oratio poſtulaverit, & non mihi, ſed librarijs tribue culpam, quos cum Martiali accuſo.

Non meus eſt error, nocuit librarius illis.
Iſta tamen mala ſunt: quæ ſi manifeſta negamus
Hęc mala ſunt: ſed tu non meliora facis.



## CLARISSIMO VIRO, AC NOBILISSIMO DOMINO DOMNO

# EMMANUELI GUERREYRO CAMACHO DE ABOYM

ALGARBIENSIS SEDIS DECANO, SANCTÆ Inquiſitionis Eborenſis Apoſtolico Inquiſitori, & Præſidi Fratri ſuo chariſſimo.

NON *ea mihi mens, Frater in primis chariſſimè, clariſſimum genus tuum laudibus commendare, nè meum, quod idem eſt, inſimul videar extollere, & dum ſinceram, germanam que virtutem in propatulo pono, illam obſcuritatis nota aſpergam, virtus enim à domeſticis laudata, ſin minus deprimitur, magnâ ſaltem ex parte corroditur: quare ſacrum inter, ut ajunt, & ſaxum*

ſaxum poſitus, non delibero, an Maiorum noſtrorum egregia virtutum decora curſim perſtringam, an ingenuo ſilentio prætercam. Par in utroque ſcelus, ſive loquar, ſive ſileam, ubi nec loqui licet ſine jactantiæ labe, nec ſilere ſine derogato Maiorum noſtrorum debito laudationis ſplendore. Siluiſſe præſtat, quàm loquendo honorem ſauciare; ægrè enim creduntur heroicæ mentis facinora, quæ proprio ore commemorantur: Equidem laudatus maximè, & ſatis eſt, qui fecit maxima. Quid ergo loquar nè cum jactantiæ crimine, an cum detractions nota ſilebo? Ubi in alterutram partem diſcedere prohibemur, abire in utraquan non vetamur.

Quam obrem, ne dum in gentilitiæ noſtræ familiæ laudes effundor, mihi vaniſſimi capitis maculam inuram; ea, qua potero brevitate ante oculos ponam Maiores noſtros, non ut illorum facta commendem, ſed ut ideas, exemplaria que pulcherrima, quæ nos ad ipſorum imitationem ſuaviſſimè invitent. Famoſæ hæce & fumoſæ antiquitate ſuà imagines quàm pulchrè palatum proritant? quàm bellè delicatiſſimo famæ penicillo deſcriptæ ſunt? Ut non depingi accuratius, aut vivaciùs illuminari, diſtinguivè poſſe coloribus cenſeam?

In his certè felicibus ideis totius Mundi partes effigiatæ ſunt utpotè adquas Maiores noſtri, & virtute, & famà pervenere: Hoc atteſtatur Aſia, quæ Faria, Pinto, ac Meneſio 1 liquidò atteſtãtibus duo illa belli fulmina Lancellotum, & Emmanuelem Guerreyro vidit, & expavit. Idem fatetur monſtrorum Africa ferax, aliud in alteri Lancelloto Guerreyro virtutis monſtrum experta: hic ille eſt, qui Prætoriæ claſſi ab Infante. D. Henrico Præfectus in fortitudinis teſſeram ab ſubactis Africæ Inſulis Leonem extraxit Leo alter, ut in uno geminos cerneret Luſitania: Eſſet que totius familiæ inſigne, eàmque Regio Leone coronaret: & nè figmenta poſteritati hæc fiant, Fariæ, & Barrij 2. commentarijs eniχi, illorum fidem expoſtulamus. Hoc ipſum deprædicat Hiſpania, quæ ſe ſe mirificè jactat nobiliſſimâ familia de Ubio cognominis tui glorià illuſtri: ab hac fæcundiſſima pariter, & antiquiſſima radice conſanguineus ille tuus Sereniſſimæ Joannæ Sebaſtiani Matris teſtamentarius Antonius 3. Guerreyro egregie polluclavit. Et ut ſacram anchoram imploremus, idem met Concilium Tridentinum rem, de qua agimus fide ſuà roborabit: quis enim eſt, quem lateat inter tot Ortodoxæ fidei ſoles, Patres ſcilicet antiquitate ſuà, & doctrina venerabiles, comitem, & pediſequum interfuiſſe. D. Petrum 4. Guerreyeo granatenſem Archiepiſcopum, qui minora ſydera ſapientiæ ſuæ luce longè præivit, vivit adhuc, & vivet quoàd viχerimus in ipſo marmoreo, quod Societati Jeſu erexit templo, ubi memoriæ ſuæ monumentum ære perennius, regâli que ſitu pyramidum altiùs æternitati ſacravit; Loppum Guerreyro Mexicanæ Inquiſitionis Inquiſitorem, poſtea novi regni Granatenſis Indiæ Occidentalis Archiepiſcopum de quo Paramus 5. fratrẽ Chriſtophorũ Guerreyro Dominicanum ejuſdem Inquiſitionis Mexicanæ Deputatũ de quo idem Paramus 5. & ut in Luſitaniam me recipiam, nè peregrina videar aucupari ante oculos obverſetur per illuſtris Sebaſtiani 5. Gonſales Louſam imago Regis Henrici Cappellanus, & ſacri Tribunalis Eboræ diligens Deputatus, ſi Souſæ credimus. Prætereo, nè multus ſim Emmanuelem Guerreyro Camacho Algarbienſis Sedis Canonicum, ejuſque Epiſcopatûs Viſitatorem. P.P. Bartholomeum 6. Guerreyro, & Ferdinandum 7. Guerreyro Societatis Jeſu diligentiſſimos ſcriptores; Franciſcum Guerreyro Leitaõ, Emmanuelem Camacho de Britto ſenatùs ſuplicationis eximios Senatores; ſilentio prætereo Alphonſum 8. Alveres Guerreyro Regis Joannis 3. ſenatorem, & Scriptorem dexterrimum. Miſſos etiam facio innumeros penè Militarium Ordinum viros, in his enim enumerandis modeſtus potiùs eſſe cupio, quam moleſtus.

Hæ

1 Faria tit. 1. das ſuas Aſias 1. parte c. 1. & tom. 2. cap 1. cap. 14 Barros decada 1 lib. 1 cap 8. colũna 2. & cap. 11. colũna 11. Meneſes tom. 1. de Portugal reſtaurado.

2 Pinto cap. 146. in fine. Faria ſupra cap. 14. n. 8.

3 Luis de Cabreyra na choronica de Phelipe 2. lib. 10. cap 14

4 Ribadaneira vida de S. Ignacio lib. 3. cap. 22. & lib. 4 cap. 10.

5 De origine Sanctæ Inquiſit. lib. 2. tit. 2. cap. 21. n. 18. Souſa de origine Inquiſitionis §. 2.

6 Valaſco na peſſidia de Alemanha lib. 1. ar. 2. §. 1. & 2.

7 Souſa in Luſitana libertatà in appendice ad cap. 1 notabili 11. n. 58. & 59.

8 Faria no ſeu epithome cap. 15. Scobar de puritate 1. p q 3 §. 3. n. 56. & 59.

*Hæ ſunt Maiorum noſtrorum breves quidem mappæ, ſeu potiùs ideæ, quæ non tàm domibus, quàm animis appendi debent: Sed quàm pulchrè has referri á te video, frater chariſſime, cum ſanguine certe, & ſpiritu nobiliſſimam hauſiſti indolem: Formoſæ hæ imagines non tàm oculis tuis patuere, quàm animo. Infinitus eſſem, ſi recenſere vellem, quas ab his exemplaribus copias, ſeu ideas tranſtuliſti in te ipſo delicatiori penicillo deliniandas. Quid de ſapientiâ tuâ, quam utraque Academia jure meritò debitis honoribus proſequuta eſt; Eborenſis ſcilicet, quæ te Theologum Doctoris laureâ inſignivit; Conimbricenſis, quæ te juris Canonici verum oraculum ſemper æſtimavit, & colunt: Quid de tua æquitate in judicando, & mirà in gubernando dexteritate? Tu Algarbienſis regni Epiſcopatum viſitaſti, ibi Proviſor fuiſti, & Gubernator, idem que in tribunali Nũciaturæ ſæpè judicaſti.*

*Quid de ſumma illâ integritate, ac pietate, qua in ſancta Eborenſi Inquiſitione Primarius Inquiſitor nullius unquàm zello inferiorem paſſus es? Quid de integerrimis tuis moribus, clarisque virtutibus? Hic ſanè, niſi tua obſtaret modeſtia æternus forem. Illud unum oportet animadvertere, quæ ſcilicet pietatis munera tibi ſemper commiſſa fuerint, ut inde unuſquiſque conjiciat, quanta pietate, ac virtute florueris.*

*His autem meo rudi calamo detritis potiùs, quàm laudatis ad ea me totum confero, quæ & te de me optimè meritum, & omni laude digniſſimum efficiunt: hùc omnes meæ orationes nervos intendere debuiſſem, ſi tamen pro re adeò difficili par ulla inveniri poſſet Oratio. Annum agens ſeptimum, relictis patribus ad tuam ſocietatem me primum contuli; apud te latinæ rei primam operam dedi, cujus præceptis ſatis inſtructus, & juris prudentiæ legibus, regalibus miniſterijs me adſcripſiſti; Illud autem ſummis præconijs extolli à me debet, quòd interim mihi & Pater, & Frater, & omnia tu unus fuiſti. Nec tua in me ſiſtit benevolentia, & officioſus amor, quin verò in omnes meos tua liberalitas largè effunditur; tu nobis omnibus ampliſſimum, nobiliſſimum que maioratum in perpetuum erexiſti, ut ſic in noſtram familiam perenne beneficiorum tuorum profluvium dimanaſſet, me tamen pluſquàm reliquos, fortioribus amoris catenis devincires. Fateor ſanè me nullo officio, nulla laude, tua merita æquare poſſe; Divinum opus eſſet eloquium, quo te dignè aſtris infererem. Quis enim ibit inficias Divinum quid eſſe benefacere? Immò cum Plinio de Veſpaciano Auguſto quis id non fatebitur? Dei eſt* immortalis juvare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via, hac proceres iere Romani, hac nunc cæleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis ævi rector Veſpaſianus Auguſtus, feſſis rebus ſubveniens, *vel cum Strabone longè clarius* Mortales tunc immortales, cùm benefici fiunt *ſeu cum Seneca* Qui dat beneficia Deos imitatur. lib.2 cap.7.

*Tu ergò ſolus, magne Frater, occurrere debuiſti, cui dedicaretur labor hic meus, non ſolum quia bonorum fratrum bona, ut amicorum debent eſſe communia, ſed eo vel maximè, quod opus hoc meum non tam meum eſt, quàm tuum: meum quidem, quia illud elaboravi, dolavi, & ad ſuam qualemcumque perfectionem perduxi: tuum, quia tua educatione, tuo favore, tuis expenſis ſtudia incepi, progreſſus ſui, & progredior, niſi enim tua liberalitas, tua pietas, tuus erga me amor foret, nihil eſſem, nihil ſciviſſem, & in perpetuâ ignorantiæ umbrâ contegerer. Mirum ergo non eſt, quod omnia opera mea, tua dixerim, quæ ope, educatione, induſtriâ, & expenſis tuis lucem videre poterant. Accipe igitur iterum, Magne Frater, quod tuum eſt, ut partus mei laboris, qui per te conceptus fuit, qui per te vivere cæpit, tuis auſpicijs adoleſcat, tuo patrocinio creſcat in opinione, & ne parvi facias hanc mei animi gratitudinem, meæ*

¶¶ *obligati-*

*obligationis præconium, mei debiti confeſſionem, nam cui gratia non poteſt referri quanta debetur; ſat eſt referri eam, quæ poteſt.*

*Igitur Deum Optimum Maximum enixe oro, munera qui dando dicitur eſſe Deus, ut te, qui ejus liberalitatem tot mihi largiendo beneficia imitatus es, debitis præmijs vacuum non relinquat, quodque opis noſtræ non eſt, tua maxima merita maximis donis cumulet. Interim á Deo Optimo Maximo imis precibus contendo, ut vitam, & ſalutem tuam diu ſoſpitet, & in Neſtorios annos ſervet.*

D. V. & C.

Frater tuus obſervantiſſimus
**DIDACUS GUERREYRO CAMACHO**
**DE ABOYM.**

# INVIDIOSO LECTORI.

POSTQUAM meo operi *de munere judicis orphanorum* in quinque tractatus, & tomos diviſo ultimam manum impoſui, nè ocioſus eſſem, perquiſivi quo in opere tempus, & horas, quæ mihi à meo munere vacabant, conſumpſiſſem, & ſtatim mihi in mentem venit de recuſationibus ſcribere duabus motus rationibus. Una, quia materia recuſationis aſſidua, & quotidiana eſt, & à nemine, ut par erat tractata, ac digeſta; quare circa illius praxim magnos, & frequentes errores apud etiam literatiſſimos viros obſervavi, & nè hujuſmodi errores vires ex tempore caperent, viſum mihi fuit illis occurrere in utilitatem Reipublicæ, cui etiam natus fui *ex l. 1. §. generaliter ff. de ventre in poſſeſſ. mitendo* ibi *quia non tantum parenti ejus eſſe debetur, verum etiam Reipublicæ naſcitur l. poſt liminum §. filius ff. de captivis. &c. &* ibi *quia pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria.*

Altera, quia cum mea opera typis mandare deſtinaſſem, multos futuros eſſe illorum oggannientes, & recuſantes prævidi, quos priùs recuſare mihi omninò oportere judicavi, & ſuis recuſationibus deponere, ac reſpondere: mihi precisè convenire viſum fuit, cum ſatiùs, & prudentiùs ſemper ſit ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.

Hac convictus, & oppreſſus ratione hoc breviſſimum opuſculum de recuſationibus non ſolùm condere, ſed primum in lucem dare decrevi ad recuſandos omnes lectores meæ nationis, & meæ profeſſionis; tum quia Luſitani ſunt, qui Luſitanum alium laudare ob æmulationem, & invidiam ferre non poſſunt, teſte Farià, in prologo ad 2. partem Epitome hiſtoriarum Luſitanarum, tum quia meæ profeſſionis ſunt, & inter profeſſores ejuſdem ſcientiæ, artis, facultatis, & officij inimicitia præſumitur, ideò figulus odit figulum, fabruſque fabrum; maximè illos, qui regulis juris Civilis adhærentes, noſtrum opus ſine expreſſione, & probatione legitimæ cauſæ eſſe malum aſſeverint, quia hæc juris Civilis diſpoſitio de jure Canonico, & Luſitano correcta extat ſecundum quam, qui aliquem recuſare intendit, cauſam exprimere, & probare compellitur.

Suſpecti igitur mihi ſunt omnes Luſitani meæ facultatis profeſſores, & omnes, qui ſcientiæ legali operam dantes diſpoſitiones juris Civilis amplectentes noſtra opera recuſaverint ſolùm quia ſibi non placent, ſine ratione cur ſibi non placeant, ſine probatione cur ſibi non arrideant: quia

 *Cuncta*

*obligationis præconinm, mei debiti confeſſionem, nam cui gratia non poteſt referri quanta debetur; ſat eſt referri eam, quæ poteſt.*

*Igitur Deum Optimum Maximum enixe oro, munera qui dando dicitur eſſe Deus, ut te, qui ejus liberalitatem tot mihi largiendo beneficia imitatus es, debitis præmijs vacuum non relinquat, quodque opis noſtræ non eſt, tua maxima merita maximis donis cumulet. Interim á Deo Optimo Maximo imis precibus contendo, ut vitam, & ſalutem tuam diu ſoſpitet, & in Neſtorios annos ſervet.*

D. V. & C.

Frater tuus obſervantiſſimus
**DIDACUS GUERREYRO CAMACHO**
DE ABOYM.

# INVIDIOSO LECTORI.

POSTQUAM meo operi *de munere judicis Orphanorum* in quinque tractatus, & tomos diviſo ultimam manum impoſui, nè ocioſus eſſem, perquiſivi quò in opere tempus, & horas, quæ mihi à meo munere vacabant conſumpſiſſem, & ſtatim mihi in mentem venit de recuſationibus ſcribere duabus motus rationibus. Una quia materia recuſationis aſſidua, & quotidiana eſt, & à nemine, ut par erat tractata, ac digeſta; quare circa illius praxim magnos, & frequentes errores apud etiam literatiſſimos viros obſervavi, & nè hujuſmodi errores vires ex tempore caperent, viſum mihi fuit illis occurrere in utilitatem Reipublicæ; cui etiam natus fui *ex l. 1. §. generaliter ff. de ventre in poſſeſſ. mitendo* ibi *quia non tantum parenti ejus eſſe debetur, verum etiam Reipublicæ naſcitur l. poſt liminum §. filius ff. de captivis, &c.* ibi *quia pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria.*

Altera, quia cùm mea opera typis mandare deſtinaſſem, multos futuros eſſe illorum ogganientes, & recuſantes prævidi, quos priùs recuſare mihi omninò oportere judicavi, & ſuis recuſationibus deponere, ac reſpondere; mihi prçciſè convenire viſum fuit, cum ſatiùs, & prudentiùs ſemper ſit ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.

Hac convictus, & oppreſſus ratione hoc breviſſimum opuſculum de recuſationibus non ſolùm condere, ſed primum in lucem dare decrevi ad recuſandos omnes lectores meæ nationis, & meæ profeſſionis; tum quia Luſitani ſunt, qui Luſitanum alium laudare ob æmulationem, & invidiam ferre non poſſunt, teſte Farià, in prologo ad 2. partem Epitome hiſtoriarum Luſitanarum, tum quia meæ profeſſionis ſunt, & inter profeſſores ejuſdem ſcientię, artis, facultatis, & officij inimicitia præſumitur, ideò figulus odit figulum, fabruſque fabrum; maximè illos, qui regulis juris Civilis adhærentes, noſtrum opus ſine expreſſione, & probatione legitimæ cauſæ eſſe malum aſſeverint, quia hæc juris Civilis diſpoſitio de jure Canonico, & Luſitano correcta extat ſecundum quam, qui aliquem recuſare intendit, cauſam exprimere, & probare compellitur.

Suſpecti igitur mihi ſunt omnes Luſitani meæ facultatis profeſſores, & omnes, qui ſcientiæ legali operam dantes diſpoſitiones juris Civilis amplectentes noſtra opera recuſaverint ſolùm quia ſibi non placent, ſine ratione cur ſibi non placeant, ſine probatione cur ſibi non arrideant: quia

*Cuncta facilè eſt reprehendere, ſed tamen illa*
*Efficere, Ah miſeri, hoc opus, hic labor eſt.*

Non ergo omnes Luſitanos meæ facultatis profeſſores ſuſpectos aſſero, quia eos, qui opera noſtra ratione, & probatione recuſare tentaverint, ad pugnam, & judicium provoco, & cum illis in arenam deſcendere minimè recuſo, ac pertremiſco, non ut vincam, ſed ut vincar; quia Luſitanorum ingenia, & genia omnibus aliarum nationum, acutiora, viviciora, & uberiora eſſe ipſi fatentur exteri, & inter Luſitanorum meì temporis genia, & ingenia, meum debilius, rudius, ac pauperius eſſe ipſe ego ingenuè confiteor.

Cur ergò, & qua fiduciâ Luſitanos meæ profeſſionis ad Minervæ prælium invito, ſi omnibus inferiorem ſcientiâ, & genio me ipſum profiteor; non ſine ratione curioſè interrogabis? Curioſitati tuæ primò ſatisfacio cum Ovidio ſic canente:

*Tunc benè fortis equus, reſerato carſere currit,*
*Cum quos prætereat, quos que ſequatur habet.*

Secundò reſpondeo cum Eraſmo aſſerente *gaudere bonos in honeſtis à quam plurimis ſuperari*; tertio dico, quod *probum quidem æmulatio eſt, & proborum; invidia verò improbum, & improborum, alteri enim, ut ad conſequenda bona ſe præparent, æmulatione concitantur; alteri propter invidiam proximis impedimenta ſunt.* ex Cicerone

Æmulos noſtrorum operum non recuſo, invidos autem ſuſpectos duco, quia æmulus, ſi quid noſtrorum operum diſpoſitione rectius habuerit, libentèr impertiretur, ſi non his uteretur noſtris juxta illud Horatij:

*Si quid habes rectius iſtis*
*Candidus imperti, ſi non his utere meis.*

Cum invidus autem his meliora non reddet, & etiam optima carpet quia commune hoc invidi ſolatium habent malevoli, quibus ipſi meliores ut habeantur præſtare non poſſunt, ut eos tamen alijs deteriores oſtendere conentur.

Quarè æmulos non timeo, ſed potiùs ad me recuſandum errores meos exprimendo, & probando, meliora in commune bonum reponendo, eos incito; ac exoro, ut ſi potuerint, errorem, ac ignorantiam meam erudiant, quia nihil humani à me alienum eſſe puto, & ſæpius ceteros falli librorum ſcriptores non ignoro, quod & Galenus in multiloquio ſuo meritò profitetur, qui libro ſecundo ſic ſcribit: *Difficile eſt, homo cum ſis, non labi, ſeu peccare in multis; quædam, quia omninò neſcias, aliaque malè dijudices, alia cum incurioſus ſcribas.* Ego verò non tantùm in una ſpecie, ſed in his tribus errantium ordinibus, & pluribus, ſi velis libens nomen profiteor meum; ſed tu vel corrige melius opus typis mandando, & eris juſtus æmulus, & legitimus contradictor, vel ſi aut per ignorantiam, aut per decidiam hoc facere vel nolueris, vel non po-

teneris,

tueris, tace, quia qui meliora non reponens loquitur, invidus injuſtus, & non æmulus eſt.

Recuſabit invidus noſtra opera primò, dicendo nihil novi me attuliſſe, ſed eandem cum cæteris antiquam quidem cantillenam ceciniſſe. Huic recuſationi, negando aliquem ex ſcriptoribus hatenùs tractaſſe ex profeſſo materias, quas ego ipſe exaravi, occurro, & ulterius addo, aurum, quod eſt novum non magis eſſe nobile, vel pretioſum, quàm antiquum, & vinum vetus magis ſtomacho prodeſſe, quàm novum. Architectus ex quatuor tantùm vulgaribus materijs, calce, arenâ, lapidibus, & aquâ, in unum compoſitis, nobiliſſimum ædifficium extruit, & tamen non obſtante, quod de ſuo nihil, niſi operam conferat, magnam ſæpè laudem meretur. Architectus ego ſum, lapides, & ligna ab alijs accepi, ædificij tamen inſtructio, & forma tota mea, licet materiam variè undique conduxi. Nec aranearum ſanè textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt, nec meus vilior, quia ex alienis libavi, ut apes.

Recuſabit etiam dicendo potuiſſe me multo plura ad materias, quas digeſſi, pertinentia, & difuſius, pleniuſque omnia tractare: Huic recuſationi deponendo aſſero me uberius alijs, quos vidi materias exhauſiſſe, & alium ditiorem in rebus, de quibus egi nullus etiam invidus demonſtrabit, & ſi id facere alius in animum induxerit, nihil officeret mea prçcurſoria tractatio, ſed viam potius aperiet, at non ſtatim apud me rectius erit, quod fuſius, ac prolixius, qui non procul abſum ab eorum ſenſu, qui dicebant, magnum librum, magnum eſſe malum.

Plures alias recuſationis cauſas contra noſtra opera latrando voce tenùs exprimet invidus, ſed cum recuſatio ad ſcripta non redacta non procedat, ei deponere non teneo maximè, cum in quinque prologis operis de Munere judicis Orphanorum ſatis ſuper que ſimilibus recuſantibus concludentèr ſatisfeci: malignantium dentes effugere non procuro, ſiquidem nullam eſſe tam modeſtam felicitatem, quę malignantium dentes effugere valeat, non ignoro, ſed tantùm ſummos, bonos que viros, & patres conſcriptos exoro, ut meis operibus faveant linguis, & plauſu, erit quoque ſuæ benevolentię laus, & condignis charitate expendent, cęteros ad exempla concitabunt, quia excitatur laude æmulatio; & tandem concludo canendo cum Oven. libr. unic. epigram. 15. mea & libri voce.

*Parve liber, patrijs monitis munitus in aula,*
*Diſcito fortunam ſortis utramque pati.*
*Illic invenies aliquem tibi forſan amicum:*
*Atque aliquis contra, qui maledicat, erit.*
*Siquis erit nimium rigidus, nimium vè moleſtus*
*Non me; ſed dominum, dic, reprehende meum.*

*DOCTORIS BERNARDI PEREIRA E SILVA*
*Chriſti Militiæ Equitis, & in Regali Divi Pauli Collegio Collegæ, ac Rectoris.*

PRO

# DISERTISSIMO TRACTATU

DE

## RECUSATIONIBUS

Doctrinarum Compendio,
Reſolutionum Epilogo,
Authoritatum Catalago,
Academicis Utili,
Forenſibus Neceſſario,
Omnibus Commodo,
Aureo Syntagmate Enucleato,
Dilucidâ Methodo Diſpertito,
&
Sedulâ Elucubratione Compoſito,
A
Sapientiſſimo D. D.
*DIDACO GUERREYRO CAMACHO DE ABOYM*
Conimbricenſis Provinciæ Judice Fiſcali,
Portuenſis Curiæ Senatore Incorrupto:

Epigrama.

Suſpectos removere jubes, praxique forenſi
Callidiora notas, utiliora probas:
Perſonas numeras, cauſasque, modosque recenſes,
Jura doces, Libros tradis, Areſta refers.
Hæc recitant qui jure petunt, qui jure reſolvunt,
Nec timet Aſtrææ quiſque ſubire forum:
Cuique ſuum ſic jure datur, lex Julia ceſſat,
Orta privata quies, publica nata ſalus.

Ejuſdem

Ejuſdem

AD ZOILUM

Zoile, qui libros mordaci dente recuſas,
Cede, recuſandus non erit iſte liber.

## A U T H O R I

*In conſanguinitatis trophæum in divicti animi argumentum ære perennius didicat, & conſecrat.*

*P. SEBASTIANUS BARRADAS SOCIETATIS JESU*

E P I G R A M A

Bartholus, & Baldus non jam celebrentur in orbe,
Nam facile es princeps, unus, & ipſe præis:
Et gladio, & calamo cæſar monumenta relinquis
Egregia, unde operis fama perennis erit.

Aliud

Bella facis Bellator ovans certamina, mentis
Argumentum ingens, bella que ſigna tuæ.

Aliud

Bellum opus in lucem tua mens dat bellicà ſignum,
Inſigne effulget Martis, & Artis opus

Aliud

Depingat varijs Cæſar ſua facta tabelis,
At longe Auguſtum te tua ſcripta probant.
Nec tua purpureis virtus fulgentior aſtris
Ullâ, quam libris pingier arte poteſt

Aliud

Victor *Io* dat mile modis tibi fama per orbem,
Muſa que mile modis dat mea victor *Io*

Ao Autor

De Antonio de Souza, & Matos Capitam Mòr, & Juis dos Orphaons das Villas de Pena verde, & Algodres comcunhado do Autor.

Romançe

Romançe indicaſyllabo
*Guerreyro* Apollo Phebo en lo ciente
Demi ſampona rude, oid el canto,
Que oy quiſiera de voz; bien como Homero,
Motivar mas enbidias a Alexandro
Para loaros dize mi Thalia
Que deſea invocar todo el Parnaſo,
Que a los meritos veſtros ſolamente
De una Muſa aun no haſta el enthuciaſmo
La Dioza Aſtrea tanto en la juſtiçia
E quilibrio tiene ponderado,
Que ſe admira de ver que en vos lo recto
Ultrajando reſpectos ſe hallà intacto.
Como en Pandora veio en vueſtra obra
De los Diozes el don y furor ſacro
Que oy allà mucho mas del non plus ultra
Os erigen eſtatuas de alabaſtro.
Oy ſois al Luſo honor por muchos titulos
Dando a los eſtrangeros nuebo paſmo,
Pois lhègaſtes adonde los preteritos
Coripheos lhegar ja mas penſaron.
Enbidia ſuma tengan los Juriſtas
Al ver qúe en vos renaſçe nuebo Bartholo,
Y ſean de la fama loquaz trompa
Las lenguas de los Zoilos, y Ariſtarchos,
Atropos com reſpecto ſyempre os mire,
Y Clotho nunca lhegue el hilo al cabo;
Porque tengais *Guerreyro* mereçidos
Con los dias eternos los aplauzos
De vueſtro nombre eterno ſea el tiempo,
Y Nemiſis las iras refrenando
Haga de oy que las dichas de una, a una,

Y los bienes os buſquen quatro a quatro.
Suſpende aqui Thalia tu concento
Al ſylençio mi pluma ſugetando,
Que peligran avezes las verdades,
Con las que haze ſoſpechas lo aliñado.
Esè que en los deziertos de la Arabia
Paxaro vive ſyempre ſolitario,
De ſi proprio hagà a vueſtro nombre
En ſabeos aromas holocauſto.

Ao Autor

De Joam de Foyos Coutinho Fidalgo da caza de ſua Mageſtade cunhado do Autor.

Soneto

Sabio *Guerreyro*, que por gloria sũma
Conſigues en el libro que te aclama
Quantos pregona meritos la fama,
Quantas eſcrive chronicas la pluma.
No mas altivo ingenio de oy preſuma
Vis lumbres a tu ſciençia, que derrama
La luz a rayos, cuja docta llãma
Alumbra a la virtud al vicio a huma;
Sin duda que de Pallas en contienda
Marte en tu nombre (prevertiendo eſtylos)
De ſu eſpada por pluma te haze offrenda;
Porque el docto execute, el neſcio aprenda,
Que la pluma de un Jove tiene dos filos;
Uno que corta, otro que defienda

Ao meſmo

De Franciſco Luis Coutinho de Foyos Fidalgo da caza de ſua Mageſtade cunhado do Autor.

Romançe heroico

Si otro tiempo Lacedemonia, y Greçia

Con loables de ſu obſequio impulſos
A los legisladores de ſu imperio
Rendieron votos, & ſagraron cultos.
Quando en ſus venerados ſimulacros
Ardia en llamas, y bolava en humos
El aplauſo acredor de los reſpectos
De Solon ſabio, y del real Lycurgo
Oy, que daquelhàs normas antiquadas
Un Luſitano ſabio en fiel tranſumpto
El abiſmo de rieſgos al ingenio
Façilita a la platica del uzo.
Exçeda a Memfis Luzitania clara
(Si a cenizas Pyramides compuzo)
Porque de nueſtro Heroe las empreças
No mendigan los creditos futuros.
*Diego* es que devagos aphoriſmos
Mas que los Aſtros en papel ceruleo,
La extencion aun al docto incomprehenſible
Guio al çentro ala verdad reduxo
Soſpechoza morriá la materia
De hallàrſe en varios terminos ſu eſtudio;
Mas logrò propria eſtançia en las fatigas
Del nuebo Bartholo, y del Baldo Luzò
Altas pues le conſagre el orbe eſtatuas
Porque con Portugal ſean dos mundos
Los que ò graven, ò eſçulpan ſus aplauſos
En bronze eterno, ò en marmol duro

Ao Autor
De Phelipe Rodrigues Camacho Familiar do S. Officio
Capitam Mòr das Villas de Cazevel, Entradas,
& Padroens cunhado, & parente
do Autor.

¶¶¶2 Soneto

Soneto

Do invicto Affonſo, do *Guerreyro* invicto,
Gloria de Apollo ſuſto de Mavorte,
Viſtes ò campo de Ourique o raſgo, ò corte,
No literario, nò Marçial conflito,
Aquelle Soberano, eſte perito
Trocando as maõs obraram de tal ſorte
Que a eſpada pena foi, pena de morte,
Que a penna raio foi, raio inaudito
Vençendo a miſterioza augusta eſpada,
Deſvaneçendo a fiel penna luzida
As ſombras da ignorancia & da cegueira,
Produçam tua, a lei foi animada
O campo antes eſphera, & quem duvida
O ſeja aintelligençia verdadeira.

Ao Autor

De Joam de Aboym Pereyra Guerreyro Familiar do S. Officio
Cavaleiro Profeſſo da Ordem de Chriſto Meſtre de
campo dos Auxiliares do campo de Ourique
Sobrinho do Autor.

Decima

Se voſſo nome victorias
*Guerreyro* eſtà publicando
He juſto, que accumulando
Lhe vades vos novas glorias:
E pois vemos nas hiſtorias
A eſpada a penna igualada
A voſſa por bem cortada
Victoria à fama lhe ordena
Pois ſe triumpha com a penna
Como ſe vençe com a eſpada

Ao Autor

De Antonio Coelho Gurreyro Cavaleiro da Ordem de Chriſto Fidalgo da caza de ſua Mageſtade Secretario de eſtado da India Primo do Autor.

Soneto

Oh dos *Guerreyros* ramo ſublimado
Oh dos *Camachos* inaudito ramo
Oh invicto *Boym*, aquem aclamo
Tronco por tres prozapias levantado:
Levantado vos vejo ſobre o fado
Feliſmente fadado vos proclamo
Da fortuna,& da ſorte hoje vos chamo
O beijamim conſorte afortunado
Tranſumpto ſois illuſtre dos maiores
Progenitores que vos enobreçem
Pois tam egregiamente nos primores
Eſtes em voſſas obras reſplandeçem
Que ſomente no ſer progenitores
Se a ventajam as glorias que em vos creçem.

Ao Autor

De Manoel Dias Viviaõ Guerreyro Familiar do S.Officio Cavaleiro profeſſo da Ordem de Chriſto parente do Autor.

Decima

Dos documentos que dais
Neſte tomo, que em queſtàm
Alcançais por galardam
Louros com que os coroais
Tam claro tudo enſinais
Tam recto tudo fazeis
Que em vos ja acham as leis
Sublime juris conſulto,

Que aclarais o mais occulto,
E que obrais o que dezeis.

Ao Autor

De Affonſo Guerreyro de Aboym Familiar do S. Officio Cavaleiro profeſſo da Ordem de Chriſto parente do Autor.

Soneto

Quem ſenam vòs os prelos acredita,
Neſte tempo com obra ſingular,
Que aos mais ſabios nas leis fas admirar,
E aprender novas leis todos incita,
Granachas, & ſenados edefica,
Vendo que antes que chegaſſes a contar
Muitos annos, pudeſſeis deçifrar,
Quanto nos dois direitos ſe limita,
Com muita rezam pode hoje gloriarſe
Noſſa patria com gloria que lhe fique
Sem reçeio de que poſſa eſtranharſe
Que ſendo o nome ſeu campo de Ourique
Tal theſouro chegou nella a criarſe
De letras, & de engenho bom deſpique

Ao Autor

De Antonio Guerreyro de Aboym Cavaleiro profeſſo da Ordẽ de Chriſto parente do Autor.

Soneto

*Guerreyro* invicto generoſo Atlante
Em quem deſcança Olimpo Luzitano
Os ſenados com culto ſoberano
Vos adoram leam ſempre triumphante
Nas empreſas ſem par nem ſemelhante
Pello mundo eſpalhando aplauſo uſano
Que louros vos conſagra a mais que humano

Com

Com çem bocas a ſama o diga & cante
Tras eſte leam nos rictos as victorias
Nas jubas dezemrolla muitas palmas
Vatiçinando aos ſabios novas glorias
Nos tropheos com que encreſpa as fortes garras,
Se entalham voſſas immortais memorias
Com chrateres de ouro em eſmeraldas

Ao Autor

De Manoel de Brito Guerreyro Cavaleiro profeſſo da Ordem de Chriſto ſuperintendente da criaçam dos cavalos da Comarca do campo de Ourique primo irmam do Autor.

Soneto

Que pena pode haver para louvarte,
Nem que talento pode engrandeçerte
Como minha ignorancia comprehenderte
Douto *Guerreyro* para louvores darte
Porem ſe meſtre es para explicarte
Sabio tambem ſeràs em conheçerte
Que eu sò me explico em tudo com dizerte
Que podem os mais doutos invejarte
Saia à luz a pezar de emulaçoens
Eſſe douto tractado de que falas
Para ſervir de lei em toda a parte
Que para ſuſtentar as ſuſpeiçoens
Por ſciente teràs rodella em Pallas
Por *Guerreyro* tambem eſpada em Marte.

IN ERUDI-

## IN ERUDITISSIMI AUTHORIS OBSEQUIUM, LAUDEMQUE

### ACROSTICHIS.

### OFFERT

# EMMANUEL GUERREYRO CAMACHO

Authoris patruelis, & juris canonici profeſſor.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Docte, quis | Excipiet, | Te tanto | Iudice, lit |
| Invigilans? | Satis | Exiſtet | Verecundia vult |
| Doni nemo | Tuos | Corrumpet | Robore more |
| Auri amor | Obcænus tibi | Abeſt, atque | Exul abibi |
| Conteris | Arma gerens; | Nomen tibi | Quærit ovant |
| Exuvias: | Bellona | Equidem | Victricia præſta |
| Guerreyto | Oh fortis tibi | Tella | Exterrita Mart |
| Vincis | Iure tuo | Iaculando | Cæſatis arm |
| Egregiè | Noſcis | Leges: | Oracula done |
| Reples | Ominibus | Laudat te | Numen Apoll |
| Rhetorico | Rubicunda | Virent tibi | Serta; nites, qui |
| Effigiem | Valeat | Superare | Uredine Phæbu |
| Iura | Minerva | Tibi donat, | Laurum que miniſtra |
| Robora dat | Pallas, & | Rubra | Trophæa timend |
| Omnigenum | Authorum | Iactas te | Sincere nome |
| Cuſpide cuncta | Tetis | Pænas ponendo | Maligni |
| Afficis atque | Reos | Legali | Robore, jam nun |
| Monſtra | Iter | Actori cutanti | Exordia cauſ |
| Adque reum | Ærumnas | Victurum | Ferto tribuna |
| Cauſas | Decidis | Scribens | Examina jur |
| Hoc opere | Egregio | Valeo | Reprobare maligno |
| Omne | Coruſcat eo, | Tenebris | Affecta niteſcun |
| Et te jam | Video libro | Vtile | Nectere dulc |
| Numina nunc | Superùm tibi | Adaptent magna | Tophæ |
| Gaudia | Iam que | Ferat tibi glotia | Tanta triumph |
| Laudanti | Poſſem, mi | Author, te | Extollere cant |
| Oh utinam! | Semper | Muſas colerem ipſe | Seriato |
| Reſpice ut | Egregia | Attollunt ſupet | Æthera ſcript |
| Ipſa tuum | Nomen; | Par eſt tibi | Curia ſplendo |
| Aurea | Iam video | Elucère | Volumina cert |
| Gemmis | Texta, | Roſis contexta & | Legibus, ut ſi |
| Excipiant | Eſcam aurum | Obcænus | Avarus, apes me |
| Nemo recuſabit | Scripta hæc | Rectè optima | Lect |
| Tutè opus egregiũ | Cunctus | Bonus | Æſtimat iſtu |
| Ingentes | Ipſi tibi reſtant | Eccè | Triumph |
| Stella que | Sempet eris | Mortalibus | Auriquienſi |

IVSTITIA, CONSTANS, CÆLESTIA, IVRA, RECLUDIS

# TRACTATUS DIVISIO

EST enim ordo, & methodus fundamentum ſcientiæ, & entium modus appellatur *à Bald. in prœmio Digeſtorum num.* 4. *& in Auth. hoc amplius Cod. de fidei commiſſis n.*10.cum ex illo inſurgat brevis rerum omnium diviſio, quæ rem claram, apertamque reddere ſolet *ex cap. ſuper literis* 20. *de reſcriptis l.* 1. *cum gloſa* 1. *ff. de dolo malo.*

Quare meum tractatum dividere neceſſarium, conveniensque eſſe mihi viſum fuit. Tota materia recuſationis verſatur circa perſonas, quæ recuſari poſſunt, aut non, de quibus agemus *libr.*1.*&* 2. circa perſonas, & cauſas, à quibus, & in quibus recuſatio rectè intentetur, de quibus tractabimus *libr.* 3. circa cauſas legitimas, ob quas recuſatio legitimè procedat, de quibus ſermo erit *libr.*4. Circa ea, quæ recuſatus, recuſatione pendente peragere debeat, de quo labor erit *libr.*5. Circa progreſſum, & deciſionem recuſationum coram judice illarum, de quo diſcutiemus *libr.* 6. in quibus ſex libris tota recuſationis materia pleniſſimè exaratur, tam attento jure communi, quàm Luſitano, quo fungimur, & inſimul quamplurimæ aliæ juris materiæ neceſſariò involvuntur; & omnia per ordinem degeſſimus, ut omnia floreant nam:

*Omnis res floret, quam juſtus dirigit ordo:*
*Omne ſed evertit retrobus ordo bonum.*

# INDEX, SEU TABELLA

## CAPITUM, QUÆ IN HOC TRACTATU continentur.

# LIBER PRIMUS


CAP. I.

Quid ſit Recuſatio qua ratione introducta, an lege, vel ſtatuto tolli poſſit, & an ſit favorabilis, vel odioſa?

CAP. II.

Summus Pontifex an recuſari poſſit?

CAP. III.

Utrum Legatus à latere recuſari poſſit?

CAP. IV.

Cardinales, an recuſari poſſint?

CAP. V.

Legatus, ſeu Nuncius Apoſtolicus, an recuſari poſſit?

CAP. VI.

Patriarchæ, & Primates an recuſari poſſint?

CAP. VII.

Archiepiſcopi, & Epiſcopi an recuſari poſſint?

CAP. VIII.

Auditor Nuncij, ſeu judex commiſſionis an recuſari poſſit?

CAP. IX.

Vicarius Generalis Epiſcopi an recuſari poſſit?

CAP. X.

Judex delegatus an recuſari poſſit?

CAP. XI.

Subdelegatus an recuſari poſſit?

CAP. XII.

Apoſtolici Inquiſitores an recuſari poſſint?

CAP. XIII.

Conſervatores an recuſari poſſint?

CAP. XIV.

Sedis, Capitulum an recuſari poſſit?

CAP. XV.

Judex ſuſpicionis an recuſari valeat à judice recuſato?

CAP. XVI.

Utrum judex, cui à Papa, vel à Principe ſæculari cauſa commiſſa fuit appellatione remota recuſari poſſit?

CAP. XVII.

Utrum Judex, cui à Papa, vel à Principe cauſa commiſſa fuit, recuſatione remotâ recuſari poſſit?

CAP. XVIII.

Generales, Provinciales, cæterique inferiores Prælati Regularium, & irregularium, an recuſari poſſint?

CAP. XIX.
An, & quando competat recurſus ad coronam ex eo quia Eccleſiaſticus judex, ſeu Prælatus regularis, non obſtante exceptione recuſationis oppoſita ad ulteriora procedit?

CAP. XX.
Utrum judex delegatus, ſeu Ordinarius recuſari poſſit ad faciendam informationem?

CAP. XXI.
Parrochianus an poſſit parrochum ſuum recuſare?

# LIBER SECUNDUS

CAP. I.
Princeps ſupremus an recuſari valeat?

CAP. II.
Principis Conſiliarij Status, ſive Senatus Palatini, vel alterius Concilij, an recuſari poſſint?

CAP. III.
Rector Domus ſuplicationis Ulyſiponenſis, & Gubernator ſenatus Portuenſis, an recuſari poſſint?

CAP. IV.
Cancellarius utriuſque Domus Ulyſiponenſis, & Portuenſis, an recuſari poſſint?

CAP. V.
Senatores, an valeant recuſari?

CAP. VI.
Judex an poſſit à cauſarum cognitione abſque recuſatione appoſita abſtinere?

CAP. VII.
Utrum judex cum juſta cauſa poſſit à cauſarum cognitione ſe abſtinere, quando prædictâ causâ non obſtante pars adverſa conſentit?

CAP. VIII.
An cæteri Ordinarij judices tam delegati, quàm Ordinarij recuſari poſſint?

CAP. IX.
Sindicator an recuſari poſſit?

CAP. X.
An ſint aliqui, qui recuſari non poſſint & quales?

CAP. XI.
Notarij, ſeu ſcribę an recuſari poſſint?

CAP. XII.
Dux belli an recuſari poſſit?

CAP. XIII.
Promotor fiſcalis juſtitiæ, an recuſari poſſit?

CAP. XIV.
Procuratores Regiæ Coronæ, & patrimonij Regij an recuſari poſſint?

CAP. XV.
Prorex an recuſari poſſit?

CAP. XVI.
An judex per ſortes electus recuſari poſſit?

CAP. XVII.
An Matronæ, & alij in arte periti poſſint recuſari?

CAP. XVIII.
Locus an, & quando recuſari poſſit?

CAP. XIX.
Advocatus an recuſari poſſit?

LIBER

# LIBER TERTIUS


CAP. I.

Excõmunicatus, an judicem recuſare valeat?

CAP. II.

Univerſitas, Communitas, aut Congregatio, an ex cauſa inimicitiæ judicem recuſare poſſint?

CAP. III.

Recuſatio ab uno oppoſita, an, & quando alteri proſit?

CAP. IV.

An recuſans judicẽ valeat recuſationi judicatæ renunciare, cæteris conſortibus invitis?

CAP. V.

Per recuſationem unius, an, & quando alter ipſo jure maneat recuſatus?

CAP. VI.

Prælatus, an à ſuo ſubdito recuſari valeat, & quando?

CAP. VII.

Judex, qui procedit ad inquiſitionem, an, & quando valeat recuſari?

CAP. VIII.

Judex an recuſari poſſit tam à Reo, quàm ab Actore?

CAP. IX.

Recuſatio an intentari poſſit tam in criminalibus, quàm in civilibus?

CAP. X.

In criminibus notorijs an judex recuſari valeat?

CAP. XI.

Tertius comparens in judicio pro ſuo intereſſe, an, & quando judicem recuſare poſſit?

CAP. XII.

Lis, ſeu cauſa de præſenti an requiratur, ut recuſatio intentari poſſit, vel ſufficiat timor futuræ cauſæ, ſeu litis?

CAP. XIII.

Recuſatio per ipſum recuſantem an omninò ſit neceſſariò opponenda, vel poſſit per procuratorem, & quis debeat recuſationẽ firmare?

CAP. XIV.

An judex ſemel recuſatus ſuſpectus, & non talis judicatus poſſit iterùm ex alia cauſa recuſari, & quando?

CAP. XV.

Offendens, ſeu injurians judicem ratione officij an poſſit eum recuſare, ut ratione offenſionis, ſeu injuriæ ſibi illatæ in tali causâ non judicet?

CAP. XVI.

Recuſatio an, & quando locum habeat in extrajudicialibus?


¶¶¶¶3 LIBER

# LIBER QUARTUS

CAP. I.

Recuſationis exceptio coràm quo ſit proponenda, & quomodò, & quando judicis recuſati copia haberi non poteſt?

CAP. II.

An, & quando judex ex capite inimicitiæ recuſari poſſit?

CAP. III.

Judex an, & quando ex capite amicitiæ, ſeu familiaritatis recuſari poſſit?

CAP. IV.

Judex an, & quando ex capite cõſanguinitatis recuſari poſſit?

CAP. V.

An, & quando judex ex cauſa affinitatis recuſari poſſit?

CAP. VI.

Cognatio ſpiritualis, aut civilis, an, & quando redat judicem ſuſpectum?

CAP. VII.

Judex an recuſari poſſit in cauſis ſuorum officialium?

CAP. VIII.

Judex an, & quando recuſari poſſit ut non ſit judex in causâ propriâ, vel tangente ipſius judicis commodum, vel incommodum?

CAP. IX

An, & quando judex poſſit recuſari ex causâ timoris tam activi, quàm paſſivi?

CAP. X.

An, & quando judex ex facto uxoris, vel familiæ recuſari poſſit?

CAP. XI.

Judex an, & quando poſſit recuſari ex eo quòd aliquâ ejus ſententia ſive definitiva, ſive interlocutoriâ fuit revocata?

CAP. XII.

Judex an, & quando ex metu gratitudinis recuſari poſſit?

CAP. XIII.

Neophitus, quem vocamus Chriſtianum novum, an judex eſſe poſſit, & ex hac tantum cauſâ judex factus recuſari poſſit?

CAP. XIV.

De eadem materiâ capitis antecedentis?

CAP. XV.

An parentes poſſint recuſare nuptias ignominioſas liberorum, & illis jure reſiſtere, & quando?

CAP. XVI.

Judex an, & quando ex cauſa cupiditatis, & ambitionis recuſari poſſit?

CAP. XVII.

An judex valeat recuſari ex alijs cauſis præter relatas illis ſimilibus, vel

vel maioribus, & quæ ſint ſimiles, ſeu maiores?
CAP. XVIII.
Judex an poſſit removeri à judicando ex omnibus cauſis, ex quibus removetur teſtis à teſtificando?

# LIBER QUINTUS

CAP. I.
Quid ſit cautio, & an, & quando in recuſationibus requiratur?
CAP. II.
Cautio ad recuſandum data, an, & quando amittatur?
CAP. III.
An ſint aliqui, qui cautionem deponere non teneantur, & quales ſint?
CAP. IV.
An, & quando plures ſunt recuſantes, tot ſint deponēdæ cautiones, quot fuerint recuſantes?
CAP. V.
An cautio ſit deponenda quando recuſatur judex, qui ex ſpeciali Principis delegatione de aliqua cauſa, ſeu negotio cognoſcit, & qualis?
CAP. VI.
An judex non obſtante recuſatione, ad ulteriora procedere poſſit, quādo recuſans non illicò nominat teſtes, quibus recuſationem probare intendit?
CAP. VII.
Judex poſt recuſationem, an omninò ſuperſedere teneatur, & an aliquid peragere poſſit, & quando, ſine periculo attentati?
CAP. VIII.
An recuſatione pendente poſſit judex recuſatus cauſam alij delegare?
CAP. IX.
An judex recuſatus poſſit pendente recuſatione aſſociatus ad ulteriora procedere?
CAP. X.
An recuſans judicem, qui cum adjuncto, recuſatione pendente, ad ulteriora procedere poteſt, teneatur ſalarium ſocij deponere, & quid ſit faciendum, ſi judex recuſatus, & adjunctus differant, vel diverſas proferant ſententias?
CAP. XI.
Judex delegatus recuſatus, ad quem judicem teneatur remittere cauſam recuſationis, ut decidatur?
CAP. XII.
Judex Ordinarius recuſatus ad quem cauſam recuſationis decidendam remittere debeat?
CAP. XIII.
An, & quando ad cognoſcendum de recuſatione judicis ſive delegati, ſive Ordinarij certus judex deſignatus eſt, talis recuſari poſſit, & à quibus?

# LIBER SEXTUS

CAP. I.
Judex recuſationis, remiſſo ſibi proceſſu, & causâ recuſationis, quid primum facere debeat?

CAP. II.
Judex recuſationis quid facere debeat quando cauſas recuſationis ignominioſas recuſato eſſe invenerit?

CAP. III.
Judex recuſationis quid facere debeat, quando recuſationes in jure dubiæ ſunt, an ſint juſtæ, vel injuſtæ?

CAP. IV.
Judex recuſationis quid facere debeat quando cauſas recuſationis legitimas eſſe agnoverit, & an decreto recepiendi recuſationes appellari poſſet, & à quo?

CAP. V.
Judex recuſationis, an, & quando poſſit compellere recuſatum ad deponendum ſuper recuſationibus & quomodo, & quando recuſatus deponere teneatur?

CAP. VI.
Judex recuſatus an articulis recuſationis difamatorijs, ſeu criminalibus deponere teneatur?

CAP. VII.
An recuſatus teneatur deponere articulis recuſationis, qui in jure conſiſtunt, & quid ſi deponat, vel non?

CAP. VIII.
Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis merè negativis?

CAP. IX.
Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis impertinentibus?

CAP. X.
Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis inter ſe contrarijs?

CAP. XI.
Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis formatis ſuper re incertâ?

CAP. XII.
An recuſanti ſit danda copia recuſationis, & an ab eo depoſitio poſſit in parte acceptari, & in parte rejici?

CAP. XIII.
Depoſitio unius ex pluribus recuſatis, an, & quando alteri noceat?

CPP. XIV.
An poſt recuſationem fieri poſſint articuli cumulativi, & an caſu, quo fieri poſſint, teneatur recuſatus illis deponere?

CAP. XV.
Intra quem terminum recuſatio ſit finienda, & quid ſi non terminetur?

CAP.

CAP. XVI.

An, & quando in cauſis recuſationis reſtitutio in integrum concedatur?

CAP. XVII.

Judex recuſationis, an recuſanti dilationem ad probandum aſſignare debeat, & qualitèr, & quomodò recuſatio ſit probanda?

CAP. XVIII.

Judex recuſationis, an per ſe ipſum teſtes examinare teneatur, & quando committere poſſit?

CAP. XIX.

De ſententia dicenda in cauſa recuſationis, & firmanda à judicibus recuſationis, & quomodò cauſa recuſationis eſt decidenda, & de varijs dubijs circa propoſitam materiam?

CAP. XX.

Appellatio, gravamen, ſeu reviſio, an in caſu recuſationis locum habeant, & quando, & utrum adversùs ſententiam recuſationis, de nullitate agi poſſit?

CAP. XXI.

An judici, ſeu officiali recuſato, & pro non tali judicato actio injuriarum competat, & quando?

CAP. XXII.

Recuſatione judicatâ, quis de cauſa, ob quam fuit oppoſita cognoſcere debeat, & an ſi ſuperveniat judex non ſuſpectus, cauſa iterùm ad illum ſit remittenda, vel debeat cognoſcere ille, cui fuit remiſſa?

# LIBER PRIMUS

## JESU DUCE.

## CAPUT PRIMUM.

Quid ſit recuſatio, qua ratione introducta: an Lege, ſeu ſtatuto tolli poſſit; & an ſit favorabilis, vel odibilis?

### SUMMARIUM.

1 *Ab etymologia, & definitione eſt incipiendum.*
2 *Definitur recuſatio.*
3 *In judice ſuſpecto deficiunt juſtitia, judicium, & veritas.*
4 *Periculoſum eſt ſub ſuſpecto judice litigare,*
5 *Exemplificatur, quantum hoc grave ſit.*
6 *Unicuique de jure naturali competit defenſio.*
7 *Plures Sancti judices ſuos recuſarunt.*
8 *Recuſatio neque lege, neque ſtatuto tolli poteſt.*
9 *Et ſi de facto tollatur, de frivola intelligenda eſt.*
10 *Princeps non poteſt cauſam committere, recuſatione remotâ.*
11 *Recuſatio procedit de jure naturali.*
12 *Princeps eſt ſuper jus poſitivũ, non ſuper jus naturale.*
13 *De Principis poteſtate non diſputatur.*
14 *Niſi de illius voluntate, & clementia fiat.*
15 *Princeps æquo animo ferre debet admonitionem juſtam.*
16 *Veritas non eſt reticenda.*
17 *Principi, quod non eſt juſtum, non placet.*
18 *Proponitur, an recuſatio ſit favorabilis, aut odioſa.*
19 *Reſolvitur negativè, & aſſignatur ratio.*
20 *Iudex in dubio bonus, & juſtus præſumitur.*
21 *Deploratur miſera judicum cõditio.*

IN omni de quacunque re ſuſceptione, ut perfectiùs, & clariùs materia delucidetur ab ejus ſemper etymologia, & definitione initium ſummi, nullus eſt, qui neſciat: patefiat igitur omnibus 1

 nomen

nomen *recuſatio* à verbo recuſo o-
riginem exportare, & cõmunitèr
definiri *Iudicis audiētiæ quę decli-*
2 *natio*, ut plenè diximus in noſtro
opere *de Munere judicis orphano-*
*rū tra.2. lib.8.cap.14.in principio.*

Rationes ob quas *Recuſatio* fu-
it introducta multæ a noſtri juris
profeſſoribus traduntur, quarum
aliquas retulimus dicto *cap.*14. &
nunc eaſdem repetemus, & alias
de novo dabimus.

Prima eſt: quia cauſę cognitio
tres requirit comites: Iuſtitiam,
3 Iudicium & Veritatem, quæ in ju-
dice ſuſpecto deficiūt, ut ex mul-
tis diximus dicto *cap.* 14. quibus
poſt alios addimus *De luca in pra-*
*xi judiciaria cap.*19. *Queſada Pilo*
*controverſ. juris cap.37.nu.* 16.*&*
17.ubi alios dat concordantes.

Secunda eſt: quia ſub ſuſpecto
4 judice litigare periculoſum eſt, ut
probatur in cap. quod ſuſpecti 3.
q.5. *nam quodāmodo naturale eſt*, in
quit Summus Pontifex, *ſuſpecto-*
*rum judicum inſidias declinare, &*
*inimicorum judicium ſemper vele*
*refugere; nam quid gratius, & a-*
*mabilius dare quis inimico poteſt,*
*quam ſi ei ad* impetendum *commi-*
*ſerit, quem lædere forte voluerit.*
Egregiè ad eundem textum *gloſſa*
*Queſada Pilo dicto cap.37. nu.* 16.
*tx. in cap. ſtatutum* §. *vero de reſ-*
*criptis in 6.* ibi *Barb. & cæteri or-*
*dinarij Covas practicar.q.26. n.4.*
*Scacia de re judicata gloſſ.1.q.1. n.*
150. Circa finem ibi exempla re-
ferenda germanat nempe *habere*
*lupum pro paſtore, homicidam pro*
*Medico, diſſipatorem pro cuſtode,* 5
*inimicum pro judice, & tyrannum*
*pro defenſore.* Ramon. *conſ.*13. *nu.*
35. qui alios refert, quibus adde,
quos accuſavimus dicto *cap.* 14.

Tertia eſt: quia unicuique de 6
jure naturali licitum eſt præcave-
re ab offenſione: quarè legimus
plures ſanctos ſuos judices recu- 7
ſaſſe, confugientes ad aſyllum hu-
jus clypei ad elidendum technas
moderatorū ſi fortè maligna præ-
cordia nutriāt, quo in amplexãdo
nota aliqua, haud efficiūtur tãquã
juri propriæ defenſionis inhærẽn-
tes referunt *Bobadilha lib.3. politi-*
*corū cap. 8. n.* 122. *Capicius Latro*
*conſ.*101.*n.*3. Exprimunt duritiam
hanc *Berart. in ſpeculo viſitationis*
*cap.6.n.3. Fontanella deciſ.1. n.1.*
*Perexa de inſtrumētorum edictione*
*tom.1.tit.2.reſol.6.ſpetic.2.n.* 199.
*Franciſcus Maria de Prato obſ.58*
*n.1. Cortiada deciſ.18.n.1. Donad,*
*de renuntiationib.cap.32.n.33. Spe-*
*rellus tom.1.deciſ.93.n.9. Ganaver*
*deciſ.56.n.1. Queſada Pilo ſupr. n.*
17. quibus adde, quos ad longum
citavimus dicto *cap.*14.

A quibus rationibus neceſſario 8
infertur primo, quod nec Lex, nec
ſtatutum, nec Princeps poſſint re-
cuſationem tollere: quia hæc re-
cuſationis exceptio tanquam tan-
gens defenſionem naturalem, in-
volvenſque ſecum prejudiciū ir-
reparabile, & repugnantiam natu-
ræ, non poteſt juxta communiorẽ
opinionem tolli per legem, ſtatu-

tum

tum , aut Principem , quidquid
perperam dicant *Farinacius in*
*fragmentis p.2. litera S. num. 702.*
*Tuſcus practicar. litera S. Concluſ.*
*913. nu. 13. Paſſarelus in praxi for-*
*mandi proceſſus q. 5. art. 1. & 2.*
quorum oppoſitum , quod excep-
tio recuſationis nulla lege , ac ſta-
tuaria ſanctione interdici poſſit ,
alijs laudatis tenet *Xamar de offi-*
*cio iudicis p. 1. q. 22. n. 131. Carolus*
*de Graff. except. 24. nu. 15. Ramon.*
*conſ. 3. n. 90. Rochus de officijs rubri*
*ca 12. n. 51. De luca in praxi judici-*
9 *aria cap. 19. n. 2. Queſada dicto cap*
*37. nu.* 18. & ſi de facto recuſandi
facultas appareat prohibita , de
frivola recuſatione , non in legiti-
ma cauſa perſiſtenti , intelligen-
da eſſet, *ſic Graff. nu. 16. Queſada*
*n. 18. & nos infra cap. 18.*

Quod etiam procedit reſpectu
10 Principis, per quem haud valet
cauſa committi ſub clauſula, *omni*
*ſuſpectione remota* , cum hæc per-
cutiat naturalem defenſionem ex-
tra ſphæram poteſtatis Principis
repoſitam; cui ſuper jus poſitivũ,
& non naturale Deus jurisdictio-
nem indulſit *Queſada controverſ.*
*forenſ. cap. 22. n. 30. Gaſinus de de-*
*fenſione reorum Ramon dicto conſ.*
*3. nu. 36. & 37. Carroc. de exempt.*
*cap. 12. a n. 48. Fermoſinus in cap.*
*ſi quis contra clericum de foro com-*
*petenti q. 22. nu. 1. & q. 41. Morla*
*in emporio juris p. 1. tit. 2. Xamar.*
*ſupra n. 131. & 132. Queſada dic-*
*to cap. 37. referens alios n. 20. Giur-*
*ba obſ. 68. n. 1. 2. & 3.* & plures ali-
os allegandos *cap. 18.*

Si opponas cum DD. contrariæ
ſententiæ, quod licet exceptio re- 11
cuſationis habeat ortum à jure na
turæ, tanquam defenſionis ſpeci-
es, ut docent *Queſada dicto capit.*
*37. n. 21. Giurba in loco ſupra citato*
*Cappicius Latro deciſ. 8. a n. 1.* eſt
tamen defenſio Civilis , & Cano-
nica, & ſubjecta diſpoſitioni Prin-
cipis ſupremi, ut poſsit per legem
juxtam diſponere quod fuerit uti-
le rei publicæ , ut docet *Paſſarel-*
*lus, & Deluca ſupra.*

Reſpōdemus, quod licet recu- 12
ſatio ſit defenſio Civilis, & Cano-
nica , nō habet ortum à jure Civi-
li, ſeu Canonico , ſed à jure natu-
rali, cui ſubeſt Princeps, tanquam
creatura, qui dicitur poſitus ſuper
jus poſitivum, non naturale. *Ra-*
*mires ad aleg. regiam §. 29. n. 1. &*
*3. Paulus Rubeus reſ. de teſtament.*
*cap. 1. n. 22. Franciſc. Rollo reſponſ.*
*2. nu. 3. Queſada Pilo controverſ.*
*cap. 22. n. 30.*

13
Si inſtes , quod de poteſtate
Principis diſputare non poſſumus
quia de Principis poteſtate diſpu-
tare ad inſtar ſacrilegij eſt, *ex l. diſ-*
*putare Cod. de ſacrilegijs*, reſpōde- 14
mus , quod benè verum de facto
diſputatur ex illius voluntate , &
clementia *ex l. ex facto ff. de vulga-*
*ri*, & illum de injuſtitia arguere ,
vel de precipitantia increpare.
Haud amaro palato , hæc degus-
tabit Princeps Chriſtianus , ſed 15
hilari animo illa accipiet *ex tx. in*
*cap. nos 2. q. 7.* ibi; *nos ſi incōpetēter*
*aliquid egimus & ſubditis juſtæ le-*

*gis tramitẽ nõ ſervavimus, veſtra, ac miſſorũ veſtrorũ cuncta volumus emmendari judicio*, tx. in Cap. ſi quando in fine de reſcriptis, ibi; *per litteras tuas, quarè adimplere non poſsis rationabilem cauſam pertendas, quam patientèr ſuſtinebimus non feceris, quid parva nobis fuit inſinuatione ſugeſtum. Salgad. 3.p.cap.3.§.unico nu.49. Queſada dicto cap.22.n.47.*

Verbum non eſt retinendum in tempore ſalutis, nec abſcondi-
16 ta ſapientia in decore ſuo *ex Eccleſiaſtico Cap.*4. quare licet aliquando Princeps conſtituatur regidi aſpectûs, eum perhorreſcere non debemus, ſed & eum juſtitiæ recto dictamine omni extrinſeco metu ſuppoſito reverentèr adire, & verũ dicere. *Valenſ. conſ. 162. à n.*
17 *51. Queſada poſt alios dicto cap.22. n*48. Quia Principi nõ preſumitur placere, niſi juſtum, & verum, & quod velit omnes actus ſuos regulari ex juſtitia poli, & fori. *Ciriac. controverſ. 59. nu. 9. Ponte de poteſtate proregis in principio à nu. 36. Queſada alijs laudatis ſupra n. 44. Capicius latro dec. 190. n. 33 & nos diximus in rubricã noſtri operis de Munere judicis orphanorũ 2. p.*

18 Infertur ſecundo, quod recuſatio eſt potiùs favorabilis, quàm odioſa, & in dubio judicandum eſt pro ſuſpectione, cum humana fugiat ratio, abhorreat que natura affectos judiciarijs jurgijs, & inter anfractuum litium vortices verſantes ſub ſiniſtro ſidere conculcari, *ex tx. in dicto cap.* ſuſpecti, ibi: *quodam modo naturalis ratio dictat.* & ex dicto *cap. ſtatutum §. verò*, ibi: *perhorreſcens*, & coram ſuſpecto judice litigare: quia nihil duriùs *ex l. apertiſſimi 16. l. ult. Cod de judicijs Covas practicar. cap.26 n.*4. & quod in dubio pro recuſatione judicandum eſt, docent *Ganaver. deciſ.57. n.1. Queſada Pillo controverſ. forens. cap.37. n. 16. fuſiſsimè Merenda lib.22. cõtroverſ. cap.26. n.5. Callad. in integrũ reſtitutione minoribus denegandã Cap 30. n.1. Amatus conſ.27.*

Verum hæc illatio de jure noſtro regio ſuſtineri non poteſt *ex Ord. lib.3. tit.21. §. 9.* ubi reſolvit legislator noſter, judices recuſationis proniores eſſe debere ad pronunciandum contra recuſationẽ, quam pro illa, ibi *Barb. cũm multis noſter Pereyra de reviſionib. cap.24 n.7. Thom. Vaas alleg.96. nu.52.* & interminis juris communis, ita docet *Deluca de prax. judiciaria cap. 19. nu.1.* & optima cum ratione; quia ut ait legis-lator noſter, ut plurimum partes judices recuſant ad deferendam cauſæ deciſionem cui accedit, quod deceat magis in dubio judices honorare, quàm partibus favere, & ita in puncto nos docent *Deluca dicto cap. 19. n. 1. & de linea legali art. 29. nu. 23. Fontanella deciſ. 25. n. 16. Petra ritu 265. n. 130. qui alios citant.* 19

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ, facilime reſpondemus procedere quando conſtat judicẽ

eſſe

eſſe ſuſpectum per probationes in caſu concludentes, de quibus alio
20 in loco auxiliante Deo, dicemus; non verò quando ſumus in dubio an judex ſit ſuſpectus, vel non, quia contra naturalem preſumptionem in dubio judicem eſſe ſuſpectum judicare, ſecundum quam in dubio unuſquiſque preſumitur bonus *ex l. merito 51. ff. pro ſocio*, & ſignanter judex pro quo ſemper jura preſumunt *ex l. 1. in fine ff. de officio præſidis l. 2. §. publicanus ff. de vi bonorum raptorum l. nimis cod. de acquirend. poſſeſs. cap. in præſentia de renuntiationib. ibi Barb. & axioma 131. num. 4. ubi infinitos accuſat.*

21 Iudices tanquam Scopi ad ſagittas obnoxij extant jurgijs litigantium, ut diximus *in 2. p. rubricæ noſtri operis de Munere judicis orphanorum cap. qualiter, & quãdo de accuſationib. cap. cum in juventute de præſumptionib. Larrea deciſ. 98. nu. 39. Queſada dicto cap. 37. n. 38.* & officij oneris ſunt hi ac queſtus; & lucra, ut exprimit Cicero pro Lucio *Flacco in 2. p.* miſeram illorum conditionem deplorans aulæ emulationis, & malignantium veperino morſui expoſitam, referunt *Bobadilha lib. 5. politicor cap. 1. a nu. 203. Simanch. de Catholicis inſtit. tit. 64. n. 30. virg. lib. 1. Æneidum verſ. 25.* ubi Troyanum excidium à Iunone, & Pallade ob judiciũ Paredis in Veneris gratiam adhibitum, excitatum eſſe credit.

*Nec dum etiam cauſæ irarum, ſævique dolores.*

*Exciderant animo, manet altã mente repoſtum.*

*Iudicium Paridis, ſpretæque injuria formæ;*

Ideò potius judicibus in cauſa recuſationis eſt favẽdum, quàm litigantibus, qui fermè judices integerrimos habere recuſant *Fragoſus de rigimine Reipublicæ lib. 5. diſp. 12. n. 214. 1. p.*

## CAPUT. II.

Summus Pontifex an recuſari valeat?

### SUMMARIUM.

1 *Summus Pontifex recuſari nequit.*

2 *Summus Pontifex nullum in terris judicem habet.*

3 *Eſt Princeps Principum, & Dominus dominantium in terris, & ſuper omnia.*

Reſpondemus negativè: ratio 1 eſt quia Papa nullum in terris habet ſuperiorem; immò inter omnes mundi Principes ſupremũ obtinet principatum, & monarchiam, & unus omnium Princeps 2 conſtitutus ſuper Reges, & Regna, eſt que cauſa cauſarum dominus dominantium, vertex omnium dignitatum, omnia, & ſuper omnia *Barb. lib. 1. juris univerſi* 3 *Eccleſiaſtici cap. 2. a nu. 17. & 91.*

 *So-*

*Solorſanus de jure Indiarum lib.*2. *cap.*23.*n.*74. & ita hac, & alijs rationibus nos docent *Apicella de ſuſpectionib. officialium n.*5. *& ejus addicionator n.*749. *Maſtrillus deciſ.*151. *cum multis Barb. ad Ord. lib.*3.*tit.*21.*n.*3. *Morla in Emporio juris p.*1.*tit.*2.*in Prælud io n.*188. *Cortiada deciſ.*28.*n.*5. *ubi infinitos citat.*

## CAPUT III.

Utrùm Legatus à latere recuſari poſsit?

### SUMMARIUM.

1 *Legatus de latere eſt valdè notus Pontifici.*
2 *Dicitur vir, in quo eſt Spiritus Dei, & ſcientia legis.*
3 *Sed tamen recuſari poteſt.*

1 Reſpondent aliqui negativè? ratio eſt, quia legatus de latere præſumitur de jure valdè notus Pontifici, & vir in quo eſt Spi-
2 ritus Dei, & ſcientia legis *Barb. lib.*1.*univerſi juris eccleſiaſtici lib.*1.*cap.*5.*num.*13. & ita nos docent *Barb. cum multis ad Ord. lib.*3. *tit.*21.*n.*5.*Gratianus forenſ.cap.*4.*n.*23.*Pegas de Competentijs cap.*156
3 *n.*1.*cum multis* contrarium docet cui opinioni, & nos adhæremus cum *Fermoſino in cap.* 4. *de foro competenti q.*8.*n.*13.

## CAPUT IV.

Cardinales an recuſari poſſint?

1 *Cardinales recuſari poſſunt.*
2 *Totum Collegium Cardinalium recuſari valet.*

Reſpondemus affirmativè: ratio eſt, quia Cardinales habent judicem Pontificem *Barb. de jure univerſo Eccleſiaſtico cap.*3. per totum, & hac ratione, & alijs ita nos docent *Matheus de Apicella in tract. de tutamine pauperũ in tit. de ſuſpectione officialium n.* 5. ubi totum id docet de toto Collegio Cardinalium, de quo dicemus, *Mauricius de Apicella in additionibus ad alterum n.*749. *Farinaceus in fragmentis* 2.*p.verſ.*723. *Cum ſequentibus Laurentius de judice ſuſpecto cap.*3. *per totum Cortiada deciſ.*18.*num.*28.*ubi infinitos dat Fermoſinus in cap.*4.*de for. cõpetenti q.*8.*per totam.* 1 2

## CAPUT V.

Legatus, ſeu Nuntius Apoſtolicus an recuſari poſſit?

1 *Nuntius Apoſtolicus recuſari poteſt.*
2 *Quis de ejus recuſatione cognoſcat?*
3 *A quo eſt compellendus, ut arbitros eligat?*

Reſ-

1 RESpondemus affirmativè ex eâdem ratione de qua ſupra, quam latè expendit *Barb. de univerſo jure Eccleſiaſtico lib.1.cap.5. per totum*, *ita nos docent Franceſ. de competentijs de officio Cancel. q. 11.n.17.& 22.Mend.in prax.2.p cap.3.n.36. Pegas de competentijs cap.56.n.1. & 2.* ubi tradit quod
2 in tali caſu ad ordinariũ loci Archiepiſcopum, ſeu Epiſcopum, recurrendum eſt, qui tãquam Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſt compellere recuſatum, ut in Ar-
3 bitros ſe compromittat, vel quod ad Principem recurri poſſit, ut recuſatum compellat arbitros aſſumere.

## CAPUT VI.

Patriarchæ, & Primates recuſari an poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Patriarchæ, & Primates valent recuſari.*
2 *Qui ſuperiorem habet, recuſari poteſt.*

1 RESpondemus affirmativè: ratio eſt, quia ſummus Põtifex eſt ſuperior omnium Patriarcharum, abſque dubio, ex *his quæ Barb. de univerſo jure Eccleſiaſtico lib.1.cap.6.n.14.*& regulare, quod omnis, qui ſuperiorem habet, recuſari poteſt, ut cum multis tra-
2 dit *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.6. Apecella ſupra A-vendanho de exequendo mandato 2.p.cap.23.ubi alios citat.*

## CAPUT VII.

Archiepiſcopi, & Epiſcopi, an recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus poteſt recuſari.*
2 *Coram quo ſint recuſandi.*
3 *In viſitatione recuſari non poſſunt.*

RESpondemus affirmativè: ratio eſt, quia ut ſupra diximus 1
omnis qui ſuperiorem habet recuſari poteſt; ſed Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſuperiorem habent, ut ſatis notum eſt: ergo recuſari poſſunt, & nos docent *Barb. cum multis voto 24.n.21.& 27.Giurb.obſ. 68.n.17.& 18. Baronnius in annotatione ad ſing.27.tom.3.& de effectibus inimicitiæ effectu 116.nu. 59. Pegas de competentijs cap.56. n.3.qui n.4.* advertit, quod ſi recuſentur de eorum recuſatione cog- 2
noſcere debet Nuntius Apoſtolicus, ad quem remitti debet cauſa, propter ſuſpectionem intẽtatam, *ex cap.cum ſpeciali 61.de appellationibus Barb.dicto voto 24.n.21 & 27.Peg.ſupr.n.5.Narbona in l.59.*
*gloſſ.1.n.131.vel Metropolitanus*, 3
niſi ſint in actu viſitationis, quia tunc recuſari nõ poſſunt *Peg.ſupr n.4. Baron.dicto effectu 116.n.66.*

Ciar-

*Ciarlinus cap.69.nu.20. Cortiada deciſ.18.n.29. Fermoſinus in cap.4. de foro competenti q. 1. per totam. Themudo 2.p.deciſ.163.per totam.*

## CAPUT VIII.

Auditor Nuntij, ſeu judex commiſsionis, an recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Auditor Nuntij ſeu judex commiſsionis recuſari poteſt.*
2 *Coram quo ſit recuſandus?*

RESpondemus affirmativè ex
1 eàdem ratione, de qua ſupra
*Peg.de competentijs cap.56.nu.6.*
ubi quod eſt recurrendum ad Nũ-
2 tium *Fermoſinus in cap.fin. de libelli oblatione, in praxi Tribunalium q.8.num.54.*

## CAPUT IX.

Vicarius generalis Epiſcopi, an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Vicarius generalis recuſari poteſt.*
2 *Recuſatio vicarij eſt tractanda coram Epiſcopo.*
3 *Niſi per conſtitutionem Epiſcopatùs alitèr ſit proviſum.*

1 RESpondemus affirmativè: ratio eſt, quia nemo cogi po-
teſt ſub judice ſuſpecto litigare, ut
docent *Landim de Sindicatu cap.* 1
*6.n.4. Peg.ad Ord.lib.1.tit.60.92. Bobadilh.lib.5.politicor.cap.1.nu. 236.& 237. Curia Philip.4.p.§.1. de reſidentia n.11.* Qua ratione, &
alijs ita in terminis nos docet *Ba-* 2
*yo in praxi Eccleſiaſtica 3.p.lib.2. q.30.ubi n.4.* advertit, quod recuſatio officialis Epiſcopi eſt tractãda coram ipſo Epiſcopo quod intellige quando per conſtitutiones
Diœceſis non ſit proviſum de judi- 3
ce, coram quo recuſatio ſit tractanda; quia tunc talis judex; & non Epiſcopus adiri debet *Cortiada deciſ.18.n.31. latè Barboſa in cap.4.de officio delegati in.6.*

## CAPUT X.

Iudex Delegatus, an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Iudex delegatus recuſari poteſt*
2 *Nemo cogitur ſub ſuſpecto judice litigare.*
3 *Recuſatio Iudicis delegati eſt tractanda ſecundum formam delegationis.*
4 *Si in delegatione hoc non ſit proviſum, ad arbitros eſt recurrendum.*
5 *Iudex procedens ex officio poteſt eligere arbitrum.*
6 *Delegatus recuſatus cogit litigantes, ut intra triduum arbitros eligant.*

7 *Par-*

7 *Partibus diſcordantibus in electione arbitrorum, arbiter à ſuperiore conſtituitur.*

8 *Diſcordantibus arbitris inferenda ſententia, ipſi arbitri tertium eligunt.*

1 RESpondemus affirmativè, ſivè ſit Delegatus Principis Eccleſiaſtici, ſivè ſecularis: ratio
2 eſt, quia periculoſum eſt ſub judice ſuſpecto litigare, & probatur expreſsè *ex cap. ſuſpectionis* 49. *de officio, & poteſtate judicis delegati, & ex cap. poſtremo* 61. *de appellationibus*, in quibus locis *Barb.* multos dat agentes de materia, *& in l. oportiſsimè* 14. *& in l. ult. Cod. de judicijs. Landim de Sindicatu cap.6. a n.3. Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap. 6. per totum. Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 60. §. 2. Perada in praxi delegationum Criminalium num. 52. Apicella de tutamine pauperum tit. de ſuſpicionib. officialium numer. 38. Bayo in praxi Eccleſiaſtica 3. p. lib. 2. q. 30. Cortiada deciſ. 18. num. 11.*

3 Sed interrogabis apud quem tractanda eſt cauſa recuſationis: reſpondemus, quod forma delegationis eſt ſervanda, ita ut quod ſi in ea inveniatur caſus proviſus ſecundum eam, eſt tractanda. *Parada ſupr*; ſi verò ſit caſus ommiſſus ad jus commune eſt recurren-
4 dum, ſecundum quod, ſi dantur partes, ipſæ eligant arbitros, ſi non dantur, ſed judex procedit ex officio tunc ipſe judex unum ar-
bitrum eligere debet, & recuſans 5
alium, ut diximus, ex multis de munere judicis Orphanorum *trat. 1. lib. 1. cap. 11. cũ gloſſ. in dicto cap. poſtremo*, & ita vidi judicatum in Senatu Palatino contra fratres Miſericordiæ Eborenſis, qui me tanquam ſuſpectum recuſare tentaverunt.

Delegatus recuſatus cogere 6
debet litigantes, ut intra triduum eligant arbitrum, ſeu arbitros, qui eam cauſam, tanquam judices delegati definiant: *Barb. in dicta l. apertiſſimi* 14. *Cod. de judicijs n. 6. Molin. de juſtit. tractat. 5. diſp. 23. num. 1. Farinac. in fragmentis p. 2. litera S. num. 915. Scacia de judicijs lib. cap. 101. num. 23. & ſi* intra triduum non eligant ad ulteriora validè procedet, dum partes arbitros non eligunt *ex l. cum ſpecialis* 16. *Cod. de judicijs, ibi Barb. num. 3. Citans alios, & DD. ſupra citati.*

Partibus verò in electione ar- 7.
bitrorum diſſentientibus, arbiter litem direpturus à competenti ſuperiori conſtituitur. *Barboſ. in dicta lege cum ſpecialis num. 3.*

Arbitri electi à partibus ſi 8
diſcordant, ipſi, & non partes tertium eligere debent, *ex gloſſ. in dicto cap. poſtremo*, & judicatum vidi in caſu, de quo ſupra, & ſi in electione tertij arbitri diſcentiunt, tunc à ſuperiori competenti, & tertius eligendus, ut diximus in caſu, quo partes diſcentiunt ex eadem ratione

*Barb. de poteſtate Epiſcopi 3. part. alleg. 54. num. 151. Si vero Delegatus ſit ſenator, recuſatio ad cancellarium domus ſuplicationis eſt remitenda Sarayva in praxi delegationum cap. 20. per tota.*

## CAPUT XI.

Subdelegatus, an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1. *Recuſatio eſt janua defenſionis.*
2. *Recuſatio ſubdelegati eſt tractanda coram delegante.*
3. *Niſi delegans in totum cauſam delegavit.*

1 Eſpondemus affirmativè: ratio eſt, quia recuſatio eſt janua defenſionis, quæ non denegatur contra qualemcunque judicem, *Cardozo in prax. verb. judex n. 22. & verbo recuſatio n. 1. Barb. cum infinitis in l. apertiſſimi 14. Cod de judicijs n. 3. Jacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap. 14. n. 1.*

2 Difficultas tamen eſt, apud quem eſt recuſandus? quæ facilè diſſolvitur diſtinguendo inter caſum, quo Delegatus delegavit in totum, vel in partem: in primo caſu eſt procedendum, prout diximus in ſuperiori capite: in ſecundo eſt tractanda cauſa recuſationis coram delegante, ut cum
3 multis docet *Bayo in prax. Eccleſiaſtica lib. 2. p. 3. cap. 30. n. 4. Cardozo dicto verbo recuſatio nu. 9. & 44. cap. ſi contra de officio delegati lib. 6. cap. ſuper quæſtionem §. quem de officio, & poteſtate judicis delegati, ibi DD. & maximè Barb. Fermoſinus ad tx. in cap. ſi quis 4. de foro competenti q. 3. per totam.*

## CAPUT XII.

Apoſtolici Inquiſitores, an recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1. *Vir integerrimus recuſari non poteſt.*
2. *Inquiſitores Apoſtolici ſunt graviſſimi, prudentiſſimi, probatiſſimi, & æquiſſimi.*
3. *Probatio contra hanc juris præſumptionem admittitur.*
4. *Inquiſitores recuſari poſſunt.*
5. *Coram quo ſint recuſandi?*
6. *Inquiſitores ſupremi conſilij recuſari valent, & coram quo ſint recuſandi.*

Negativam partem ſequendam eſſe videtur, ex ea ratione, quia vir intigerrimus, & 1 valdè religioſus, & in quo ceſſat ſuſpicio, non poteſt recuſari, ex *Tiraquelo de pœnis temperandis quæſt. 51. anum. 60. Rebuſus de probatione teſtium a numer. 189. Coſta in memorabilibus verbo legalitas. Valaſco de partitionibus cap. 9. n. 20.*

*9.n.10.Gratian.cap.*100.*num.* 15. *Barb.in reportorio juris*, *verbo recuſatio.*

Atqui Inquiſitores Apoſtolici ſunt integerrimi, graviſſimi, pru-
2 dentiſsimi, probatiſſimi, & æquiſſimi, *ex Barb.ad ord. lib.* 3. *tit.* 21. *num.* 6. *Ripa de peſte* 3. *part. num.* 140.*Roxas in ſingularibus fidei ſingulari* 100.

Ergo recuſari non poſſunt. *Roxas de Hæreſi* 2.*p.tit.de privilegijs Inquiſitorum n.* 45. *Menochius de arbitrarijs q.* 37.*n.* 40. *ubi alios refert.*

Vèrum his non obſtantibus,
3 affirmativa ſententia eſt ſequenda nempè, quod Inquiſitores Apoſtolici recuſari poſſunt, tam in caſibus, de quibus cognoſcunt ex delegatione pontificia, ſeu regia: quia licet de jure præſumantur integerrimi, probatiſſimi, prudentiſsimi, & ęquiſſimi, hæc tamen juris præſumptio admittit probationem in contrarium, ut
4 reſolvit cum multis *Barb. ſupra dicto n.6. Simanchas de Catholicis tit.*17.*n.*51. *Cabedo* 1.*p. deciſ.* 64. *num.*8.*qui alios referunt cum infinitis Cortiada deciſ.* 18. *num.* 32. *Fermoſinus in cap.* 4. *de foro competenti q.*16.*per totam.*

5 Recuſatio Inquiſitorum eſt agitanda coràm Illuſtriſsimo Inquiſitore Generali, & ſupremo Inquiſitionis Conſilio, quia quando aliquis gravatur ab Inquiſitoribus tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis, quæ ad eos pertinent ad ſupremum, & generalem Sanctæ Inquiſitionis conſilium recurrere debet, ut tradit *Mend.in prax.*1.*p.lib.*2. *cap.* 1. §. 7.*n.*16.*in fine.*

Gravior eſt deficultas, an Inquiſitores Supremi Conſilij recuſari valeant, tam in Criminalibus, quam in Civilibus, & brevitati conſulendo, affirmative reſpondemus quo ad omnes cauſas in quibus judices fuerint, ex his quæ *Cabedo* 1. *p. deciſ.* 64. *Barb. ſupra n.*7.*Mend.in prax.lib.* 3. *capit.*19. *n.*21.1.*p.Pereyra de reviſionib.cap* 60.*nu.* 11. quæ recuſationis cauſa eſt agitanda coram Illuſtriſſimo Inquiſitore generali ſeu corā Iudicibus ab ipſo nominatis. 6

## CAPUT XIII.

Conſervatores an recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Conſervatores recuſari poſſunt & qua ratione, & coram quo?*

RЕſpondemus affirmativè, ſivè ſint Eccleſiaſtici, ſivè ſeculares: ratio eſt, quia Conſervatores ſunt judices delegati regulariter, ut docet *Barb. in repertorio juris verbo Conſervator, & in cap.*1.*& ult.de officio delegat.* 1



in

*in 6. & in cap. ult. ad conſ. Trident. de reformatione ſect.* 13. *Pereyra deciſ.* 118. *n.* 15. *&* 16. *& de manu regia p.* 1. *cap.* 7. *Cardozo in prax. verbo conſervator n.* 3. *Moneta de Conſervatoribus Themudo deciſ.* 260. *n.* 18. *&* 27. *n.* 4. 3. *p. pereira in ſua academia lib.* 7. *diſp.* 2. *q.* 8. *per totam.*

Sed ſic eſt, quod delegatus recuſari poteſt, ut diximus *cap.* 10. ergo ſimiliter conſervator, cujus recuſationis cauſa eſt tractanda, juxta ea, quæ diximus dicto *cap.* 10. *latè Fermoſinus ad tx. in cap.* 4. *de foro competenti q.* 43. *pereyra, d. q.* 8.

## CAPUT XIV.

Sedis Capitulum, an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Univerſitas, & quæcumque communitas recuſari poteſt.*

2 *Dummodò omnes de Univerſitate ſint ſuſpecti.*

3 *Secùs ſi non omnes, quia tunc tantum ſuſpecti removentur.*

4 *Quando Præſes eſt ſuſpectus, tota communitas recuſari poteſt ſecundum aliquos.*

5 *Idem procedit, quandò principaliores ſunt ſuſpecti.*

6 *Reſolvitur quæſtio in capite propoſita.*

Deciſio hujus quæſtionis pẽdet à reſolutione alterius, nempe; Univerſitas, Civitas, Collegium, Communitas Collegiũ, & Univerſitatis Rectores, & Conſules, an recuſari poſſint, de qua agunt latè DD. ſed nos brevitati 1
cõſulendo affirmativè reſolvimus ratio eſt, quia non ſolum judex particularis recuſari poteſt, ſed etiam quæcunque Univerſitas, Civitas, communitas, & Collegij Rectores, & Conſules, maximè accedẽte juxta cauſa ſuſpectionis *ex cap. licet, & ſuſcecto* 13. *de foro competenti, ibi Barb. n.* 4. *Franches in cap poſtremo de appellationib. & in cap cum ſpeciali eodem tit. Albericus in l. apertiſsimi* 14. *Cod. de judicijs, & Sazon. n.* 10. ubi quod poſſunt alegari ſuſpecti omnes DD. unius Civitatis. *Roland. conſ.* 19. *n.* 4. *lib.* 3. ubi pluribus hanc probat concluſionem, & contrarijs reſpondit *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.* 6. *num.* 25. *Pariſius lib.* 2. *conſ.* 31. *n.* 99. *Pax in prax. to.* 1. *p.* 1. *tempore* 10. *nu.* 21. *Capicius deciſ.* 138. *Scacia de appellationibus q.* 17 *nu.* 16. *Carraſco in explicatione ad aliquas leges recop. cap.* 9. *n.* 21. *Iacob Laurentius de judice ſuſpecto cap.* 3. *a n.* 15. ubi declarat, dummodo manifeſte de ſuſpicionis cauſa conſtaret: qui alios plures referunt, qui contrarium docuerunt. *latè fontanella deciſ.* 6. *per totam Cortiada deciſ.* 18.

Quæ concluſio, eo tunc maximè procedit quando omnes de 2
Collegio, communitate, vel univerſitate eſſent ſuſpecti, quia cauſa

ſa ſuſpectionis omnes tangeret, ſecus ſi non omnes; quia ſuſpecti recuſabuntur, ut communitati, univerſitati non interſint, non autem
3 Collegium Civitas, Cõmunitas, aut Univerſitas removetur, ut notat *Abbas in cap. cauſam, quæ de officio delegati n. 1. ubi etiam Felinus n. 1. Bero conſilio 16. n. 7. & 26. lib 3. Berart. ſupra nu. 26. Laurentius ſupra n. 22. Fontanella ſupra.*

4 Vel quando Collegij, Univerſitatis, Communitatis, aut Civitatis caput principale eſſet ſuſpectum, & propter ejus præeminentiam juſtam ſuſpitionem exhiberet. *Tuſcus verbo ſuſpectio concluſ. 907. n. 8. Lancellot. de attentatis 2. p. cap. 6. n. 37. Laurent. ſupra n. 17. 19. & 20. Scacia ſupra limitat. 1. n. 16. Roland. ſupra n. 5. & 11. Berart. ſupra n. 27. Fontanella nu. 4.*

5 Idemque procedit quãdo Collegij, Univerſitatis, vel Communitatis principaliores eſſent ſuſpecti *Roland. ſupra n. 5. & 12. Laurent. dicto cap. 3. nu. 17. & 18. Berard. ſupra n. 28. Scacia ſupra n. 15 Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 7. n. 4. Fontanell. n. 7.*

6 A quibus jam facilis eſt reſolutio propoſitæ quæſtionis, facta diſtinctione inter caſum, quo omnes de capitulo, vel principaliores illius ſunt ſuſpecti, & inter caſum, quo non omnes cauſa ſuſpitionis comprehendit, nec principaliores omnes, ut omnes dignitates. Ita que in primo caſu rectè procedit recuſatio, quæ eſt tractanda coram Epiſcopo, ſede plena, vel coram Metropolitano, ſeu Nuntio, ſede viduata paſtore; at verò in ſecundo non rectè procedit recuſatio quo ad omnes, ſed tantum ſuſpecti recuſabuntur coram Epiſcopo, ſeu ejus vicario generali, ut non interſint, prout in ſimili docet *Mend. in prax. lib. 3. cap. 19. §. 2. n. 21. & 22. p. 5. Fontanella deciſ. 6. per totam.*

## CAPUT XV.

Iudex ſuſpectionis an recuſari valeat à judice recuſato.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex recuſationis de jure noſtro à judice recuſato recuſari non poteſt.*

2 *Niſi recuſatio tangat honorem, vel intereſſe recuſati.*

3 *De jure communi indiſtinctè procedit recuſatio.*

4 *Apud Eccleſiaſticos iuris communis diſpoſitio eſt ſervanda.*

Quæſtio hæc facilimè reſolvitur ſecundum jus noſtrũ facta diſtinctione inter caſum, quo agitur de recuſatione; qua tangit honorem, & intereſſe judicis recuſati, & inter caſum, quo recuſatio judicis recuſati honorem non lædit, nec intereſſe ceſſare facit; igitur in primo caſu affirmativè eſt reſolvenda, in ſecundo negativè *ex Ord. lib. 1. tit. 2* 1 2

§.8.*&* *tit*.4.§.5.*&* *tit*.14.§.3. *Pereyra de revisionibus cap*.24.*nu*. 44.*&* 45.*Pegas ad ord.lib*.1.*tit*.2. §.8.*gloſſ*.25.*&* 26.*per totas*.

3 De jure verò communi, nulla facta differentia, affirmativè eſt reſpondendum: Nam ſecundum jus commune judex recuſatus, poteſt recuſare judicem recuſationis ex omnibus cauſis, de quibus judices recuſantur. *Pereyra dicto n*. 44. *&* 45. quod eſt notandum, quoad Eccleſiaſticos in quorum recuſatione proceditur ſecundum diſpoſitionem juris communis.

## CAPUT XVI.

Utrùm Iudex, cui à Papa, vel à Principe cauſa commiſſa fuit, appellatione remota, recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Reſpondetur affirmativè*.

2 *Appellatione remota, non cenſetur remota recuſatio*.

1 Reſpondemus affirmativè: ratio eſt, quia appellatione remota, non cenſetur recuſatio remota ex texto expreſſo in *cap.poſtremo* 36. *de Appellationibus ibi*
2 *Barb.n.*6.*Lancellotus de Attentatis*.2.*p.cap*.6.*n*.32. *Fluvius Pacianus de probationib.lib*.2.*cap*.45.*nu*. 101.*Iacob.Laurentius de judice ſuſpecto cap*.2.*n*.20. *Scacia de appellationib.lib*.3.*q*.19.*limitatione* 1.*n*. 89.*Farinacius in fragmentis verbo judex n*.956. *qui n*.957. advertit, quod hæc concluſio procedit non ſolum de jure Canonico, ſed etiam de jure Civili. *Barb.ſupra dicto n*.6.*adde infinitos apud Cortiad. deciſ*.18.*n*.14. *Fermoſinus ad txt. in cap.ſiquis contra* 4. *de foro competente q*.17.

## CAPUT XVII.

Vtrùm Iudex, cui cauſa à Papa, vel à Principe commiſſa fuit recuſatione remota, recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Rectè procedit, non obſtante prædictâ clauſulâ, recuſatio*.

2 *Niſi cauſa recuſationis ſit frivola*.

UT paucis rem abſolvamus, reſpondemus conſtituendo differentiam inter recuſationem frivolam, & recuſationem juſtam, & legitimam, ita ut in primo caſu negativam ſententiam ſequēdam eſſe aſſeveramus; at verò in ſecundo affirmativam veriorem eſſe dicimus; & ſic tradit judicatum. *Queſada Pilo contr.forenſ.cap*.37. *n*.22.*in ſenatu Sardum & fuſiſſime nos cum infinitis docet Corteada deciſ*.18.*n*.20.*Scacia de Appellationibus q*.16.*limit*.1.*n*. 120. *Deluca de praxi judiciaria cap*.19.*n*. 2. *ubi alios refert quamplurimos Barb.de clauſulis*

*Clauſulis clauſul. 131. per totam, ubi ferè infinitos citat*, quibus adjunge quos citavimus in noſtro opere de Munere judicis orphanorum *tract.2.lib.8.cap.14.*

2 Rationem tradidimus jam in *cap.1.* hujus libri, nempè quia recuſatio eſt defenſionis ſpecies procedens à jure naturali, quod nullo jure Civili dirimi poteſt: quarè nec Princeps ſuperiorem non habens, prout Papa eſt nec noſter etiam potētiſſimus Rex poteſt etiam de plenitudine poteſtatis alicui judici ſuſpecto committere cauſam cum clauſula recuſatione *remota* ut in terminis docet cum alijs *Barb.ſupra n.8. Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.2.nu. 16. quibus adde, quos citavimus hoc libro cap.1. Phœbus deciſ.77.à nu.7.* niſi cauſa fuerit frivola, prout docent omnes ſupra citati quāvis commiſsio ſit facta cum clauſula *Quacunque recuſatione, vel omni quacunque remota Iacobus Laurentius ſupra n.19.* & *20.* & *jam diximus cap.1.Pegas ad Ord. tit.3.§.117.lib.1.n.53.* & *54.*

## CAPUT XVIII.

Generales, Provinciales, Cæterique inferiores Prælati regulares, an recuſari poſſint à ſubditis.

### SUMMARIUM.

1 *Prælati regulares recuſari poſſunt.*

2 *Recuſatio eſt remedium naturale, quod Regularibus non eſt denegandum.*

3 *Omnes judices cujuſcunque generis recuſari poſſunt.*

4 *Recuſari poſſunt ex omnibus cauſis, quibus cæteri recuſantur.*

1 Prælatos generales, Provinciales, cæteroſque quocunque nomine dictos, ſivè inferiores, ſivè ſuperiores recuſari poſſe, affirmamus, quin tuas offendat aures, cum detur paſſiva & activa, & ſint ſub carne humana; obnoxia paſſionibus humanis, cum *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. n.54. Torrecilla in tract. intitulato de conſultas Alegatos tom.1. tract. 10.conſ.3.n.19.* & *20. Baſſeo in floribus Theologiæ tom.2. verbo viſitatio n.15. Frater Franciſcus de S. Iullione, no ſeu Tribunal regular cap.7.advertēcia 2.§.2.a n.3. Peirino tom.1.de ſubdito q.1.cap.19. § 1.* qui alios referunt, quibus adde, quos citabimus *lib.3.cap.6.*

2 Tum quia recuſatio eſt remedium naturale, à quo Religioſi non inveniuntur à jure excluſi; quare eis non eſt denegandum; ut cum alijs docet *Torrecilla ſupra n. 21.* tum quia Cardinales legati, à latere, Concilium Provinciale, recuſari poſſunt, ut dicemus *lib. 2. cap.8.* quarè multo fortius, & potiori jure poſſunt recuſari prædicti Prælati; ut concludit *Torrecilla ſupra n.23.* & *24.* tum quia recuſari

ſari poſſunt omnes judices cujuſcunque generis, ſivè ſint ordina-
3 rij, ſivè ſint delegati, *ex l. apertiſſimi Cod. de judicijs. cap. poſtremo cap. 2. requiris, cap. cum ſpeciali de appellationibus, cap. cauſaque cap. inſinuante, cap. ſuſpicionis de officio delegati. Fermoſinus in cap. ſi quis contra clericum de foro competenti q. 9. Gaſtnus defenſ. 1. cap. 19. per totum cum multis Cortiada deciſ. 18. num. 11. Quacunque etiam ſuprema dignitate perfulgẽtes Gaſinus ſupra n. 14. Corteada ſupra n. 25. Fõtanel. deciſ. 5. per totam. Ramon. cõſ. 3. a n. 17.* Ergo etiam Generales, Provinciales, viſitatores Generales, & cæteri inferiores Prælati. *Torrecilla dicto conſ. 3. ubi per totam de recuſatione viſitatorum & conſ. 4. ubi* per totam de cauſis recuſationum *Fermoſinus in cap. ſi quis contra 4. de foro competenti q. 33. per totam*, quæ ſunt omnes quæ ad cæteros judices recuſandos ſufficiunt *Nogueira quæſtionum ſingularium, & experimẽtalium diſp. 3. q. 75. a* §. 1. *uſque ad quintũ.*

## CAPUT XIX.

An & quando competat recurſus ad coronam, ex eo quod Eccleſiaſticus judex, ſeu Prçlatus regularis, aut irregulatis, non obſtante exceptione recuſationis oppoſita ad ulteriora procedat?

## SUMMARIUM.

1 *Reſolvitur quæſtio propoſita.*
2 *Regis officium eſt facere juſtitiam.*
3 *Et liberare vi oppreſſos de manu calumniantium.*
4 *Sivè judex ſit delegatus, vel ordinarius.*
5 *Sivè vi oppreſſus ſit ſæcularis, ſivè Eccleſiaſticus.*
6 *Eccleſiaſtici Regis vaſſalli ſunt*
7 *Recurſus non datur, quãdò recuſatio tãnquàm frivola fuerit rejecta.*
8 *Qui ſecũdum jus procedit, vim non facit.*
9 *Iudex de ſuſpecto allegatus non poteſt cognoſcere de cauſa ipſiuſmet ſuſpicionis.*
10 *Cauſæ recuſationis ſunt proponendæ coram judice ſuſpecto.*
11 *Et probandæ coram alio.*
12 *Referuntur incommoda, quæ ſequuntur ex eo, quòd judex rejiciat recuſationes tanquam frivolas.*
13 *Nemo ſibi ipſi jus dicere poteſt.*
14 *Eccleſiaſticus rejiciendo cauſas in jure expreſſas tanquâm frivolas, committit vim.*
15 *Secùs ſi nõ ſint in jure expreſſæ*
16 *Cauſæ recuſationis juſtæ, quæ ſint, arbitrio judicis relinquuntur.*
17 *Iudex in arbitrarijs de injuſto argui non poteſt.*
18 *Iudex eccleſiaſticus non facit vim, quandò tanquàm frivolam cauſam recuſationis quæſtionabilem contemnit.*
19 *Ad impediendum recurſum ad Coronam, ſufficit, quòd Iudex habeat*

*habeat pro ſe opinionem.*
20 *Recurſus ad Coronam competit quandò Eccleſiaſticus contra jus clarum procedit.*
21 *Idem procedit, quandô cum notoria injuſtitia judex procedit.*
22 *Contra Inquiſitores Apoſtolicos non datur recurſus ad Coronam.*
23 *Bonum publicum privato anteponendum eſt.*
24 *Nullum bonum publicum excogitari poteſt, quam Sancti Officij authoritatẽ, omnibus titulis venerãdã illæsã cõſervare.*
25 *Iudex non facit vim quandò procedit poſt tranſactos quadraginta quinque dies.*
26 *Similitèr neque quandò cauſa illi fuit commiſſa, recuſatione remotâ.*

1 REgij officij prima obligatio
eſt clientibus inviolentis fa-
ctis contra jus naturale ſubvenire,
ut probat *Ord. noſtra libr. 1. tit. 9.*
§. 12 *ubi latè Peg.* rationes expen-
dit *a n. 29.* cum pluribus ſequen-
tibus. Vnde deſcendit certiſſima
in materia concluſio, quod clien-
tibus competit recurſus ad coro-
nam, quando judex Eccleſiaſti-
cus, ſive ſecularis, ſive regularis,
non obſtante exceptione recuſa-
tionis ei intimata ad ulteriora pro
cedit ex ea ratione, quia recuſatio
à jure naturali ortum habet, ut
2 probavimus *cap. 1. & 18.* & Re-
gis officium eſt facere judicium,
atque juſtitiam; & liberare de
manu calumniantium vi oppreſ-
ſos contra jus naturale, *ex txt. a-* 3
*perto in cap. Regum 23. q. 5. Oliva
cum multis de foro Eccleſiæ p. 1. q.
15. a n. 13. Pereyra de manu Regia
1. p. cap. 4. n. 14. & 7. & cap. 7. nu.
1. Olibanus de jure fiſci cap. 3. num.
47. & in terminis ita docet Pereyra
de manu regia p. 1. cap. 9. a nu. 35.
Zevalho de cognitione per viam vi-
olentiæ p. 2. q. 19. num. 17. & 21.
Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. num.
525. & 537. ubi citat Zevalh. ſu-
pra q. 14. n. 21.*

Ampliatur primo hæc conclu- 4
ſio, ut procedat, & habeat locũ,
ſivè judex, qui non obſtante recu-
ſatione ad ulteriora procedit, ſit
ordinarius, ſivè ſit delegatus: quia
cum in utroque caſu eadem vige-
at ratio, eadem militat juris diſ-
poſitio ex regul. *tx. in l. illud 32. ff.
ad legem Aquileam cum ſimilibus,
& ita in ſpecie docet Peg. dicto §.
12. n. 568. 640.*

Ampliatur ſecundo: ut proce- 5
dat, & habeat locum, ſivè vi op-
preſſus ſit ſecularis juriſdictionis
regiæ, ſivè Eccleſiaſticus à juriſ-
dictione ſeculari omnino immu-
nis: quia clerici, cæterique Eccle-
ſiaſtici inter cliẽtes ratione origi- 6
nis, & domicilij, quo ad regiã pro-
tectionem numerantur. *Valaſcus
conſ. 100. n. 2. Cabedo de patronatu
regiæ Coronæ cap. 36. n. 1. & ita in
ſpecie docet Peg. ad dictum §. 12.
gloſſ. 15. n. 9. ibi Barb. Giurba deciſ.
116. n. 1. Oliva de foro Eccleſiæ 1.
p. q. 15. n. 17. ubi alios citat*: quãvis

*Oliva ſupra n.* 46. *Rodrig. de an-*
*nuis redditibus lib.*1.*q.*17.*n.* 7. *Pe-*
*reyra de manu regia cap.* 7. *nu.* 21.
*Zevalbos in prologo ad tract. de*
*cognitione per viam violentiæ num.*
203. *ſive de inibitionibus cap.* 30.
*n.*44. doceant inter regulares con-
tra ſuperiores non deberi admit-
ti recurſus ad coronam, quia apud
nos contraria viget conſuetudo.

7 Limitatur primo: ſi recuſatio
tanquam frivola, & calumnioſa
fuerit rejecta à judice Eccleſiaſti-
co, quia cum de jure permiſſum
ſit judici recuſatione frivola, &
calumnioſa non admiſſa ad ulteri-
ora procedere, ut cum multis do-
cuimus de *munere judicis orphano-*
*rum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. quibus
adde cum alijs *Oliva de foro Ec-*
*cleſiæ q.* 17. *num.* 60. nullam infert
vim recuſanti, ſiquidem qui ſe-
8 cundum jus procedit, vim non
facit. *Oliva ſupra num.* 59. ubi in
ſpecie noſtram tenet limitatio-
nem, pro qua etiam judicatum
tradit *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 9. §.
12. *gloſſ.* 15. *cap.* 2. *nu.* 689. & 690.

Adverſus noſtram limitatio-
nem fortiter obſtare videtur ſe-
9 quens conſideratio: quia judex
de ſuſpecto allegatus non poteſt
cognoſcere de cauſa ipſiusmet ſuſ
pecionis tanquam terminante, &
vulnerante propriam perſonam
*cap. ſolicitudinem ibi gloſſ. de Appel*
*lationibus cap. cum ſpeciali eodem*
*cap. legitima eodem in* 6. *Barthol. in*
*l. quidem conſulebat ff. de hæredib.*
*inſtituendis Harman. practicarum*
*obſervationum lib.* 2. *cap.* 15. ubi ſic
obſervari in univerſo orbe aſſerit.
*Gaſinus de defenſione rerum* 1. *part*
*cap.* 19. *n.* 66. *Xamar de officio judi-*
*cis p.* 1. *q.* 12. *n.* 118. *Fermoſinus in*
*cap. ſi quis contra clericum q.* 19. *n.*
2. & 3. *de foro competenti Scacia*
*de judicijs lib.* 1. *capit.* 101. *in* 20.
*Fontanella deciſ.* 1. *n.* 17. *Queſada*
*Pilo controverſ. forenſ. cap.* 37. *nu.* 10
32. qui omnes, & alij infiniti apud
eos communi calculo tenent cau-
ſas recuſationis proponendas eſſe
coram judice ſuſpecto, proban- 11
das verò coram alio *Berart in ſpe-*
*culo viſitationis ſecularis cap.* 6. *nu.*
16. *Ramon. conſ.* 3. *nu.* 117. *Larrea*
*deciſ.* 48. *n.* 28. *Matheus de regimi-*
*ne valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.*
1. *n.* 13. *Cortiada deciſ.* 18. *num.* 58.
*Queſada Pilo controverſ. forenſ.*
*cap.* 37. *n.* 32. *Donad. de renuntia-*
*tionibus cap.* 32. *n.* 57. *Ord. lib.* 3. *tit.*
21. §. 4.

Planè ſi judex poſſit per ſe reji-
cere recuſationes, tanquam frivo- 12
las cognoſceret verò removendus
judex cauſas ſuæ ſuſpecionis, ſi
per ſe ipſum ad ejus arbitrium cau
ſas tanquam frivolas retunderet,
& repeleret, quæ repulſa neceſſa-
rio ſecum involvit cognitionem
incidentis, utrùm ſit frivola, aut
non, quæ cognitio permittẽda nõ
eſt, præcipuè judici inferiori, &
per ſe ſolum tribunal moderanti,
quia ſequerẽtur cõſequentiæ juri
exoſæ, & haud tutæ, nec levis pon
deris, quę partes recuſationem
objicientes ad intimum mærorem
pellicient

pellicient, ſiquidem judex ſuſpecione pendente caret ſapientia, & conſcientia, ut tradunt *Matrillus de Magiſtratibus lib. 2. cap. 3. Queſada Pilo ſupra n. 31.*

13 Augetur difficultas, ex eo quia ſequeretur, quòd ſibi ipſi jus diceret judex removendus contra regulam aſſerentem neminem in cauſa propria ſibi jus dicere poſſe *ex reg. tx. in l. non eſt permitendum ff. de regulis juris, & alijs.*

14 Magni ponderis nobis eſt hæc difficultas, & inſtantia contra noſtram limitationem pro cujus inſtantiæ ſolutione, permiſſum nobis ſit in caſu noſtræ limitationis diſtinguere inter caſum, quo judex Eccleſiaſticus ad ulteriora procedit rejiciendo ſuſpeciones ſibi intimatas, tanquàm frivolas, quia cauſæ recuſationis allegatę, non ſunt in jure expreſſæ, & inter caſum, quo judex eccleſiaſticus
15 ad ulteriora procedit non admittendo recuſationem fundatam in cauſis à jure expreſſis.

In primo nullam violentiam contra jus naturale fieri aſſeveramus, ac per conſequens ad coronam non competere recurſum; tum quia recuſatio tunc frivola, & fruſtatoria appellatur, cenſetur & autumatur, quando in jure haud expreſsè reperitur; vel ſi non eſt ſimilis, aut maior cauſa alijs in corpore juris expreſsis. *Fontanell. deciſ. 7. numer. 6. part. 1. & deciſ. 5. numer. 18. Giurba deciſ. 54. numer. 9. Queſada Pilo dicto cap. 37. numer. 29.* Et judex non admittendo recuſationes frivolas, & fruſtatorias, de jure procedit, ut jam diximus, & contra judicem ſecundum jus procedentem, recurſus non competit.

Tum quia cauſę, quæ ad recuſandum ſufficiant, præter in jure 16 expreſſas arbitrio judicis committuntur. *Giurba, & Queſada Pilo ſupra Carrocium except. 120. n. 41. Carraſc. ad leges recopilationis cap. 9. numer. 311. Donad de renuntiationibus cap. 32. à numer. 69.* Qua hypoteſi poterit tanquam à ſua fronte inſubſiſtens, & notoriæ elidibilis ſpetni, rejici, & ea ſpreta ad ulteriora progredi. *Cancer. 1. variar. cap. 21. num. 37. & 3. cap. 10. numer. 37. Fontanella deciſ. 5. numer. 18. Carolus de graff. except. 24. num. 12. Queſada Pilo ſupra num. 30. Faber in ſuo Codice lib. 31. tit. 4. nequis in ſua cauſa de fin. 6. & 7. Barb. voto 4. numer. 107. Cabedo deciſ. 20, numer. 4. part. 1. Cortiada deciſ. 18. numer. 66. Capicius Latro deciſ. 164. num. 4. & alij quamplurimi apud Olivam de foro Eccleſiæ 1. p. q. 17. n. 60.*

Tum quia quando judex frivolas judicat cauſas, quę judicis ar- 17 bitrio committuntur de injuſto redargui non poteſt, quia judex in arbitrarijs argui non poteſt, nec ſyndicatui ſupponi *Bobadilha lib. 5. politicor. cap. 3, num. 55. Larrea deciſ. 98. nu. 59. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 16. n. 2.*

Ubi de jure fuerit quæſtiona-
18 bile, an cauſa propoſita ſit legitima, vel frivola, etiam ſi judex eam non recipiendo ad ulteriora procedat, non ideo vim facit, ita ut competat recurſus, quia ad impediendum recurſum ad coronã, ſufficit, quòd judex habeat pro ſe
19 opinionem. *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p.q.15.n.37.* quia tunc ceſſat notorietas violentiæ, quæ omni modo requiritur, *Oliva* ſupra *nu. 35.36.& 37.*

In ſecundo verò dari veram violentiam, ac per conſequens com-
20 petere recurſum ad coronam contẽdimus; tum quia recurſus competit ad coronam, quando judex contra jus expreſſum, clarum, & in quæſtionabile procedit, ut cum infinitis diſcurrendo per varios caſus probat *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p.q.15.& 16.* ferè per totas;
21 tum quia tunc judex procedit cũ notoria injuſtitia; & contra judicem procedentem cum notoria injuſtitia datur recurſus, ex eodem *Oliva*, & ita ſentimus, quamvis *Pegas* citatus in limitatione, contrarium tradat judicatum abſque ſeparatione horum duorum caſuum.

22 Limitatur ſecundo: in Apoſtolicis Inquiſitoribus, contra quos non datur recurſus etiam ſi non obſtantibus recuſationibus ad ulteriora procedant; tum quia cum ſint æquiſſimi, rectiſſimi, piiſſimi, religioſiſſimi, & peritiſſimi, ut diximus *cap. 13*, contra eos non preſumitur, quòd partibus vim faciant. *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p cap.15.n.47. in fine*; tum quia recurſus non datur ad tribunalia regia contra Eccleſiaſticos prætextu violentiæ, quoties maius incon veniens ex eo procederet. *Oliva* 23.
*ſupra n.44.* quia bonum publicum privato anteponendum eſt *ex l.actione 66.§. Labeo ff. pro ſocio l. ult. §. unico Cod. de caducis tolendis cum multis Oliva n.45.& nos diximus de munere judicis Orphanorum tract.1.lib.4.cap.6.* Et nũllum maius in conveniens reperiri poteſt, quàm arcana utiliſſima San- 24
ctæ Inquiſitionis in publicum prodire, & nullum bonum maius publicum excogitari poteſt, quam Sancti Officij authoritatem, omnibus titulis venerandam, ilęſam manère, & ita aliis relatis docet *Oliva ſupra n.47.*

Limitatur tertio: vel quando 25
judex recuſatus procedit poſt trãſactos quadraginta quinque dies, licet poſt ipſos decidatur ſuſpicio quia tunc non facit vim, nec competit recurſus, ut judicatum tradit *Pegas ad Ord. lib.1.tit.9.§.22. cap.2.n.537.* vel quando reſcrip-
tum habet clauſulam, quòd pro- 26
cedat *appellatione remota*; quia tunc non recipiendo recuſationẽ, non facit vim, nec competit recurſus ad coronam, ut judicatum tradit *Pegas ubi proximè n.764.* ex ea ratione, quia licet probabilior ſit ſententia, quòd nec Papa, nec Rex poteſt committere cauſam,

recuſa-

recuſatione remota & quòd hæc clauſula intelligatur de frivola, ut cum multis tradidimus *cap.* 1. *&* 18. *& de munere iudicis Orphanorum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. contraria ſententia etiam pro ſe multos habet DD. quos retulimus in locis ſupra citatis, & ad longum *Phœbo deciſ.* 77. *per totam*, quòd ſufficit ad evitandum recurſum ex defectu notorietatis violentiæ.

## CAPUT XX.

Vtrum judex ordinarius, vel delegatus in cauſa, alicujus informationis recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Refertur ſententia, quæ aſſerit informantem recuſari poſſe.*
2 *Commiſſarij recuſari poſſunt.*
3 *Omnis, qui gravare poteſt, recuſari valet.*
4 *Cauſa, quæ non pendet in judicio non eſt cauſa.*
5 *Recuſatio apponi non poteſt de jure noſtro, niſi lite pendente.*
6 *Recuſatio locum non habet, ubi appellatio non ſuſpendit.*
7 *Appellatio in hoc caſu non ſuſpendit.*
8 *Informatio impediri non poteſt exceptione obreptionis, vel ſubreptionis.*
9 *Pars, quæ timet gravamen in informatione, ad ſuperiorem, recurrere poteſt.*

SÆpè dubitatum vidimus, an judex ordinarius ſeu delegatus poſſit recuſari in cauſa alicujus informationis, ſeu inquiſitionis de genere, vel ſimili, quando ſcilicet Papa, aut Princeps, aut Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus, aut religio, aut tribunal ſeu quicumque alius prælatus ſive Eccleſiaſticus, ſivè ſecularis jubet, ut aliquis judex informet de aliquo, vel inquiſitiones degenere, aut nobilitate, ſeu ſimilia ſedulus ſcrutetur, vel ad petitionem partis de aliquo informet.

In quâ difficultate pro parte- 1
affirmativa ſtat *Scobar de puritate*
1. *p. q.* 6. §. 6. ubi tradit, quòd cō-
miſſarius ad faciendam informa-
tionem recuſari poteſt. *Bobadilha*
*lib.* 3. *politicorum cap.* 8. *a num.* 125.
ubi docet, quòd commiſſarij à
civitate nominati recuſari poſſunt 2
ex ea ratione: quia omnis, qui
gravare poteſt, recuſari valet ex
eodem *Scobar. d.* §. 6. *Bobadilha d.*
*cap.* 8. *Cortiada deciſ.* 18. & com-
miſſarius gravare valdè poteſt, & 3
hæc ſententia de jure communi,
tam Civili, quam Canonico nobis
indubitabilis eſt, & omnino ſe-
quendam eſſe in foro eccleſiaſti-
co aſſeveramus.

Pro negativa afferri poteſt,
quòd hæc cauſa non pendet in ju- 4
dicio, nec propriè eſt cauſa, imò
eſt actus extrajudicialis, ut in ſpe-
cie tradit *Pegas ad ord. lib.* 1. *tit.* 5.
§. 13. *gloſſ.* 17. *n.* 5. *&* 6. *Creſpus de*
*valdaura obſ.* 69. *n.* 4. *&* 5. & recu-

ſatio ſecundum noſtram ord. *lib.*3
5 *tit.*21.§.3. apponi non poteſt, niſi
lite pendente, ut videre *lib.* 3.
*cap.*12.

Deinde: quia appellatio, ubi
non ſuſpendit; nec recuſatio lo-
6 cum habere poteſt *Thome Vas a-
leg.70.n.16.& 17.Parada in pra-
xi delegationum criminalium n.* 53.
*Pereyra in promptuario juris verbo
judex quo ad recuſationem*, & appel
7 latio in iſto caſu non ſuſpendit *ex
eodem Parada n.*53.

Accedit etiam: quia executio
8 informationis impediri nõ poteſt
exceptione obreptionis, ſeu ſub-
reptionis commiſſionis, ut in ter-
minis docet *Pegas ad novum regi-
men ſenatùs palatini cap.* 18. Ergo
nec per recuſationem, & his rati-
onibus motus hanc partem ſeta-
tur *Parada n.*53. ubi inquit, quòd
ſi caſus ei occurriſſet, recuſatio-
nem rejeciſſet; & facta informa-
tione de omnibus relationẽ prin-
cipi feciſſet, cujus opinioni ad-
hæreo maximè: quia ita expreſsũ
eſt *in regimine Gubernatorum ar-
morum cap.*46. ex ea ratione: quia
pars, quę timet gravari, vel quæ
9 gravata eſt, poteſt recurrere ad
ſuperiorem, qui generalis eſt, &
quia ex his informationibus ne-
mo poteſt condemnari *Pegas d.
cap.*18.*n.*5.

## CAPUT XXI.

Parochianus an poſſit parochum
ſuum recuſare.

## SUMMARIUM.

1 *Parochus ex inimicitia recuſa-
ri poteſt.*

2 *Epiſcopus eſt adeundus ad re-
cuſationem parochi.*

De officio; & poteſtate pa- 1
rochi integrum tractatũ
cõdidit *Barb.* & ejus obligationẽ,
onere, & officio, egerunt *Macha-
do in ſuo opere*, cui titulum impo-
ſuit: *Perfeito confeſſor, y cura de
almas.* Noſter Abreu in ſuo abſo-
lutiſſimo tractatu de *Parocho per
fecto*, quorum veſtigijs adhæren-
tes affirmamus Parochianos non
poſſe recuſare Parochos, niſi illis
ſint inimici, aut morum dépra-
vatorum: quia his relatis Epiſco-
pos, ſeu ejus vicem gerentes adi-
re debent, qui cognitis rationibus 2
recuſationis, & mature perpenſis
alium loco ſui recuſati aſſignabit
ad audiendas confeſſiones, & ad-
miniſtranda cætera ſacramenta,
conficienda que omnia, quæ ad-
bonum ſpirituale animę ſic recu-
ſanti videantur expedire.

# LIBER SECUNDUS

## CAPVT PRIMUM

Princeps ſupremus, an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Inter Iudices ſæculares connumerantur Reges, cæterique principes ſuperiorem non recognoſcentes.*

2 *Omnis, qui amorem, vel odium habere poteſt recuſari valet.*

3 *Reges, Principeſque ſuperiorem non recognoſcentes nequeunt recuſari, & quare ibidem*

POſteriori in libro de judicibus Eccleſiaſticis, qui recuſari poterunt vel non egimus, & in hoc de judicibus ſecularibus, qui recuſari poſſunt, vel non, tra-
1 ctabimus; & quia inter judices connumerantur Reges, cæterique Principes, ſuperiores non recognoſcentes, ut diximus *de munere judicis orphanorum lib. 8. cap. 25.* venit inquirendum, an recuſari
2 poſſint, & videbatur quod recuſari valent primo quia judices recuſari poſſunt: ſecundo quia omnis qui odium, vel amorem habere poteſt, recuſari valet *ex l. apertiſsimi 16. l. ult. Cod. de judicijs cap. poſtremo de appellationibus*; ſed Principes odium, vel amorem habere poſſunt, quia odium, vel amor eſt paſſio humana, de qua Principes non eximuntur, ut per ſe ſatis notum eſt: ergo veniunt recuſandi.

His, & alijs non obſtantibus, 3
Principes ſuperiores non habētes recuſari non poſſe, dicendum eſt; tum quia ſuperiorem non habent, apud quem recuſentur, ut diximus *lib. 1. cap. 1.* tum quia Principes ſupremi non moveri odio, vel amore judicantur: quibus, & aliſs rationibus ita docet *Pereyra de reviſionibus cap. 60. n. 6. Barboſa ad rubricam ord. lib. 3, tit. 21. n. 4. Lancellotus de attentatis p. 2. cap. 12. n. 41. Fluvius Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 45. n. 94. Gratian. cap. 4. a n. 14. Pegas ad principium Ord. lib. 1. tit. 9. n. 2. Cortiada deciſ. 18. n. 5. & 22.*

CAPUT

## CAPUT II.

Principis Conſiliarij, ſivè ſtatûs, ſivè ſenatûs Palatini, vel alterius conſilij, an recuſari poſſint.

### SUMMARIUM.

1 *Conſiliarii Principis corporis ipſius partes reputantur.*

2 *Præter Regem, & Papam omnis alius judex recuſari poteſt.*

3 *Conſiliarij judicantes poſſunt recuſari.*

4 *De jure communi recuſari non poſſunt Conſiliarij, qui non judicant, ſed tantum Principi conſilium exhibent.*

5 *Principem nemo interrogare poteſt, cur ita faciat.*

6 *De jure Regio tam ad judicium quam ad conſilium poſſunt Conſiliarij recuſari.*

7 *Boni Principes bonis conſultoribus uti debent.*

8 *Malus Conſiliarius deceptor appellatur.*

9 *Conſiliarij nuncupati* de Eſtado *recuſari poſſunt ab illis, qui aliquid gratiæ, juſtitiæque petunt, quod per conſilium Statûs Principi ſit conſulendum.*

10 *Præſes Palatini Conſilij non de cauſis juſtitiæ, ſed gratiæ cognoſcit.*

11 *Palatini Conſiliarij recuſari poſſunt tā in cauſis, in quibus habent vota deciſiva, quam in illis, in quibus ſolùm habent vota conſultiva.*

12 *Eodem modo recuſari poſſunt omnes Regij Conſiliarij, ſive Belli, ſivè Regij patrimonij, Menſæ Conſcientiæ, aut Cōſilij ultramarini, & omnes alij quocumque modo appellentur.*

13 *Quilibet recuſari poteſt, ſi à regula non fuerit exceptus.*

14 *Omnium conſiliorum Præſides poſſunt etiam recuſari.*

15 *Præſide ſuſpecto, poſſunt recuſari cæteri judices ejuſdem Tribunalis.*

16 *Recuſari etiam poſſunt comites patrimonij Regij, vulgò dicti* Vedores da fazenda.

17 *Ad recuſandos judices Supremorum Tribunalium graviores cauſæ ſunt neceſſariæ, quā ad alios quoſcumque recuſandos, & qua ratione uſque ad finem.*

18 *Conſiliarij dignitate ſolùm funguntur, qui magnâ integritate, fideque præditi ſunt.*

19 *Princeps omnia jura habet in Scrinio pectoris ſui.*

20 *Qui conſiliarios, ſuperioreſque judices recuſat ex levi causâ Principis majeſtatem, authoritatemque quodammodò lædit.*

EX ſuperiore reſolutione videbatur dicendum Principū conſiliarios minimè recuſari poſſe, quia (ut diximus) Principes recuſari non poſſunt, ſed conſiliarij 1

rij partes corporis ipſius Principis reputantur *ex l. quiſquis Codic. ad legem Iuliam maieſtatis. Mend. in prax.* 1.*part.lib.*3. *cap.*19. *num.*21 *Barboſ.ſupra num.*7.*Pereyra ſupr. num.*7. Ergo ſicut Principes recuſari non poſſunt, ita nec Principum conſiliarij. At contrarium videbatur dicendum prędictos ſcilicet conſiliarios recuſari poſſe,
2 quia præter Papam, & Regem, omnis alius judex recuſari poteſt. *Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*2.§.7.*n.* 3. *Cabedo* 1.*p.deciſ.*64.*Fermoſinus in cap.*4,*de foro competenti q.* 1.

Pro concordia horum fundamẽtorum, illa ſolet fieri diſtinctio
3 inter caſum, quo conſiliarij judicant; & inter caſum, quo conſiliarios tantum Princeps conſulat: in primo caſu docent conſiliarios recuſari rectè poſſe, quia tunc judices ſunt, & ubi vertitur cognitio, recuſatio procedit. *Pereyra de reviſionib. cap.*60.*n.*10.*&* 11. at ve-
4 rò in ſecundo, recuſationi locum non eſſe autumant, quia Princeps à quocunque liberè poteſt de aliqua re conſiliũ, ac informationem quęrere, nemo que eſt, qui Principi dicere valeat, cur ita faciat? *tx. in cap. in memoriam* 19.*diſtinct. ibi*
5 *Cunha a numer.*1.*uſque ad* 7. *Faccella de recta adminiſtratione juſtitiæ Principum tract.*3.*cap.*1.*num* 16. *Petra de poteſtate Principum cap.*393.*num.*4.& ita attento jure communi eſt tenendum & judicandum, ſecundum citatos, & citandos DD. Attento verò jure noſtro Luſitano Conſiliarij Principis cujuſcunque ordinis, 6
ſeu gradũs, tam ad judicium, quàm ad conſilium recuſari poſſunt ex antiquiſſima noſtri Regni conſuetudine, de qua teſtantur. *Cabedo* 1.*p.deciſ.*64.*n.* 4. *Mendes in prax.*1.*p.lib.*3. *cap.* 19. *num.* 22. *Pereyra de reviſionibus cap.*60.*nu.* 11. *Peg. ad Ord.lib.*1.*titul.*2.§.7. *num.* 1. *ibi Barb.* quæ conſuetudo legitima eſt, tum quia boni Principes uti debent bonis Cõſultoribus 7
*Facella ſupra cap.*3.*numer.*32. *Pereyra ſupra numer.* 12. *Simanchas de republica lib.*7. *cap.* 4. Cum pluribus ſequentibus: quare poſſe recuſari conſiliarios ſuſpectos convenit, ne forte contingat, quod unde Princeps ſanum, & rectum conſilium vult; pernicioſum, fallax, & ſiniſtrum, recuſanti recipiat *Pereyra dicto n.*12. Malum namque Principis conſiliarium deceptorem appellat ſummus 8
Pontifex *in cap. quanta de jure jurando ubi Barboſa, Fermoſinus, & Gonſales pulcra cummulant*, *Magonius de recta patrocinandi ratione part.*2.*capit.* 44. *numer.* 2. *Pereyra dicto nu.*12. *Simanch.ſupra.*

Infertur ex dictis primò, recuſari poſſe conſiliarios, quos 9
vocamus *de Eſtado*, ab illis, qui à Principe aliquid de juſtitia, ſeu de gratia reportare procurant quod ſuper eos plerumque ſolet Princeps conſulere, quia ut ſuprà diximus, Papa, & Rege exceptis cæteri omnes recuſari

poſſunt, dum contrarium in jure expreſſum non inveniatur, prout in noſtro caſu non invenitur, immò oppoſitum deciſum per *Ord. lib.1.tit.2.§.7.& lib.3.tit.22.* ubi de cautione conſignanda in recuſatione Præſidis Palatini Conſilij
10 agitur, qui nunquam cognoſcit de cauſis juſtitiæ ſed gratiæ, ut *notat Pegas ad Ord.lib.1.tit.2.§.7.num.1.*

11 Infertur ſecundò recuſari poſſe Palatinos conſiliarios, ſivè in cauſis, in quibus ſunt futuri judices, & habent vota deciſiva, ſivè in cauſis, in quibus ſunt futuri conſultores, & vota conſultiva tantùm obtinent, ut probat *Pereyra de reviſionibus capit. 60. per totum Cabedo 1.p.deciſ. 64.*

12 Infertur tertiò recuſari poſſe conſiliarios patrimonij Regij, Belli, Menſæ conſcientiæ, conſilij ultramarini, cæteroſque re-
13 gios conſiliarios, quocunque nomine dictos; quia quilibet poteſt recuſari, niſi excipiatur à regula. *Cabedo ſupra num.5.& notant DD. ad text.in cap. 1.de judicijs Decius in cap. poſtremo de Appellationibus*: Vnde cum in noſtro Regno nullus ex conſiliarijs à regula inveniatur exceptus, omnes recuſari poſſunt.

Infertur quartò recuſari poſ-
14 ſe præſides ipſorum tribunalium, quia ut jam notavimus præter Papam, & Regem, cæteri omnes recuſari poſſunt, ut poſt jam citatos refert alios *Creſpus de Valdaura obſ.9.numer.48. Giurba deciſ. 99. Maſtrillus deciſ. 151. Ramon. conſ.3. Solorſanus de jure Indiarum tom.2. lib.4.cap.10.num.63.& 64.* & in terminis noſtræ illationis docet *Pegas ad Ord.lib.1.tit.2.§.7.num.4.*

Quęſtio hic ſe ſe offert reſol- 15
venda, an præſide tribunalis ſuſpecto judicato, cæteri tribunalis judices, an recuſari poſſint, quam pro parte affirmativa reſolvit *Giurba deciſ.27. Fermoſinus ad text. in cap.ſi quis contra de foro competenti q.5. per totam Cardozo in praxi verbo Recuſatio num.44. Fontanella deciſ.6.n.7.*

Infertur quintò, comites patri- 16
monij regij, vulgo *vedores da fazenda*, recuſari poſſe, ex eadem ratione, de qua ſupra, & ita reſolvunt *Peg.ad ord.lib.1.tit.2.§.7.n.10.Thome Vaas alleg.96.nu.27. ex ord.dicto §.7.& lib.3.tit.22.*

Sed an ad recuſandos regios cõſiliarios requirãtur graviores cauſæ, an verò ſufficiant, quę ad cęteros judices recuſandos requirũ- 17
tur? inquiritur; & communiter reſpondetur, non tam facilè admittẽdas eſſe recuſationes judicũ ſupremorum tribunalium, quam aliorum, ob eorum excellentiam: tũ quia finis pręcipuus recuſationũ judicum eſt, ut lites ſine ſuſpicione procedant, quia periculoſũ eſt coram ſuſpecto judice litigare *ex l.apertiſsimi 16.Cod. de judicijs cap. ſuſpecti 3. quæſt. 5. capit. ſuſpicionis de officio Delegati in 6.*

Atqui

Atqui in ſupremis conſiliarijs, non facilè datur hoc periculum, quia ſunt adeo ſupremi judices, & conſiliarij adeo à Principe in varijs negotijs probati adeoque literis, & integritate ab eodem experti, ut injuria ipſum Principem afficere videatur, qui eis ſuſpiciones objiciat.
18 Non enim aliter ad tantæ magnitudinis immediatum culmen aſcendere fas eſt, niſi & fide, & integritate ſelecta prædití ſint: nam ut inquit *Caſſiodorus lib 1. Epiſtola* 41. *recipiat alius modo forte mediocres, ſenatus reſpuit eximiè non prebatos. Creſpo obſ.9.n.* 54. *& nos diximus de munere judicis Orphanorum tract.*1.*lib.* 4. *cap.* 14. Ergo non facile ſunt admittendæ recuſationes in iſto caſu, cum judices, & conſiliarios ſupremos recuſans, & eos ſuſpicione laborare affirmans videatur contra illos præſumptiones calumniæ habere potius quam aliquid juſtè poſtulare, & potius leges ipſas vivas, quam conſiliarios, & judices ſupremos recuſare.

19 Tum quia ſicut Principes ſupremi non recuſantur, ita facile eorum ſupremi judices, & conſiliarij, recuſari non debent; tum quia partes corporis ſunt, ut jam probavimus, ſeu veriùs pectoris, ac cordis illius; ideo Principem
20 omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habere legimus *in l. omnium* 4. *de teſtamentis*, quia illa habet apud juriſperitos, qui ei in univerſali moderamine, & adminiſtratione juſtitiæ, in legibus ferēdis adſint; 21
atque ita, qui illos recuſat quodā modo majeſtatem ejus offendit, & authoritatem, quam eis imperti ri tenetur, ut recta gubernatio expoſtulat: interrumpere item rectū ordinem conatur, aut ejus famam maculare; contumeliam enim illi facere videntur, qui eos ſpernunt, ut ait *Vlpianus in l. litigatores* 11. *in principio ff. de arbitris Creſpo ſupra n.*55.

## CAPUT. III.

Rector juſtitiæ domùs ſupplicationis Vlyſiponenſis; & Rector & Gubernator ſenatùs Portuenſis, an recuſari poſſint.

### SUMMARIUM.

1 *Rector juſtitiæ domùs Vlyſiponenſis, Rectorque, & Gubernator Senatùs Portuenſis, datâ gravi cauſa recuſari poſſunt.*

2 *Hæ recuſationes coram Cancellario maximo ſunt agitandæ.*

Planum eſt apud nos Rectorem juſtitię domùs ſupplicationis Vlyſiponēſis, & Rectorem, & Gubernatorem Senatùs Portuenſis recuſari poſſe: nam primum 1
eſt apertū *in Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *& docet Peg. ad Ord. lib.*1. *tit.*1. §.48. *n.*1. *&* 2. *& tit.*2. §.7. *n.*5. ubi ex epiſtola regia tradit recuſationē

 non

non eſſe agitandam coram cance-
2 lario domûs, ſed coram cancellario maiori *Pegas ad Ord. lib, 1. tit. 1. §. 14. n. 5.* ſecundum eſt expreſſum apud Pegas *dicto* §. 48. *n. 1. & lib. 2. tit. 20. §. 7. n. 6.* ubi docet ſimilem recuſationem eſſe tractandam coram Cancellario maximo qui advertere debet ad hos recuſandos, graves, & non leves cauſas eſſe neceſſarias, ex rationibus, de quibus in capite antecedenti.

## CAPUT IV.

Cancellarius utriuſque domûs Vlyſiponenſis, & Portuenſis, an recuſari poſſint.

### SUMMARIUM.

1 *Cancellarius utriuſque domùs recuſari poteſt.*
2 *Harum recuſationum eſt judex Senator antiquior.*

1 CErtum eſt, hos etiam recuſari poſſe, ob odium, vel amorem, quia omnis, qui odium ſeu amorem habere poteſt recuſari valet, ut jam diximus, & in-
1 terminis de quibus loquimur eſt *expreſſa ord. lib. 3. tit. 22. in principio Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 8. gloſſ. 24. n. 3. & gloſſ. 26. n. 7. Cabedo ſupra deciſ. 64. n. 6. Thome Vaãs*
2 *alleg. 96. n. 19.* de quorum recuſationibus judex eſt ſenator antiquior *Cortiada de materia late deciſ. 18. per totam.*

## CAPUT V.

Senatores, an valeant recuſari?

### SUMMARIUM.

1 *Agitur remiſſivè de ſenatoribus, eorumque juriſdictione, dignitate, & praeminentia.*
2 *Senatores recuſari poſſunt.*
3 *Recuſationes ſenatorum, aliorumque judicum Supremorũ Tribunalium, non debent facilè admitti, uſque ad finem.*
4 *Sacrilegij, inſtar eſt diſputare, an digni ſint, quos Imperator elegerit.*
5 *Supremi judices à Syndicatu ſunt immunes.*
6 *Recuſari poſſunt omnes illi, à quibus appellari poteſt.*
7 *A ſupremis Conſilijs non datur appellatio, ſed tantum ſuplicatio, vel reſtitutio in integrum.*
8 *Ad recuſandum judicem ſunt juſtè illæ cauſæ, quæ ad repellendum teſtem ſufficiunt.*
9 *Facilius repellendus eſt judex, quàm teſtis, & quare.*
10 *Qui in veritate dicenda eſt ſuſpectus, etiam in adminiſtranda juſtitia ſuſpectus haberi poteſt.*
11 *Si mira bonitatis Iudex recuſetur, debet judex recuſationis acuratè attendere, an talis ſit, quæ ſuſpectum reddat talem judicem.*

12 *Et quanto recuſatus fuerit integerrimus, & bonus, tantò cauſam graviorem deſiderare debet.*

13 *Nihil mali cōtra laudabilis opinionis virum ſuſpicari poteſt.*

14 *Hominem Sanctæ vitæ, magnæque obſervantiæ non poſſe recuſari affirmat Barboſa.*

1 DE ſenatoribus, eorumque
juriſdictione, dignitate, &
præeminentia, late agitur in *Ord.*
*lib.* 1. *tit.* 1. & 6. & *tit.* 37. in qui-
bus titulis nihil in tactum relin-
quit *Pegas*, & *Barb.* etiam multa
dedit, quibus adde quæ tradit
2 *Coſta in ſtylis Domùs ſupplicationis*
*Portuenſis annotatione* 4. & 5.
quos quidem Senatores recuſari
poſſe ex rationibus ſæpe ſæpius
repetitis, planum eſt *ex Ord. lib.*
1. *tit.* 2. §. 8. *tit.* 4. §. 5. *tit.* 36. §. 3.
& *lib.* 3. *tit.* 21. §. 15. & 16. & *tit.*
22. in quibus locis *Barb.* multa di-
xit, ſed plura *Pegas ad Ord. lib.* 1.
*in locis allegatis Coſta ſupra anno-*
*tatione* 2. *n.* 17. & *annotatione* 3. *a*
*n.* 7. & 15. & 17. *Cortiada de-*
*ciſ.* 18.
3 Sed non tam facile admitten-
das eſſe recuſationes judicum, &
ſenatorum ſupremorum tribuna-
lium, & utriuſque domùs, quàm
aliorum ob excellentiam eorum-
que dignitatem, exiſtimamus ex
dictis in capit. 2. hujus libri qui-
bus accedit, quód qui ſuſpec-
tos dicunt hujuſmodi judices, vi-
dentur integritati illorum aliquid
detrahere, & de eorum electione,
quæ maximè in rectitudine, & in-
tegritate fundatur, diſputare; ſa- 4
crilegij inſtar eſt diſputare, an dig
ni ſint, quos elegerit Imperator
*ex l. diſputare* 3. *de crimine ſacrile-* 5
*gij*. A quo fluit ut ſupremi judices
à ſyndicatu immunes etiam ſint,
ut inquit Plato: *nemo judex Ma-*
*giſtratus ve ſit, qui geſti officij ratio-*
*nem non refert, præpter eos qui Re-*
*gum inſtar finem rebus imponunt.*
*Valerius maximus lib.* 7. *cap.* 2. *va-*
*cuum omnis judicij metu eum hono-*
*rem reddendo, qui exigere debet ra-*
*tiones, non reddere Larrea deciſ.*
98. *n.* 25.
Accedit deinde regula ſatis 6
nota, videlicet, hòs poſſe recuſa-
ri, à quibus poſt ſententiam ap-
pellari poteſt *Creſpo de Valdaura*,
*obſ.* 9. *n.* 60, quia appellatio, & re-
cuſatio à pari procedunt, ut pro-
bat *tx. in cap. ſuper eo* 22. *de appel-*
*lationibus, ibi: in cauſis quoque Ec-*
*cleſiaſticis, ubi appellationis reme-*
*dium tollitur, ſicut appellationi,*
*iſtæ recuſationi non eſt aliquatenus*
*deferendum* ibi *Barb. n.* 1.
Sed ſic eſt, quod à ſupremis cō- 7
ſilijs non datur appellatio *ex l. u-*
*nica ff. de officio præfecti prætorio*,
ubi illam adjecit rationem quæ
tota excellentiæ dignitatis tribui-
tur, ibi: *credidit enim Princeps e-*
*os, qui ob ſingularem induſtriam,*
*explorata eorum fide, & gravita-*
*te ad ejus officij magnitudinem ad-*
*hibentur, non aliter judicaturos pro*
*ſapientia, & jure dignitatis ſuæ,*

*quam ipſe foret judicaturus*. Sed datur ſupplicatio, vel in integrum reſtitutio, *ex authentica quæ ſupplicatio Cod. de precibus Imperatori offerendis l. præfecti etiam* 17. *ff. de minoribus*: ergo ad minus graviores cauſæ ad recuſandos Senatores requiruntur, quam ad inferiores judices recuſandos.

8 Conducit etiam, quia licet regula ſit, quod cauſæ juſtæ ad recuſandum videantur, quæ teſtem à teſtificando repellant, *gloſſ. in cap. R. Carinicus de officio Delegati*
9 *Creſpo ſupra n.*62. imò facilius judex repellendus, quam teſtis, quia facilius invenitur judex, quam teſtis, *ex gloſſ. in cap. accedens, ut lite non conteſtata Creſpo dicto n.* 62.

Atqui hæc regula in ſupremis judicibus non militat, nec enim tam facile judices adeo ſelecti, &
10 tam ſpectatæ juriſprudentiæ, & integritatis inveniuntur. Iuſtitia, & veritas adeo ſunt inter ſe germanæ, ut rectè qui in veritate dicenda ſuſpectus erit, & in juſtitia adminiſtranda ſuſpectus haberi poteſt. Sed qui dixit ſupremum judicem ſuſpectum, potius exiſtimandus eſt, non fovere bonam, cauſam, & à recta juſtitia ad aliquem tramitem dolis implicatū deviare; & ob id non facile in ea, ſed cum magna cauſa obtinere debet: nam ut inquit *Gerardus Mainardus lib.* 1. *deciſ.* 87. *num.* 3. *Cauſæ recuſationum, maximè in ſupremis Senatibus, non tam à ſuſpecto judicum ſtatu, quam ab opinione partium litigantium dependet?* & *Fontanella deciſ.* 5. *nu.* 18. *ait: Vnde ego ridire ſum ſolitus, eos qui de recuſationibus in ſenatu diſputātes, utuntur contra regios ſenatores illis brocardicis propoſitionibus, levior ſuſpicio requiritur ad repellendum judicem à judicando, quàm teſtem à teſtificando*; *Creſpo ſupra num.*63.

Facit etiam, quia licet miræ 11
bonitatis integerrimus recuſari poſſit *Menoc. de arbitrarijs centuria* 2. *caſu* 152. *nu.*7. *Tiraquell. de pœnis temperandis cauſa* 51. *a n.*60 *Creſpo de Valdaura obſ.* 9. *nu.* 65. *Gratian. cap.* 100. *n.* 15. *Queſada Pilo controverſ. juris cap.* 37. *n.* 37. tamē judex recuſationis, maximè conſiderare debet, an cauſa ſit talis, quę ſuſpectum redat judicem 12
mirę bonitatis, & integerrimum, & quanto recuſatus fuerit intigerrimus, & bonus, quantò cauſam graviorem deſiderare debet, ut docent ſupra citati, & ultra eos *Cobedo* 1. *p. deciſ.*20. *n.*7. *Valaſc. de partitionibus cap.*9. *n.* 21. ubi dant alios: nam nihil mali contra lau- 13
dabilis opinionis virum ſuſpicari poteſt. *Barboſa voto* 61. *n.*22.

His ergo, qui Senatores, cęteros que judices miræ bonitatis recuſant verba *Petri Gregorij lib.*49 *Syntagmatum juris cap.*3. *n.*21. *p.*3 acommodari poſſunt, perinde, ac ſi Catonem recuſarent, inquit: *Omnino certè gravè eſt judicem temerè recuſare, & id multis ad damnationem plurimo adcumento fuit,*

quod

*quod Catonem eum qui poſtea dictus eſt Vticenſes: judicem in cauſa ſua rejeciſſent. Etenim illi innocentes videri non poterunt imò ſatis de ſe confeſsi, qui adeo religioſi judicis utrique optimi, & integerrimi judicium recuſaſſent.* Quarè *Barboſa*
14 *voto* 4.*n.*108. docet, quod recuſari non poteſt homo ſanctæ vitæ, vel magnę obſervantiæ cum multis *Cortiada deciſ.*18.

## CAPUT VI.

Iudex an poſſit à cauſarum cognitione, abſque recuſatione oppoſita, abſtinere?

### SUMMARIUM.

1 *Iudex nequit pro libito à cauſarum cognitione ſe abſtinere.*
2 *Licet pater nec ſibi, nec filijs jus dicere debeat, & è contra dum tamen non recuſatur validè exercet juriſdictionem.*
3 *Quòad ius publicum non attenditur patria poteſtas.*
4 *Non poſſe judicem abſque recuſatione ſibi oppoſita abſtinere ſe à cognitione cauſæ, tenent multi DD.*
5 *Romanorum mores pro contraria parte conſiderantur.*
6 *De jure noſtro non poteſt judex ſine expreſſo conſenſu partium cognoſcere de causa conſanguinei, vel affinis.*
7 *Advocatus in causâ non poteſt in foro conſcientiæ in illa eſſe judex, niſi priùs depoſito affectu.*
8 *Cum legitima cauſa poteſt Iudex à cauſarum cognitione ſe abſtinere, non tamen ea deficiente.*
9 *Demonſtratur, quæ cauſæ non legitimæ dicantur.*
10 *Ut Iudex de cognitione cauſæ ſe abſtineat debet priùs jurare ſe in ſuâ conſcientiâ ſuſpectum eſſe.*

Plura in hac quæſtione pro una, & altera parte conſiderari poſſunt fundamenta. Nam pro parte negativa ſtat, quod judicis officium neceſſarium eſt, & nequit pro libito à cauſarum cognitione abſtinere, ut latè probat *Fontanella deciſ.*1.*per totam Creſpo de Valdaura obſ.* 8. *per totam. Peg. ad Ord. lib.*1.*titul.*1.§.15.& *tit.*2.§.7.*n.*22.*Thome Vaas alleg.* 96.*nu.* 50.& 51. ubi ſic ait *atque ideo male faciunt judices, qui facilè & ſine juramento ratione fictæ ſuſpicionis ſe depellunt à cognitione proceſſus, vel ut complaceant partibus recuſantibus, vel ut ſe exonerent quod tuta conſcientiâ facere non poſſunt; ſunt enim mercenarij Regis ex ſalario ſibi conſtituto &c.* Et ideo licet pater neque ſibi neque filijs jus dicere debeat *ex l. qui juriſdictioni* 10.*ff. de jurisdictione omniũ judicũ Ord. lib.*3.*tit.*24. dũ tamen nõ recuſatur, poteſt filius patrem, & pater filium judicem habere *ex l. in privatis* 77.*ff. de judicijs*: nam quo 1 2 3

quo ad jus publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis *ex l. ille à quo* 13. §.*fin.l.nam quod* 14.*ff. ad Trebellianum*; & licet poſſit recuſari, *ut ait Guthifredus* in eo textu ita demum ſuſpectus haberi debet ſi recuſatur ab adverſario ejus judicium, ut doctè probat *Petrus Gregorius ſupra n.*8. & geſta ante recuſationem valida ſunt *ex gloſſ. in cap.judex ab Apoſtolica* 5.*de of-*
4 *ficio judicis delegati in* 6.*ibi Barb. n.*8. *Maſtrillus deciſ.*151.*a nu.*16. *Creſpo dicta obſ.*8.*nu.* 7. atque ex his omnibus judicem, ſeu Senatorem non poſſe à munere judicandi ſe ſubſtrahere docent ſupra relati, & poſt eos ita etiam ſentiunt *Deluca in praxi judiciaria cap.* 19. *n.*8.*ubi cum Fontanella ſupra*, & *deciſ.*2.*nu.*5. *Andrelo*, & alij firmāt non poſſe judicem ſe abſtinere, niſi communicato ſcrupulo Collegis, qui cauſam agnoſcant, & judicent cauſam ſuſpicionis militare.

Pro affirmativa conſiderari po-
5 teſt quia jam olim apud Romanos moribus receptū fuit, ut judices ſe excuſarent in illis caſibus in quibus ſuſpicionis notam incurrebāt, quod nobis teſtatus fuit Quintilianus, in dialog. de oratoribus his verbis: *faciam quod probi & honeſti judices ſolent, ut in his cognitionibus ſe excuſent, in quibus manifeſtum eſt alteram apud eos partem gratia prævalere. Peg.ad Ord. lib.* 1.*tit.*1.§.15.*n.*3.

6 Deinde cōſiderari poteſt, quòd in noſtra *Ord. lib.* 3.*tit.* 24. ſtatutum eſt, quòd judex conſanguineus intra quartum gradum, vel affinis, non dum affinitate deſoluta non poſſit intervenire, niſi expreſſo conſenſu: ergo à contrario ſenſu, illo præſtito judicare poterit, non tamen tenebitur, ut infert *Creſpo dicta obſ.* 8. *n.* 10. ubi lòquitur in terminis ſimilis ſtatuti.

Rurſus excogitari poteſt, quòd ut is, qui fuit advocatus, in foro 7
conſcientię judex eſſe poſſit; affectum deponere debet *Valerus de differentijs utriusque fori verbo judex differentia* 8, *n.* 2. *Cabedo* 1.*p. deciſ.*20. *Creſpo ſupra n.* 11. nemo autem quomodo in his ſe ipſum cenſeat deponere, ſeu agnoſcere poterit, niſi proprio examine, & judicio, unde in cujuſcunque arbitrio relinquendum neceſſario conſequitur, ne interdum cum animæ periculo oneri ſe ſubjicere compellatur. *Creſpo ſupra dicto n.* 11. qui per totam dictam obſervationem concludit liberum eſſe cuicunque judici cum cauſa à cognitione cauſarum ſe abſtinere.

A quo jam patet in quæſtione 8
propoſita; faciendam eſſe differentiam inter caſum, quo judex à cauſarum cognitione cum cauſa legitima ſe abſtinere vult; & inter caſum quo ſine cauſa legitima, vel 9
tantum ad beneplacitum alterius, vel ad efugiendum laborem vel ad evitandum periculum, alias vitabile, ſivè corporis; ſivè honeris

ris, ſivè bonorum, vel quia parvi animi eſt, & partibus, ſivè patrinis reſiſtere timet; & in iſto caſu prima ſententia eſt omnino vera, & ſequenda; at vero in primo; ſecunda ex rationibus ponderatis, & cum hac diſtinctione lo-
10 quitur cum alijs *Thome Vaas dicta alleg. 96. num.* 50. ubi advertit quòd quando aliquis ex Senatoribus, vel judex alius quilibet ſe ſentit in ſua conſcientia ſuſpectũ, hoc cum juramento declarare tenetur, ut à detreminatione cauſæ ſe abſtinere valeat. *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 7. num.* 11. *&* 12 *Cabedo 1. p. decis. 64. n. 7. Fontanella decis. 2. per totam.*

## CAPUT. VII.

**Vtrùm judex cum juſta cauſa poſſit à cauſarum cognitione ſe abſtinere, quandò prædicta cauſa non obſtante, pars adverſa conſentit.**

### SUMMARIUM.

1 *Affirmativè prædicta quæſtio reſolvitur.*

2 *Minor, Univerſitasque poſſunt implorare reſtitutionem adverſus conſenſum præſtitũ in judicie ſuſpecto.*

3 *Multa poteſtati judicis tribuuntur, quæ eorum neceſſitati non ſubjiciuntur.*

4 *Ab Authore monentur judices, ut non obſtante partium conſenſu ſe abſtineant à cognitione cauſæ, in qua ſe legitimè invenerint ſuſpectos.*

EX proxima quæſtione, prę- 1
ſens exoritur; quam pro parte affirmativa reſolvere placet: quia è contrario plura reſultant abſurda: tum quia in cauſa propria patris, filij vel fratris judicem compelli videtur abſurdum: tum 2
quia ſi minor, vel univerſitas eſſet, qui judicem approbaret in integrum, reſtitutionem adverſus conſenſum præſtitum poſſet implorare *Canc. 1. variar. capit.* 21. *num.* 41. *Covas praticar. cap.* 26. *n.* 4. *ibi Faria Franchis decis.* 431. *Ricius Coletaneo* 1612. *Creſpo de Valdaura obſ.* 8. *num.* 13. quæ, vel permittere, vel vetare non decet: tum etiam quia pars, quæ in lite ſucumberet, ſi forſan illa eſſet, quę judicem impeditum admiſit, conſenſu pręſtito, potius injuriæ, quàm juſtitiæ æqualitati ſententiam tribueret. Idque de facili in vulgus jactaret.

Objicere nobis potes in poteſtate judicis non eſſe etiam ex juſta cauſa à cauſarum cognitione ſe abſtinere, quando ea non obſtante illum partes contrarię admittũt quia munus exercet neceſſarium, & non voluntarium, ut diximus *in cap. antecedenti, docentque Thome Vaas alleg. 96. n.* 51. *Deluca in praxi judiciaria cap.* 19. *nũ.* 8. *ubi alios dat concordantes.*

E Verum-

Verumtamen huic objectioni
3 facilem præſtamus ſolutionem, nempè quòd non ex eo, quòd judex in tali caſu jus dicere poſſit, ſequitur quòd teneatur: nam multa poteſtati judicum tribuuntur, quę illis neceſſitatẽ non inferunt *ex l. quidquid 4. ff. de judicijs*; ſi enim à partium conſenſu ſolo hoc penderet, nunquam in poteſtate judicis remaneret ſe, cum legitima cauſa à cognitione cauſarum
4 abſtinere; quare omnes judices monemus, ſivè maiores, ſivè minores, ſivè ſuperiores, ſivè inferiores, quod ubicunque adeſt impedimentum, quodcunque illud ſit, vel conſanguinitatis, vel affinitatis, vel Advocationis, vel judicaturæ in tribunali, ſeu loco inferiori, vel alia quæcunque legitima, non obſtante partium expreſſo conſenſu, illico à cauſarum cognitione ſe abſtineant quia ſemper ſiniſtros gignit eventus *Fontanella deciſ. 2. per totam.*

## CAPUT VIII.

An Cæteri inferiores judices, tàm ordinarij, quàm Delegati recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Omnis judex ſivè ordinarius, ſivè delegatus recuſari poteſt.*

2 *Correctores, proviſoreſque recuſari poſſunt, & quis hujuſmodi recuſationum ſit judex, demonſtratur.*

3 *Auditores dominorum, & judices forenſes etiam recuſantur in illis caſibus, in quibus eſt prohibita appellatio.*

4 *Traditur quis harum recuſationum index eſſe debeat.*

5 *Decuriones recuſari poſſunt.*

6 *Et etiam judices Orphanorum, arbitrique de eorum recuſationibus cognoſcunt.*

7 *Recuſantur etiam Ædiles, unoque recuſato non remanet alter ſuſpectus.*

8 *Iudex Ordinarius non ſolùm recuſatur, ſed etiam ejus aſſeſſor.*

9 *Aſſeſſor non poteſt eſſe in cauſa ille, qui in eadem cauſa fuit advocatus.*

10 *Ad aſſeſſorem recuſandum ſufficit quòd judex ſit ſuſpectus.*

11 *Iudices fiſcales ſivè fiſci ſæcularis, ſivè eccleſiaſtici recuſari poſſunt.*

12 *Declaratur quis cognoſcere debet de recuſationibus oppoſitis judicibus fiſci Sanctæ Inquiſitionis Eborenſis, & Conimbricenſis.*

13 *Rectores, Reformatoreſque Univerſitatis Conimbricenſis etiam recuſantur, & ad illorum recuſationem indicandam petendus eſt judex in Tribunali Menſæ Conſcientiæ.*

14 *Scho-*

14 *Scholares poſſunt recuſare Magiſtros, & Cancellarium ſuum, & ſi omnes ſuſpecti judicentur; adeundus eſt Princeps, ut nominet alios, qui in eorum locum ſubrogentur.*

15 *Conſervator Conimbricenſis, Eborenſiſque ab Scholaſticis, cæteriſque privilegiatis recuſari poteſt.*

16 *Statuta Academiæ Conimbricenſis practicantur ex Regia conceſſione in Eborenſi.*

17 *Recuſatio Conſervatoris, omniumque Officialium Univerſitatis coram Cancellario Univerſitatis tractatur.*

18 *Recuſantur etiam arbitratores.*

19 *Iudex finium Regundorum recuſari poteſt ante litem inchoatam, & de recuſatione cognoſcit Iudex foraneus Oppidi viciniores.*

20 *Prædictus judex poteſt aſſociatus ad ulteriora procedere, pendente recuſatione, ſi aliud in delegatione non ſit expreſſum.*

21 *Et etiam cognoſcere de recuſatione oppoſita ſuo Tabulario.*

22 *Quando iſte Tabularius recuſatur, poteſt aſſociatus ſcribere, quod etiam procedit in ſcriba Ædilium, & in ſcriba Fiſci Sanctæ Inquiſitionis.*

23 *Agrimenſores poſſunt ex imperitiâ recuſari.*

24 *Poſſunt etiam recuſari arbitri juris.*

25 *Et ſuperintendens generalis rationis, qui vulgò dicitur* ſuperintendente da contadoria.

26 *Iudicesque Indiæ, & Minæ, & Auditor publicæ Baſilicæ, de quorum recuſationibus cognoſcit judex Cancellariæ.*

27 *Teſtium examinator etiam poteſt recuſari.*

IUdices omnes, qui recuſari poſſunt hic affigere, & per ſingulos diſcurrere eſſet in longum 1 calamum ſine utilitate diſſolvere quia dicere ſufficit quencunque judicem ſive ordinarium, ſive delegatum quocunque nomine dictum, qui cognitionem habet recuſari poſſe, ſivè ad commutativam, ſivè ad diſtributivam attendamus *Petrus Gregorius in ſyntag. juris lib.49.cap.3.a n. 4. Maranta de ordine judiciorum p.6. tit. de appellatione verbo recuſatio a num.24 Cavalcan. de contractib. deciſ. 28. à num.95. Covas praticar. cap. 26 Franciſcus Milanen lib. 1. deciſ. 15. Canc.1. variar. cap.21.a num. 31. Menoch. de arbitrarijs caſu 121. 152. & 458. Iozeph Ramon. conſ.3. Paulus Piaſeci in praxi Epiſcopali p.2. cap.4. art.1. a num. 9. Faber in Cod. lib.3. tit. 4. Andre-*

*as Gaillius obſ.33.Xamar. de officio judicis 1.p.q.12.n.116.& 117.latiſsimè Fontanella deciſ.5.per totã: cum infinitis Cortiada deciſ.* 18. *num.*11.

Ex quo infertur primò, Correctores, & Proviſores Provinciarũ,
2 quos vocamus *Corregedores, & Provedorés*, recuſari poſſe, ut probatur *ex Ord.lib.1.tit. 61. in principio ubi Peg.n.* 3. declarat, quòd de recuſationibus oppoſitis Præſidi Provinciæ cognoſcit Cancellarius, Provinciæ niſi Princeps contrarium ei conceſſerit, prout fieri ſolet, ut notat *Peg.dicto n.* 3. & tradit *Thome Vaas alleg.96. nu.* 26.nam in charta, quam vocamus *folhinha da alſada* Prætorum in recuſationibus judices forenſes aſſignantur, nec non Proviſorum; ſed ex lege noviſſima in recuſatione Præſidis eſt judex Proviſor, & è contrario in recuſatione Proviſoris eſt Præſes.

3 Infertur ſecundò judices forenſes, & Auditores Dominorum, poſſe recuſari, etiam in illis caſibus, ubi eſt prohibita appellatio, ut probat *tx.in cap.ſuper eo* 12. *de appellationib. Ord.lib.1. tit.* 65. §. 25. ubi datur ſuſpicio in cauſa injuriarum quanvis non detur appellatio ut ibi advertit *Pegas, & in* § 8. ejuſdem *tituli nu.*3. de quorum recuſationibus ex virtute *da folhinha da alſada* cognoſcit Præſes
4 Provinciæ, vel judex forenſis loci viciníoris, ſi in loco non ſit Præſes Provinciæ, vel ſit abſens, ut docet *Thome Vaas alleg.96.n.* 30. aliàs ſi judex forenſis à Rege non impetraverit judicem, qui de cauſa recuſationis cognoſcat, tunc partes debent aſſumere judicem, qui de recuſatione cognoſcat, juſta formam *Ord.lib.3. tit.* 21. §. 8. & ſi in uno non conveniant unuſquiſque ſuum ſũmere poteſt, qui ſi in ſuſpicione judicanda diſcordes extiterint, eſt adhibendus Decurio ſenior loci, ſi ſuſpectus non fuerit, ex dicta *Ord.* quæ forma eſt ſervanda in ſuſpicione appoſita contra judices ordinarios loci, non forenſes.

Vbi verò una pars defuerit, quia judex procedit ex officio, ipſe concurrit in eligendo arbitros, qui cognoſcant de recuſatione, ut latè jam diximus *lib.1.cap.* 10. & *tradit Thome Vaas alleg.96. n.* 30. *ex gloſſ. in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus*, & ita obtinuimus judicatum in Senatu Palatino cõtra fratres domùs miſericordiæ Eborenſis in gravamine à nobis interpoſito, ex ea ratione, quia in elegendis arbitris ad judicandam recuſationem nobis ab illis intimatam concurrimus *cum multis Faria ad Covas praticarum capit.* 26.*n*,40.

Infertur tertiò Decuriones recuſari poſſe in omnibus caſibus, 5
quorum cognitio, ſeu electio, aut votum ad eos ſpectat, ut docet *Phœbus 1.p.deciſ.77.Pegas ad Ord lib.1.tit.65.§.25.n.17. Mendes in prax.lib.3.cap.*8. *n.* 121. *Themudo* 2.*part.*

2.*part.deciſ.*193. *Barboſa ad Ord. lib.*3.*tit.*21.*in principio n.* 16.

6 Infertur quartò judices orphanorum recuſari poſſe, quia cognitionem habent, & odium, vel amorem, ut cæteri judices habere poſſunt, *Ord.lib.*1.*tit.*96.§.25. *ibi Barb.n.*1.& 2.& *nos diximus de munere judicis Orphanorum tractat.*2.*lib.*8.*cap.*14. de cujus recuſatione cognoſcunt arbitri electi, eo modo, quo ſuprà diximus, de judice ordinario, quia judex Orphanorum nòn habet certum judicem à lege datum, ad cognoſcendum de ejus recuſatione, & ubi certus judex à lege datus non reperitur, ad arbitros recurrendum eſt ex *Ord. lib.* 3. *tit.* 21.§.8. *Thome Vaas alleg.*96.*n.*29.

7 Infertur quintò Ædiles recuſari poſſe, de quibus agit *Ord.lib.* 1. *tit.*68.& *ibi latiſſimè Pegas*, quia de multis cognoſcere poſſunt, ut videre eſt apud *Ord.* allegatam & *Peg.ſupra citatum*,& ita nos docet *Barb.ad Ord.lib.*3.*titul.* 21. §.19. ubi advertit, quod per recuſationem unius ex Ædilibus alter non manet ſuſpectus, quod ſecus in judicibus ordinarijs de quibus dicemus.

8 Infertur ſextò recuſari poſſe nō ſolum ipſum judicem, ſed ejus acceſſorem, ex *cap. ſtatutum de reſcriptis in* 6.*ibi Barb.n.* 86. *ejus pater Barb.ad Ord.lib.*3. *titul.* 21. *in principio n.* 12. *Zevalhos in tract. de cognitione per viam violentiæ p.*

9 2.*q.*14.*n.*41. Vnde advocatum nō poſſe eſſe acceſſorem judicis in cauſa clientuli, reſolvunt *Gratianus cap.*4.*n.*5. *Carraſco ad leg. novæ recopilationis cap.*9.*n.*291. *Barboſ.dicto n.*85.& *alter dicto n.* 12. *Caldas ad L.unic.cod. ex delictis defunctorũ p.*4.*n.* 35. *Menoch. de arbitrarijs lib.* 1.*q.*37.*n.*4. *Avēdanho de exequendo mandato* 2.*p.cap.* 23. *n.*10. immò ſufficit ad acceſſorem 10
recuſandum., quod judex ſit ſuſpectus *Barb.dicto n.* 12. *Zevalhos ſupra dicto nu.* 41. ubi alios citant *Fermoſinus in cap. ſiquis* 4. *de foro competenti q.*11.*per totam.*

Infertur ſeptimò recuſari poſſe 11
judices fiſcales, ſivè fiſci Sanctæ Inquiſitionis Eborenſis, & Conimbricenſis. Diſponit regimen fiſcale *cap.*41. ubi inquit: legislator, quod ubi primum: eis inti- 12
mata ſit recuſatio, ſi Senatores fuerint, illicò eam ad Cancellarium domùs ſupplicationis remittant; ſi verò Senatores non fuerint, ad Præſidem Provinciæ, qui de ea cognoſcere tenetur, & poſteà definitivam ſententiam ſuper illā cū Proviſore, ac judice forenſi ferre tenetur, quæ forma ſervanda erit in recuſatione oppoſita judici fiſci Inquiſitionis Conimbricenſis; quia licet de eo non loquitur regimen, quia fermè Senatores ſunt, attamen quando Senatores non fuerint, in eorum recuſatione eadem forma eſt ſervanda, ex eadem ratione; & inveni judicatum in recuſatione appoſita cuidam judici Conimbricenſi, qui tūc temporis

 Se-

Senator non erat.

13 Infertur octavo: Rectores, ſeu Reformatores Univerſitatis Conimbricenſis poſſe recuſare: ſed ad recuſationem Rectorum judicandam eſt adeundus Univerſitatis Cancellarius; ut *tradit Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 7. nu.* 18. & Rex ad judicandas ſuſpiciones reformatori oppoſitas, ſecundum eundem *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 7. n.* 18. *& tit.* 35. *§.* 8. *n.* 715.

14 Infertur nono: Magiſtros poſſe ab ſcholaſticis recuſari. *Peres in l.* 1. *lib.* 3. *Ordinamenti pagina* 597. *Barb. ad principium Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 20. ubi idem tradit de Cancellario *Rebufus de prævilegijs Scholaſticorum prævileg.* 87. *&* 88 *Morla in emporio juris p.* 1. *tit.* 2. *in præludijs n.* 196. *Fermoſinus in cap* 4. *de foro competenti q.* 24. *n.* 21, & ſi omnes ſuſpecti judicentur, ut contingere poteſt, ſecundum ea, quæ diximus *lib.* 1. *cap.* 14. adeundus eſt Princeps, ut alios qui in locum magiſtrorum ſubrogentur, nominet.

15 Infertur decimo: Conſervatorem Conimbricenſem, & Eborenſem, ab Scholaſticis, cæteriſque prævilegiatis univerſitatum, recuſari poſſe, ſecundum ſtatuta
16 hujus Conimbricenſis academiæ, *lib.* 2. *tit.* 26. quód in Eborenſi academia ex Regia conceſſione in omnibus illis, quibus adaptari
17 poteſt, praticatur, ubi diſponitur quòd recuſatio conſervatoris eſt tractanda coram Cãcellario Univerſitatis, qui eſt primarius juris Civilis profeſſor, coram quo eſt tractanda recuſatio omnium officialium Univerſitatis, ubi ſtatutum aliud non diſpoſuerit *Benedictus pereyra in ſua academia ſeu republica literaria lib.* 7. *diſp.* 2. *q.* 8. *per totam.*

Infertur decimoprimo: Arbitratores recuſari poſſe *Barb. ad principium Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 18. 18
ubi multos citat quibus adde quos citavimus de munere judicis Orphanorum *tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11.

Infertur decimoſecundò: Iudicem finium regundorum, quem 19
vocamus *judicem Tombi* recuſari poſſe ante litem inchoatam, & cõſenſum, ut nos *docet Leitam de judicio finium regundorum cap.* 11. *n.*
31. qui *n.* 34. inquit, quod recuſa- 20
tionis acta oppoſitæ judici finium regundorum propinquioris oppidi judici foraneo committantur expenſis recuſantis, & quod judex finium regundorum interim procedit a ſociatus à dicto judice, quę praxis eſt ſervanda, niſi aliud in delegatione fuerit expreſſum.

Recuſationis tabulario objectę judex Delegatus pro finibus re- 21
gendis ex reſcripto competens eſt *ex Leitam ſupra cap.* 13. *n.* 10. ubi advertit, quod recuſatione, pendente Tabellio a ſociatus ſcribit, ſicut Ædilium ſcriba, qui etiam recuſatione pendente, aſociatus ſcribit ex *Leitam. dicto n.* 10. *Cabed.* 1.
*p. areſto* 37. & ſicut ſcriba fiſci Sãctę Inquiſitionis, qui recuſatione 22
pen-

pendente a ſociatus ſcribit ex regimine fiſcali *cap.44.*

23 Infertur decimotertio: Agrimenſores ex imperitia recuſari poſſe, quia recuſatio defenſionem continet, & excluſa non cenſetur *Leitam de judicio finium regundorum cap.13.n.9. ubi alios citat.*

24 Infertur decimò quarto: Arbitros juris recuſari poſſe *Barb. ad Ord. lib.3. tit.21 in principio n.16. Phæbus 1.p. deciſ.77.a n.16. Maſtrillus deciſ.91.n.7. Peg. ad ord. lib. 1. tit.14.§.3.n.1 ubi tradit judicatum cum multis Cortiada deciſ.18. num.10.*

25 Infertur decimòquinto: ſuperintendentem rationis Generalis, quem appellamus *ſuperintendente da contadoria geral de guerra*, recuſari poſſe, ut docet *Peg. ad Ord. lib.1. tit.2.§.7.n.6.* ubi ex Epiſtola Regia docet cognitionem hujusmodi recuſationis pertinere ad Cancellarium domùs ſupplicationis.

26 Infertur decimòſexto Iudices Indiæ, & Minæ, de quibus agit *Ordinatio lib.1. tit. 51. & ibi Peg.* & Auditorem Baſilicæ publicæ de quo agit *Ord. lib. 1. tit. 52. ibi Barb. & plenius Peg.* recuſari poſſe, quia ut cęteri judices cognitionem habent circa res ad ſuum munus ſpectantes, & odium, ſeu amorem, ut cęteri judices habere poſſunt, de quorum recuſationibus cognoſcit Cancellarius.

27 Infertur decimo ſeptimo: Examinatorem teſtiū recuſari poſſe. *Pereyra in promptuario juris verbo judex, quo ad ſuſpicionem, & verbo ſuſpicio n.1841. Phæbus deciſ.77 n.5. Fermoſinus in cap. ſiquis 4. de foro competenti q.26.n.5.*

## CAPUT IX.

Syndicator an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Syndicādus ſindicatorem recuſari poteſt.*

2 *Syndicationis cauſa graviſſima eſt, & quare?*

3 *Exprimitur quomodô, & quādo recuſandus eſt ſyndicator.*

4 *Syndicator, prolata recuſatione non poteſt ad ulteriora procedere validè, & ſi procedat tenebitur ad damna, & expenſas.*

5 *Recuſans ſyndicatorem debet in termino ab ipſo aſsignato eligerę arbitrum ad cognoſcendum de recuſatione, & ſi in termino non eligat ipſe ſyndicator eligere poteſt.*

6 *Si recuſans arbitrum eligat, quem judicem ſyndicator habere non velit, poteſt & ipſe ſyndicator alium eligere.*

7 *Ad Principem non eſt recurrendum ubi caſus, de quo conſulitur eſt proviſus a lege.*

Extra totam aleam diſputationis eſt ſyndicatorem, ſeu viſitatorem ab ipſo ſyndicando, ſeu 1

ſeu

ſeu viſitando recuſari poſſe, quia nemo cogi poteſt ſub judice ſuſpecto litigare, & ita tradunt in terminis *Landim de ſyndicatu cap. 6. nu. 7. Puteo de Syndicatu verbo ſuſpicio n.* 13. *Bobadilha lib.* 1. *politicorum cap.* 1. *n.* 236. *&* 237. *Curia Philip.* 4. *p.* §. 1. *de reſidencia n.* 11. *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 60. §. 2. *gloſſ.* 4. *n.* 5. *in fine Solorſanus de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 48. *Gabriel* Berart. *in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.* 61. *n.* 1. *& ferè per totũ Maſtrillus lib.* 6. *n.* 20. *&* 21. ubi aliam elegantem præſtat rationem, quæ talis eſt: quia quãdo quis eſt obligatus ſtare juri, intelligitur arbitrio boni viri; & bonus vir non arbitrabitur quem ſtare juri coram judice ſuſpecto *ex l. vir bonus juncta gloſſa ibi ff. judicatum ſolvend. Clementina paſtoralis de judicijs*: nam periculoſiſſimum eſt coram ſuſpecto judice litigare, *ex cap. quia ſuſpecti* 3. *q.* 5. *L. apertiſsimè* 16. *Cod. de judicijs, & paſſim ferè DD. omnes de quibus Eſcobar de puritate q.* 6. §. 6. *per totũ.*

2 Maximè in cauſa, & re tam gravi, qualis ſyndicatio, ubi agitur de honore ſyndicandi, ac viſitandi, qui apud viros probos vitæ, boniſque prævalet, ut ex multis probavimus *in* 2. *parte rubricæ de Munere judicis Orphanorum*, & alijs docent *Berart. ſupra cap.* 5. *Landim ſupra cap.* 10. *n.* 61. ubi inquit, quod in ſyndicatione, in banco honores famæ, & officia ponuntur.

3 Quare cautus eſſe debet ſyndicandus, ut ſyndicatori faſces, & virgam non deponat ſi eum recuſare intendit, ut *docet Landim dicto cap.* 6. *n.* 7. ſed ante depoſitionem eum recuſet, ei intimando verbaliter recuſationem, & intra terminum legis eam offerendo in ſcriptis *Landim ſupra nu.* 8. *Berart. ſupra dicto cap.* 6. *num.* 9. 10. *&* 11.

Propoſita exceptione recuſationis, ſyndicator non poteſt ulterius procedere ſi procedat nulliter procedit, tenebiturque ad damna, & expenſas *Landim dicto cap.* 6. *n.* 9. *&* 10. *ubi alios citat Berart. dicto cap.* 6. *a n.* 11. 4

Sed debet aſſignare terminum breve intra quod recuſans eligat arbitrum ad cognoſcendum de recuſatione, & ſi non eligat ipſe eligere poteſt, vel ſi eligat quem ipſe ſyndicator ſibi judicem habere noluerit, poterit ipſe alium arbitrum eligere: quia procedit ex officio, & judex procedens ex officio concurrit cum partibus in electione arbitrorum, ut ex multis jam diximus: docet cum alijs *Thome Vaas alleg.* 96. *n.* 37. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.* 892. 5 6

Manifeſtè ex dictis convincitur praxis aliquorum ſyndicatorum, qui ad tales recuſationes petunt judices in ſenatu Palatino: nam ad Principem, ſeu ad ejus tribunalia non eſt recurrendum, ubi caſus de quo cõſulitur eſt proviſus à lege, ut ex multis probavimus 7

*de*

*de munere judicis Orphanorum tract.* 1.*lib.*4.*cap.*14.& cum hic caſus ſit proviſus à jure fatuè petitur quod habebat.

## CAPUT. X.

An ſint aliqui judices, qui recuſari non poſſint, & quales?

### SUMMARIUM.

1 *Iudices notæ ſanctitatis, eximiæque virtutis, poſſe recuſari reſolvitur contra multorum D.D. opinionem.*

2 *Et eodem modo poſſe etiam Conſilium generale recuſari.*

3 *Traditur qua propter.*

4 *Collegium, Civitas, Senatus recuſari poſſunt.*

5 *Concilium Vniverſale, & Æcumenicum recuſari non poſſe certum eſt.*

6 *Recuſari non poteſt Concilium generale authoritate Apoſtolica legitimè congregatum.*

7 *Prædictæ reſolutiones procedunt quandò in Concilijs agitur de cauſis fidei, aut de moribus univerſalibus.*

8 *In caſu, quo concilium recuſari poteſt cenſetur totum recuſatum ex recuſatione capitis, ſi capite amoto totum concilium amoveatur; ſecùs è contrà.*

9 *Si Præſes alicujus Tribunalis, vel Rector concilij Provincialis, Collegij, Civitatis, ſivè Congregationis recuſetur, non ſtatim totum Tribunal, Concilium, Collegium, Civitas, ſeu Congregatio remanent ſuſpecta, ſi à Præſidè, vel Rectore non dependant, aut jurіſdictionem non mutuentur, contrarium è contrà.*

10 *Quandò Præſides, vel Rectores ſolùm recuſati remanent, alteri ſuo loco ſubſtitui debent.*

11 *Executor merus recuſari non poteſt, noſtro jure attento, ſecùs ſi mixtus n.*15.

12 *De jure communi verior eſt contraria reſolutio.*

13 *Contrà plures reſolvitur, judicem reſiduorum recuſari poſſe*

14 *Declaratur diſpoſitio Ord. lib.* 3.*tit.*21.§.8.

15 *Calculatores Regij patrimonij ex privilegio non recuſantur.*

16 *Alios calculatores recuſari poſſe ſine dubio procedit.*

17 *Licèt calculator non poſſit calculare expenſas in cauſa, in qua fuit actor, vel reus, benè poteſt calculare expenſas, cauſarum, quæ verſantur inter partes, quamvis ſcribæ illarum ſit ſuſpectus.*

18 *Intelligitur prædicta reſolutio duobus concurrentibus.*

19 *Recuſatio intentari poteſt in liquidatione, ſi in ea dentur articuli, & contrarietates.*

20 *Executor facti utroque jure attento recuſari non poteſt, ſecùs ſi non prævia ſententia procedat.*

21 *Meni ni, cæterique virgæ officiales recuſari non poſſunt.*

22 *Prædicti Officiales tenentur in foro poli executioni non mandare ea, quæ expreſſum peccatum continent. ſive mortale, ſive veniale ſit.*

23 *Iudex à partibus electus recuſari nõ poteſt abſque nova causa*

24 *Senator, qui ſemel adfuit determinationi alicujus proceſſus, non poteſt amplius recuſari, ſi pars ſciebat, vel ſcire potuiſſet illum Senatorem eſſe judicem in illa cauſa.*

25 *Hoc tamen intelligitur, ſi pars vel per ſe, vel per procuratorem litigavit.*

26 *Licèt regularitèr judex mortuus recuſari non poſſit, attamen ad effectum annullandæ ſententiæ benè poteſt recuſari.*

27 *Et etiam judex Officij mechanici, proviſorque vocatus vulgò* dos contos.

1 MUlti ſunt judices, qui ſecundùm magni nominis D. D. recuſari non poſſunt. Et in primis aſſerunt judices notæ ſanctitatis, eximiæque virtutis, aut magnæ obſervantiæ, recuſari non poſſe, quia non præſumuntur proximum proſequi capitali inimicitia, aut gravi odio, vel nimio affectu *Barboſa in votis deciſivis lib. 1. voto 4. numer. 108. Laurentius de Peirinis tom. 1. de ſubdito religioſo q. 1. §. 2. verſ. prima cauſa*, & ideo in tantis viris non poſſe cadere recuſationem aſſeverant *Ioannes Andreas in Cap. poſtremo 36. de appellationibus*; ubi ponit exemplum in judice monacho Ciſtercienſi, & quolibet homine ſanctæ vitæ *Ancharr. num. 6. Antonius Butrius num. 5. Abbas num. 8. Imola num. 3.* ubi de Cartuenſi, vel alio religioſo magnæ obſervantiæ *Anan. num. 3. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. caſu 152. num. 7. ubi aliis relatis affirmat ab hac opinione non eſſe recedendum Pariſius lib. 1. conſ. 31. n. 101. Rolando conſ. 19. num. 9. & 17.* Sed contraria ſententia eſt ſequenda cum infinitis, quos refert: & ſequitur *Iacob Laurentius de judice ſuſpecto cap. 11. à num. 43.*

Deinde ſunt aliqui, qui dicunt 2
conſilium generale recuſari non poſſe, ex ea ratione, quia allegat omnes de Civitate, aut conſilio eſſe ſuſpectos per fraudem, ſeu calumniam: hoc facere videtur *Cardozo in praxi verbo recuſatio n. 43.* ideo que tanquam frivolam, & inanem non eſſe admittendam tradunt *Rolandus lib. 3. conſ. 19. nu. 6. & 7. gloſſ. & alij in cap. 1. de judicijs Cortiada deciſ. 18. n. 33.*

Opinio tamen contraria longè 3
verior eſt: quia poteſt contingere omnes de conſilio, Vniverſitate, ſynodo Provinciali, aut congregatione eſſe ſuſpectos illi, de quo agitur, & tunc juſta cauſa recuſationis nulli eſt deneganda, *ex tx. in cap. licet ex ſuſcepto 10. de foro cõ petenti, ita cũ infinitis tenet Cardozo in*

*zo in praxi judiciũ verbo recuſatio n.*
43. *quibus adde pene infinitos, quos*
*refert, & ſequitr. Barb. in dicto cap*
*licet ex ſuſcepto n.* 4. *Torreblanca de*
*Magia lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 10. *Scacia*
*de appellationib. q.* 17. *nu.* 16. *Car-*
*raſco ad leges recopilationis cap.* 9.
4 *n.* 21. eodem modo, quo collegi-
um, Civitas, & Senatus, recuſari
poſſunt *Barboſa dicto n.* 4. *Capici-*
*us deciſ.* 138. *n.* 6. *Boerius deciſ.* 269
*num.* 4. *Azevedus in pizana lib.* 4.
*cap.* 6. *n.* 70. *Soares de pace in praxi*
*tom.* 1. *tempore* 10. *n.* 21. *Fontanella*
*deciſ.* 6. *per totam.*

Declarandum eſt non procede
5 re ſupradictam ſententiam, in cõ-
ſilio univerſali Æcumenico, quod
nunquam recuſari poteſt. *Menoch*
*de arbitrarijs caſu* 94. *n.* 26. *Cardo-*
*zo dicto n.* 43. *in fine Rolandus dicto*
*conſ.* 19. *nu.* 11. *Decius in cap.* 1. *de*
*judicijs n.* 6. *ibi Barb. n.* 10. *Carraſc*
6 *ſupra dicto n.* 21. ubi tenent recu-
ſare non poſſe conſilium generale
legitimè congregatum Sedis Apo
ſtolicæ authoritate *cum infinitis*
*Cortiada deciſ.* 18. *nu.* 33. *Fermoſi-*
*nus in cap.* 4. *de foro competenti q.* 7
*per totam.*

7 Solet hic dubitari, an declara-
tio noſtra procedat non ſolum
quando cauſa fidei definienda eſt,
ſed etiam quando temporalis tra-
ctanda eſt. In quo dubio negati-
vam partem tuentur *Menoch. de*
*arbitrarijs, caſu* 418. *a n.* 12. *multis*
*citatis.* Affirmativam *Barboſa in*
*capit.* 1. *de judicijs numer.* 10. *cum*
*multis Torreblanca de Magia di-*
*cto capit.* 2. *numer.* 12.

Magis dubitatur, an in caſibus 8
in quibus conſilium recuſari po-
teſt, ſufficiat, quod caput conſi-
lij, ſeu ſynodi ſit ſuſpectum, ut to-
tum conſilium ſeu ſynodus redda
tur ſuſpecta, quo in dubio nobis
placet diſtinguere inter caſũ, quo
caput conſilij, ſeu ſynodi, amove-
ri poteſt abſque eo quod totum
conſilium, ſeu ſynodus amovea-
tur, & tunc de plano procedit ca-
put conſilij ſuſpectum non redde-
re totum conſilium, ſeu ſynodum
ſuſpectam; & inter caſum, quo ca-
put conſilij, ſeu ſynodi amoveri
non poteſt, quin totum conſilium,
ſeu ſynodus amoveatur, quo eti-
am in caſu per recuſationem capi-
tis totum conſilium, ſeu ſynodus
amoveatur, & ita nos docent *Barb*
*dicto n.* 10. *cum alijs Menoch. caſu*
94. *n.* 11. *Ioſephus Ludovicus deciſ.*
108. *per totam.*

Optimè comprobatur hæc diſ-
tinctio ex alia diſtinctione, qua 9
reſpondetur ad aliam quęſtionem
quam tetigimus hoc libro *cap.* 2.
an ſcilicet ex recuſatione Præſidis
alicujus tribunalis, Rectoris Cõ-
ſilij provincialis Collegij Civita-
tis, ſeu congregationis reddatur
ſuſpectum totum tribunal, Conſi-
lium, Collegium, Civitas, ſeu cõ-
gregatio, de qua ultra citatos dic-
to cap. 2. *agunt Menochius de ar-*
*bitrarijs caſu* 94. *numer.* 16. *Ro-*
*landus libr.* 3. *conſ.* 19. *numer.* 10.
*& communiter DD. in dicto cap.*
1. *de judicijs.*

Quç ita ſe habet: vel reliqui de Collegio cõgregatione Capitulo ſynodo, Civitate, aut conſilio dependent à Præſide, ſeu Rectore, & ab illo eis communicatur juriſdictio aut ſunt ſubditi, aut familiares; ita ut in primo caſu per recuſationem capitis Prçſidis, aut Rectoris totum collegium ſynodus, Conſilium, Senatus, Civitas, aut congregatio ſuſpecta reddatur; at verò in ſecundo non cen-
10 ſentur reliqui ſuſpecti, ſed tunc debet alter ſuo loco ſubſtitui, ut ex pluribus docet *Cardozo in praxi judicum, verbo recuſatio nu.* 44. *Giurba deciſ.* 27. *per totam Themudo deciſ.* 198. *Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad ſuſpicionem n.* 907.

Sunt prætereà alij, qui aſſeve-
11 rant merum executorem, recuſari non poſſe *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 28. ubi *Barb.* infinitos citat, quibus adde quos refert, & ſequitur *Cardozo ſuprà n.* 42. *Thome Vaas alleg.* 96. *n.* 10. *Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad ſuſpicionem n.* 890. ex ratione de qua in dicta *Ord.* §. 28. nempe quia partes, remedio appellationis, ſatis proviſç ſunt, quando executor in executione modum excedit, ut diximus *de munere judicis Orphavorum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 1. *ex multis Mendes in praxi* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 51. ubi tradit judicatum, quòd procedat, quamvis executor aſſerat ſe ſuſpectum eſſe.

12 De jure noſtro ſuprapoſita reſolutio indubitabilis eſt; at attento jure communi contraria ſententia, nempè merum execùtorem recuſari poſſe, ſequenda eſt, ut cum infinitis *tenet Barboſa ſupra in dicto* §. 28. *Pereyra de reviſionib cap.* 60. *n.* 9. *&* 10.

Adſunt plures etiam DD. aſſe- 13
rentes, judicem reſiduorum procedentem executivè in diſtrahendis rationibus teſtamenti, & ſatisfaciendis bonis animæ, recuſari non poſſe, ita docet *Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 28. *nu.* 3. *& judicatũ tradit Phæbo* 1. *p. areſto* 94.

Verum contraria reſolutio verior eſt, quia, ut merus executor recuſari non valeat, requiritur, quòd ſententiam executioni mandet, & non ſufficit, quòd ex prævilegio cauſæ abſque ſententia executivè procedere poſſit, ut poſſunt omnes judices, & executores fiſcales, & ita tradit judicatum *Barb. ſupra* qui quidem malè citat *Phæbum*, qui in caſu oppoſitum tradit judicatum in dicto *areſto*,
94. *& areſto* 71. ubi declarata fuit 14
diſpoſitio *Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 28. quod procedat præcedente ſententia. Unde omnis executor, qui ſine ſententia, ex prævilegio procedit executivè recuſari poteſt, maximè ſi cum executione committatur aliqua cognitio, ut committitur Proviſoribus reſiduorum *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 50. §. 1. *ibi* 15
*latiſsimè Peg. gloſſ.* 5. *per totã*; quia tunc meri executores nõ ſunt, ſed etiam judicis munus quodammodo

do exercent, qui ut cæteri judices recuſari poſſunt *Eſcobar de puritate 1.p.q.56.n.22.& 23.*

16 Ex prævilegio regij patrimonij calculatores regij patrimonij recuſari non poſſe, ſtabilitum eſt in regimine rationum *cap.124.& in Ord. lib.3. titul.21.§. ultimo*, ubi *Barb.* multos citat, quibus adde *Thome Vaas alleg.96.n.15. Benedictum Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad ſuſpicionem n.891.*

Aliter res ſe habet in cæteris
17 calculatoribus expenſarum, & ſumptuum, qui abſque dubio recuſari poſſunt *ex Ord.lib.1.tit.90.* ibi *Peg.n.5.& tit.2.§.17.& tit.7.§.17.Thome Vaas dicta alleg.96 n.15.Pereyra dicto n.891.Peg.dic-*
18 *to n.5.* judicatum tradit calculatorem non poſſe expenſas calculare in cauſa, in qua ipſe fuit actor, vel reus: benè tamen poſſe calculare expenſas cauſarum, quæ verſantur inter partes, quanvis ſcribæ illarum ſit ſuſpectus, dummodo ſcriba, cui ſuſpectus eſt cum alio
19 non litiget, quia tunc calculator ſuſpectus calculare non poterit *Peg.dicto n.5.* qui advertit in caſu, quo calculator eſt ſuſpectus ſcribæ, & poteſt nihilominus calculare, tenebitur tamen, vel coram alio tabellione, judice, aut ipſo ſcriba, acta calculare.

20 Quamvis in executione, quæ virtute ſententiæ fit, non admittatur recuſatio, ut ſupra notavimus, & liquidatio ſit pars executionis; tamen ubi in liquidatione dantur articuli, & contrarietates, recuſatio rectè intentatur, ut judicatum tradit *Phœbus 1.p. areſto 12.*& tenet *Barb.ad Ord.lib.3.tit.21.§.ultimo n.3.* quia datur cognitio cauſæ, ut ad ſententiam liquidationis deveniatur. *Mendes in praxi 2.p.lib.3.cap.21.n.23. Pereyra de reviſionib.cap.60.nu.10.*

Ulteriùs adverte, quod licet executor, qui prævia ſententia nõ
procedit, recuſari poſſit: tamen 21
judex cui committitur per literas requiſitorias executio ſive alicujus ſummæ ſivè alicujus diligentiæ, ut ſequeſtrum, citatio, admiſſio, in poſſeſſionem, vel quid ſimile facti, quod nullam penitus cognitionem requirat, non poteſt recuſari, quia executor facti non gravat partes adimplendo præcatorium facti, ſed judex requirens, mandans; ſeu deprecans, dum intra literas præcatorij ſe continet; ut ſatis abundè diximus *de munere judicis Orphanorum tract.1.lib.1.cap.3.*& melius *lib.4.capit.14.*& optimè *tract.2.lib.8.cap.4.& cap 19.& in tract. de privilegijs familiarium officialiumque Sanctæ Inquiſitionis lib.unicus cap.3.*

Hinc venit, quod meyrini, cæ- 22
terique officiales virgæ, quos vocamus *meyrinhos*, & *alcaydes*, recuſari non poſſunt, quia ſunt meri executores facti, & præceptorum ſuorum ſuperiorum, quibus obedire tenentur, nullo prævio examine, an ſint juſta, aut injuſta, niſi

apertè eorum executio contineat
23 peccatum, ſivè mortale, ſivè veniale: quia tunc in foro poli abſtinere tenentur, ex his quæ diximus in rubrica *de munere judicis Orphanorum 2.p. Phæbo 2.p. areſto* 44. *Pereyra in promptuario n.*1841.

24 Iudex electus à partibus ab eiſdem recuſari non poteſt, niſi ex nova cauſa, & legitima: nam quæ de novo emergunt, novo indigēt conſilio *ex l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrogatorijs actionibus cap. fin cap. offeratur* 3. q. 5. & nos docent *Cardozo verbo recuſatio n.* 10. ubi multos dat concordantes, quibus adde *Thome Vaas alleg.96.n.7.&* 8. *Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad ſuſpicionem numer.*890.

25 Senator aſſiſtens determinationi cujuſcunque proceſſus; licet votum non dederit nec ſuam deliberationem poſitam; nec aſſumptam memoriam in eo, non poterit recuſari, ad id, quod ulterius accrevit, ſi ſuſpicio ortum anteriorem habeat, licet juret de novo veniſſe ad ejus notitiam, ſi ſciebat vel ſciendi rationem habebat, quod ille Senator, quem recuſat erat judex in illo proceſſu ex expreſſa *Ord. lib.3. titul.* 21. §. 5. *ubi Barb. multos citat, quibus adde Thomam Vaas dicta alleg.96.n.43.44. &* 45. *Pereyram in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.*895. *Fontanella deciſ.*19.*nu.* 12. *Pereyra de reviſionibus cap.* 8. *num.* 12.

Intellige hoc quando pars litigavit per ſe, vel per procuratorem 26
Secus ſi contra abſentem per edicta procedatur ex dicta *Ord. dicto* §. 5. *ibi Barb. Thome Vaas, & Pereyra* in locis ſupra allegatis *Fontanella ſupra n.* 14.

Iudex mortuus regulariter recuſari non poteſt, quia contra 27
mortuum regulariter nullum, eſt judicium; ſed ad effectum annulandæ ſententię, quæ per ipſum lata fuit, benè poteſt mortuus recuſari *Cabedo* 1. *p. deciſ.*45.*n.*7. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.* 904. *Parada in praxi allegationum criminalium n.* 56. *Thome Vaas alleg.* 97. *n.*10. & quilibet judex officij mechanici, quem vocamus *juis do officio Phæbo* 2. *p. areſto* 43. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio nu.* 1841. ubi tradit proviſorem, quem vocamus *dos contos*, recuſari poſſe *Phæbo* 2. *p. areſto.*44.

## CAPUT XI.

Notarij, ſeu ſcribæ, an recuſari poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Notarij, Scribæ, & Tabeliones recuſari poſſunt.*
2 *Non ſolùm judex, ſed omnis perſona, quæ partem lædere poteſt poteſt recuſari.*
3 *Iudex non cognoſcit de recuſatione oppoſita ſuo Notario, ſed nominat*

*nominat perſonam, apud quā cauſa ſuſpicionis agitetur.*

4 *Iudicibus prohibitum eſt cognoſcere abſque partium conſenſu de cauſis ſuorum Officialium.*

5 *Iudici incumbit Notarium nominare, ut pendente recuſatione ſcribat, qui in cauſa continuare debet, ſi recuſatus ſuſpectus judicetur.*

6 *Si Notarius ſuſpectus non judicetur, cauſam denuò ſuſcipiet, parſque tenetur ſolvere ſcribæ, cui fuit cauſa commiſſa ſalarium ſcripturæ, & etiam recuſato ſalarium in duplum.*

7 *Si recuſentur Scribæ alicujus ex relationibus, cognoſcet de eorum recuſationibus Cancelarius domus.*

8 *De recuſationibus alicujus ſcribæ, vel officialis cujuſcunque judicij Civitatis Vlyſſipouenſis, aut Portuenſis cognoſcit iudex Cancelariæ.*

1 DE plano, eſt Notarios, & ſcribas, ſeu Tabelliones, recuſari poſſe, *ex Ord.lib.3. tit.23 ubi Barb.infinitos citat. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.890. Thome Vaas alleg.96.* & quamplurimi alij, de
2 quibus infra, & alijs in locis. Et ratio eſt, quia non tantum judex, ſed omnis alia perſona, quę poteſt lædere partem, poteſt recuſari; ut cum infinitis docet *Fluvius pacianus de probationib.cap.45 nu. 93. & 94.* & nemo alius eſt, qui tantū partes lædere poſſit quam ſcribæ, notarij, ac tabelliones, à quorum fide, & veritate tota cauſæ pendet deciſio, ut latè diximus *de munere judicis Orphanorum tract. 1. lib.2.cap. 5.*

Oppoſita recuſatione, judex 3
cauſę nominare debet perſonam, apud quam cauſa ſuſpicionis agitetur *ex Ord.dicto tit. 22.* in principio, quia ipſe judex de recuſatione oppoſita ſuo notario, ſcribæ, & tabellioni, cognoſcere non poteſt, quia per *Ord.lib. 3. titul. 24.* 4
prohibitum eſt judicibus cognoſcere de cauſis ſuorum officialium niſi partes conſentiant, ibi *Barb. & latius Almeyda alleg.17.per totam, de qua re latius, Deo duce, lib. 4.cap.7.*

Nec non debet cauſam committere alij notario, ſeu ſcribæ, 5
qui pendente recuſatione, in ea ſcribere debet, *ex Ord. dicto tit. 23.§.1.*& ſi tabellio fuerit pro ſuſpecto judicato, nominatus ſcriba cauſam continuare debet; ſi verò pro non ſuſpecto fuerit judicatus, cauſam reaſumit, & pars tenetur 6
ſcribæ, cui fuit comiſſa ſolvere ſellarium ſuę ſcriptæ, nec non illi, quem recuſavit injuſtè ſellarium duplicatum *ex Ord.dicto tit.23.§. 2.* Et hic eſt unus ex caſibus in quo notarius, ſeu tabellio ſellarium abſque labore vincit in odium ſuſpicionis injuſtæ, & ſupplicium injuſti, ac temerarij recuſantis, ut do-

docet *Landim de ſellario judicum advocatorum, & officialium q.* 3. *num.* 77. & 78. ubi addit, quod duplex ſellarium notario debetur ob injuria, quam recepit ex injuſta recuſatione.

Quæ diximus de nominatione
7 à judice cauſę facienda de judice, qui cognoſcat de recuſatione oppoſita ſuo officiali, intelligenda ſunt de officialibus in partibus: nam ſi recuſentur ſcribę alicujus ex rellationibus Vlyſiponẽſibus, & Portuenſibus de eorum recuſatione cognoſcere debet Cancelarius domûs. *Thome Vaas alleg.* 96. *num.* 26. & 27. *Pereyra in promp-*
8 *tuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem num.* 892. vel ſcribæ, ſeu officiales cujuſcunque judicij, Civitatis Vlyſiponenſis, ſeu Portuenſis, de illorum recuſatione cognoſcere debet judex Cancelariæ *Thome Vas ſupra nu.* 29. *Pereyra ſupra dicto n.* 892. qui verbo juſtitia ſuſpicio *n.* 1841. *ex Phæbo* 2. *p. areſto* 26. Iudicatum tradit ſuſpectum eſſe judicatum quendam ſcribam, ex eo quod de nocte fecit certam diligentiam quæ die conficienda erat. Facilius tabelio ſuſpectus judicandus quam judex quia regulariter viliores, & peiores ſunt.

## CAPUT XII.
## Dux belli an recuſari poſsit.

### SUMMARIUM.

1 *Dux Generalis, Gubernator, cæterique judices belli recuſari poſsunt quatenus judices ſunt.*

2 *Gubernatores armorum noſtri Regni recuſari valent.*

3 *Milites regularitèr conveniri debent, & accuſari coram duce belli, & magiſtro militum.*

4 *Referuntur caſus, in quibus milites militaritèr puniri poſſunt.*

5 *Si milites pro militaribus delictis ab ordinarijs Iudicibus capiantur, ad Gubernatorem & Auditorem unà cum omnibus actis remitti debent.*

Optimo jure tradit *Solorſanus lib.* 5. *politicorum capit.* 1
18. *folio nobis* 920. *Caſtejon. in alphabetico juris verbo recuſatio n.* 4. quod capitaneus generalis; gubernatores, & cęteri judices belli, quatenus judices ſunt poſſunt, ut cæteri recuſari; quia ut cęteri odio amore, timore, & cupiditate moveri poſſunt, a quo ſequitur, quod 2
gubernatores armorum noſtri regni, qui cum auditoribus, vel generalibus, vel particularibus in illo cauſas criminales militum decidunt ex regimine gubernatorum armorum §. 2. cum pluribus ſequentibus, & Auditorum §. 21. & aliquas Civiles, de quibus in dicto regimine noſter *Medeiros in ſuo libro*, *cui titulum dedit de perfeito ſoldado* poſſunt, ut cæteri recuſari: quia hujuſmodi in delictis

delictis eſt judex competens mi-
3 litum, & iſti regulariter conveniri, & accuſari debent coram duce belli, & magiſtro militum *ex dicto regimine*, *& ex l.* 12. *&* 3. *l. officium regentis* §. *Officium tribunorum ff. de re militari l. certi juris Cod. de judicijs l. magiſteriæ Cod. de juriſdictione omnium judicum Barb. in d. l. magiſteriæ Aiala de jure belli lib.* 3. *cap.* 8. *a numer.* 1. *Cum infinitis Corteada deciſ.* 11.
4 *numer.* 11. videlicet, ſi milites fuerint deſertores militiæ, transfugæ, proditores, diſides circa ducum præcepta, & alienaverint, vel ludendo arma, perdiderint, vel ſimilia delicta perpatraverint, quæ deligenter, & copioſè referunt *Decianus tract. criminalium lib. 6. capit.* 14. *&* 15. *Aiala de jure belli lib.* 3. *cap.* 10. *&* 11. *Farinat. in fragmentis part.* 1. *litera M. a numer.* 205. *Caballus reſolut. criminal. caſu* 494. *a numer.* 87. *Tondutus de præventione judicum* 1. *part. capit.* 28. *a numer.* 17. *pegas omnino videndus ad Ord. lib.* 2. *titul.* 47.

Reſolutio, quæ eſt adeo vera, quod ſi milites pro prædictis
5 delictis, & omnibus contentis in regimine gubernatorum armorum, & auditorum per magiſtratos ordinarios capiantur ad gubernatorem, & auditorem una cum omnibus actis remitti debent *ex l.* 1. *ff. de exhibendis reis l. militibus ff. eodem l. fin. Cod. de re militari l.* 12. *l. magiſteriæ Cod. de juriſdictione omnium judicum, & ibi Barboſa Farinatius conſ.* 4. *numer.* 8. *& in praxi part.* 1. *quæſt.* 4. *numer.* 4. *& in fragmentis dicta littera M. numer.* 218. *Tondutus de præventione* 1. *part. capitul.* 28. *numer.* 14. *Cum alijs Giurba conſ.* 59. *numer.* 89. *& nos de prævilegijs officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis lib. unico capit.* 14. ac per conſequens recte colligitur, quod recuſari poſſunt. *Pegas ad Ordin. lib.* 2. *titul.* 47. *per totum.*

## CAPUT XIII.

Promotor juſtitię an recuſari poſſit, & an promotor Fiſcalis Sanctæ Inquiſitionis recuſari poſſit?

## SUMMARIUM.

1 *Promotor, ſeu Fiſcalis recuſari non poteſt in opinione aliquorum, neç etiam ex inimicitiâ recuſatur, num.* 14.

2 *Promotor Fiſcalis Sancti Officij ex capitali inimicitiâ, vel alia gravi cauſa recuſari poteſt.*

3 *Apud nos Scribæ promotoris Officio gaudent, & ſi ut Scribæ recuſentur, promotores eſſe non poſſunt.*

1 QVæſtio propoſita pro parte negativa facile reſolvitur : quia promotor, ſeu fiſcalis, cum non habeat votum deciſivum in cauſa, partem gravare non poteſt, ac per conſequens recuſari nequit: quoniam ſuſpicio ſolum debet percutere juriſdictionem voti, non vero inſtructionem proceſsùs taliter, ut alegatus ſuſpectus poſſit inſtruere cauſam, facere probationes, & ſubſcribere Schedulas *Peguera deciſ.* 33.*numer*.4. & ſic deciſum tradit *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.*12.*numer*.7. nec quærulę rei ad æthera in hoc conflictu voces efferre debent accuſati eo, quod ſint à ſuo inimico arcerciti, cum Fiſcus dicatur inimicus communis, & ejus ſit peculiare onus delicta inquirere, inquiſita proſequi, & probata facinora inſtanter ſatagere pęna condigna affici. *Maſtrillus deciſ.* 207. *numer*. 7. *Alfaro de officio fiſcalis gloſſ.* 10. *numer*. 1. & 2. *Thoro voto* 22. *part*. 2. *a numer*. 5. Cujus officium creatum fuit ab Alexandro ſævero ( teſte Lampridio in ejus vita ] malum neceſſarium, & ideò minus placidum, & omnibus inviſum *ex Caſſaneo ad conſuetudinem Burgundiæ rubrica* 2. *in principio Valenſuell. conſ.* 39. *numer*. 6. & *conſ.* 100. *numer.* 102. *Fontanella cum multis numer*. 2. verum nos contrarium exiſtimamus ex decidendis infra, & *in capit.* 14. & 19. *Valaſc. conſult.* 124.

De fiſcali autem Sancti Officij breviter dicimus; quod, & ſi votum non habeat deciſivum ad cauſas, adhuc tamen ex inimicitia Capitali recuſari poterit, quo caſu Inquiſitores alium advocatum fiſcalem ad cauſam, in qua recuſatur, adhibere debent nec enim ex alijs cauſis recuſandus, niſi admodum ſint urgentiſſimæ *ex l. unica ff. de officio prætoris* ſic multa aducens de alijs fiſcalibus *reſolvit Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis* 1.*part. titul.* 9. §. 6. *numer*. 60. & 61. *Fermoſinus ad text. in Capit. Siquis contra* 4. *de foro competenti quæſt.* 16. *numer*. 11. *Coſta de domo ſupplicationis annotat*. 14. *Ord. lib.*1.*titul.*15. *per totum ibi Pegas*, & *Barb. Fontanella deciſ.*30. *per totam.* 2

Apud nos tantummodo in Senatu Vlyſiponenſi, & Portuenſi, & in correctionibus criminalibus utriuſque Civitatis promotores vices gerunt ſcribæ, qui tamquam ſcribæ recuſati promotoris officio fungi non poſſunt : quia cum promotoris officium in hoc caſu ſit acceſſorium officij tabellionis deficiente principali, ſubſiſtere non poteſt acceſſorium. 3

CAPVT

pellicient, ſiquidem judex ſuſpecione pendente caret ſapientia, & conſcientia, ut tradunt *Matrillus de Magiſtratibus lib. 2. cap. 3. Queſada Pilo ſupra n. 31.*

13 Augetur difficultas, ex eo quia ſequeretur, quòd ſibi ipſi jus diceret judex removendus contra regulam aſſerentem neminem in cauſa propria ſibi jus dicere poſſe *ex reg. tx. in l. non eſt permitendum ff. de regulis juris, & alijs.*

Magni ponderis nobis eſt hæc difficultas, & inſtantia contra noſtram limitationem pro cujus
14 inſtantiæ ſolutione, permiſſum nobis ſit in caſu noſtræ limitationis diſtinguere inter caſum, quo judex Eccleſiaſticus ad ulteriora procedit rejiciendo ſuſpeciones ſibi intimatas, tanquàm frivolas, quia cauſæ recuſationis allegatę, non ſunt in jure expreſſæ, & inter caſum, quo judex eccleſiaſticus
15 ad ulteriora procedit non admittendo recuſationem fundatam in cauſis à jure expreſſis.

In primo nullam violentiam contra jus naturale fieri aſſeveramus, ac per conſequens ad coronam non competere recurſum: tum quia recuſatio tunc frivola, & fruſtatoria appellatur, cenſetur & autumatur, quando in jure haud expreſsè reperitur; vel ſi non eſt ſimilis, aut maior cauſa alijs in corpore juris expreſsis. *Fontanell. deciſ. 7. numer. 6. part. 1. & deciſ. 5. numer. 18. Giurba deciſ. 54. numer. 9. Queſada Pilo dicto cap. 37. numer. 19.* Et judex non admittendo recuſationes frivolas, & fruſtatorias, de jure procedit, ut jam diximus, & contra judicem ſecundum jus procedentem, recurſus non competit.

Tum quia cauſę, quæ ad recuſandum ſufficiant, præter in jure 16
expreſſas arbitrio judicis committuntur. *Giurba, & Queſada Pilo ſupra Carrocius except. 120. n. 41. Carraſc. ad leges recopilationis cap. 9. numer. 311. Donad de renuntiationibus cap. 32. à numer. 69.* Qua hypoteſi poterit tanquam à ſua fronte inſubſiſtens, & notoriæ elidibilis ſperni, rejici, & ea ſpreta ad ulteriora progredi. *Cancer. 1. variar. cap. 11. num. 37. & 3. cap. 10. numer. 37. Fontanella deciſ. 5. numer. 18. Carolus de graff. except. 24. num. 12. Queſada Pilo ſupra num. 30. Faber in ſuo Codice lib. 31. tit. 4. nequis in ſua cauſa de fin. 6. & 7. Barb. voto 4. numer. 107. Cabedo deciſ. 20, numer. 4. part. 1. Cortiada deciſ. 18. numer. 66. Capicius Latro deciſ. 164. num. 4. & alij quamplurimi apud Olivam de foro Eccleſiæ 1. p. q. 17. n. 60.*

Tum quia quando judex frivolas judicat cauſas, quę judicis ar- 17
bitrio committuntur de injuſto redargui non poteſt, quia judex in arbitrarijs argui non poteſt, nec ſyndicatui ſupponi *Bobadilha lib. 5. politicor. cap. 3, num. 55. Larrea deciſ. 98. nu. 59. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 16. n. 2.*

Ubi de jure fuerit quæſtionabile, an cauſa propoſita ſit legitima, vel frivola, etiam ſi judex etiam non recipiendo ad ulteriora procedat, non ideo vim facit, ita ut competat recurſus, quia ad impediendum recurſum ad coronã, ſufficit, quòd judex habeat pro ſe opinionem. *Oliva de foro Eccleſiæ* 1. *p. q.* 15. *n.* 37. quia tunc ceſſat notorietas violentiæ, quæ omni modo requiritur. *Oliva* ſupra *nu.* 35. 36. & 37.
18
19

In ſecundo verò dari veram violentiam, ac per conſequens competere recurſum ad coronam contẽdimus; tum quia recurſus competit ad coronam, quando judex contra jus expreſſum, clarum, & in quæſtionabile procedit, ut cum infinitis diſcurrendo per varios caſus probat *Oliva de foro Eccleſiæ* 1. *p. q.* 15. & 16. ferè per totas; tum quia tunc judex procedit cũ notoria injuſtitia; & contra judicem procedentem cum notoria injuſtitia datur recurſus, ex eodem *Oliva*, & ita ſentimus, quamvis *Pegas* citatus in limitatione, contrarium tradat judicatum abſque ſeparatione horum duorum caſuum.
20
21

22 Limitatur ſecundo: in Apoſtolicis Inquiſitoribus, contra quos non datur recurſus etiam ſi non obſtantibus recuſationibus ad ulteriora procedant; tum quia cum ſint æquiſſimi, rectiſſimi, pijſſimi, religioſiſſimi, & peritiſſimi, ut diximus *cap.* 13. contra eos non præſumitur, quòd partibus vim faciant. *Oliva de foro Eccleſiæ* 1. *p. cap.* 15. *n.* 47. *in fine*; tum quia recurſus non datur ad tribunalia regia contra Eccleſiaſticos prætextu violentiæ, quoties maius incon- 23
veniens ex eo procederet. *Oliva ſupra n.* 44. quia bonum publicum privato anteponendum eſt *ex l. actione* 66. §. *Labeo ff. pro ſocio l. ult.* §. *unico Cod. de cadacis tolendis cum multis Oliva n.* 45. & *nos diximus de munere judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. Et nullum maius in conveniens reperiri poteſt, quàm arcana utiliſſima Sanctæ Inquiſitionis in publicum prodire, & nullum bonum maius publicum excogitari poteſt, quam Sancti Officij authoritatem, omnibus titulis venerandam, illæſam manere, & ita aliis relatis docet *Oliva ſupra n.* 47. 24

Limitatur tertio: vel quando judex recuſatus procedit poſt trãſactos quadraginta quinque dies, licet poſt ipſos decidatur ſuſpicio quia tunc non facit vim, nec competit recurſus, ut judicatum tradit *Pegas ad Ord. lib.* 1 *tit.* 9. §. 22. *cap.* 2. *n.* 537. vel quando reſcriptum habet clauſulam, quòd procedat *appellatione remota*; quia tunc non recipiendo recuſationẽ, non facit vim, nec competit recurſus ad coronam, ut judicatum tradit *Pegas ubi proximè n.* 764. ex ea ratione, quia licet probabilior ſit ſententia, quòd nec Papa, nec Rex poteſt committere cauſam, 25
26

recuſa-

recuſatione remota & quòd hæc clauſula intelligatur de frivola, ut cum multis tradidimus *cap*. 1. *&* 18. *& de munere iudicis Orphanorum tract*. 2. *lib*. 8. *cap*. 14. contraria ſententia etiam pro ſe multos habet DD. quos retulimus in locis ſupra citatis, & ad longum *Phœbo deciſ*. 77. *per totam*, quòd ſufficit ad evitandum recurſum ex defectu notorietatis violentiæ.

## CAPUT XXI.

Vtrum judex ordinarius, vel delegatus in cauſa, alicujus informationis recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Refertur ſententia, quæ aſſerit informantem recuſari poſſe.*
2 *Commiſſarij recuſari poſſunt.*
3 *Omnis, qui gravare poteſt, recuſari valet.*
4 *Cauſa, quæ non pendet in judicio non eſt cauſa.*
5 *Recuſatio apponi non poteſt de jure noſtro, niſi lite pendente.*
6 *Recuſatio locum non habet, ubi appellatio non ſuſpendit.*
7 *Appellatio in hoc caſu non ſuſpendit.*
8 *Informatio impediri non poteſt exceptione obreptionis, vel ſubreptionis.*
9 *Pars, quæ timet gravamen in informatione, ad ſuperiorem, recurrere poteſt.*

SÆpè dubitatum vidimus, an judex ordinarius ſeu delegatus poſſit recuſari in cauſa alicujus informationis, ſeu inquiſitionis de genere, vel ſimili, quando ſcilicet Papa, aut Princeps, aut Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus, aut religio, aut tribunal ſeu quicumque alius prælatus ſive Eccleſiaſticus, ſivè ſecularis jubet, ut aliquis judex informet de aliquo, vel inquiſitiones de genere, aut nobilitate, ſeu ſimilia ſedulus ſcrutetur, vel ad petitionem partis de aliquo informet.

In quâ difficultate pro parte 1
affirmativa ſtat *Scobar de puritate*
1. *p*. *q*. 6. §. 6. ubi tradit, quòd cõ-
miſſarius ad faciendam informa-
tionem recuſari poteſt. *Bobadilha*
*lib*. 3. *polititorum cap*. 8. *a num*. 125.
ubi docet, quòd commiſſarij à
civitate nominati recuſari poſſunt 2
ex ea ratione: quia omnis, qui
gravare poteſt, recuſari valet ex
eodem *Scobar*. *d*. §. 6. *Bobadilha d*.
*cap*. 8. *Cortiada deciſ*. 18. & com-
miſſarius gravare valdè poteſt, & 3
hæc ſententia de jure communi,
tam Civili, quam Canonico nobis
indubitabilis eſt, & omnino ſe-
quendam eſſe in foro eccleſiaſti-
co aſſeveramus.

Pro negativa afferri poteſt,
quòd hæc cauſa non pendet in ju- 4
dicio, nec propriè eſt cauſa, imò
eſt actus extrajudicialis, ut in ſpe-
cie tradit *Pegas ad ord*. *lib*. 1. *tit*. 5.
§. 13. *gloſſ*. 17. *n*. 5. *&* 6. *Creſpus de*
*valdaura obſ*. 69. *n*. 4. *&* 5. & recu-

ſatio ſecundum noſtram ord. *lib. 3*
*tit. 21.* §. 3. apponi non poteſt, niſi
5 lite pendente, ut videre *lib. 3.*
*cap. 12.*

Deinde: quia appellatio, ubi
non ſuſpendit, nec recuſatio lo-
6 cum habere poteſt *Thome Vas à*
*leg. 70. n. 16. & 17. Parada in pra-*
*xi delegationum criminalium n. 53.*
*Pereyra in promptuario juris verbo*
*judex quò ad recuſationem*, & appel
7 latio in iſto caſu non ſuſpendit *ex*
*eodem Parada n. 53.*

Accedit etiam: quia executio
8 informationis impediri nō poteſt
exceptione obreptionis, ſeu ſub-
reptionis commiſſionis, ut in ter-
minis docet *Pegas ad novum regi-*
*men ſenatùs palatini cap.* 18. Ergo
nec per recuſationem, & his rati-
onibus motus hanc partem ſcita-
tur *Parada n. 53.* ubi inquit, quód
ſi caſus ei occurriſſet, recuſatio-
nem rejeciſſet; & facta informa-
tione de omnibus relationē prin-
cipi feciſſet, cujus opinioni ad-
hæreo maximè: quia ita expreſſū
eſt *in regimine Gubernatorum ar-*
*morum cap.* 46. ex ea ratione: quia
pars, quę timet gravari, vel quæ
9 gravata eſt, poteſt recurrere ad
ſuperiorem, qui generalis eſt, &
quia ex his informationibus ne-
mo poteſt condemnari *Pegas d.*
*cap. 18. n. 5.*

## CAPUT XXI.

Parochianus an poſſit parochum
ſuum recuſare.

### SUMMARIUM.

1 *Parochus ex inimicitia recuſa-*
*ri poteſt.*

2 *Epiſcopus eſt adeundus ad re-*
*cuſationem parochi.*

DE officio, & poteſtate pa- 1
rochi integrum tractratū
cōdidit *Barb.* & ejus obligationē,
onere, & officio, egerunt *Matha-*
*do in ſuo opere*, cui titulum impo-
ſuit: *Perfeito confeſſor, y cura de*
*almas.* Noſter Abreu in ſuo abſo-
lutiſſimo tractatu de *Parocho per*
*fecto*, quorum veſtigijs adhæren-
tes affirmamus Parochianos non
poſſe recuſare Parochos, niſi illis
ſint inimici, aut morum depra-
vatorum: quia his relatis Epiſco-
pos, ſeu ejus vicem gerentes adi-
re debent, qui cognitis rationibus 2
recuſationis, & mature perpenſis
alium loco ſui recuſati aſſignabit
ad audiendas confeſſiones, & ad-
miniſtranda cætera ſacramenta,
conficienda que omnia, quæ ad
bonum ſpirituale animę ſit recu-
ſantis videantur expedire.

*ſortes electi recuſari poſſunt.*

2 *Sortis cæco judicio nemo ſtare compellitur, præcipuè ſi in melius jure ſuo utendo ſortis eventum mutare poteſt, & num.ſu.*

3 *Bonum, ſanctumque eſt, ut ſua cuique placeat ſors.*

1 IUdices, qui de conſenſu partium per ſortes eliguntur, illico facta ſortione recuſari poſſunt: nam licet judices ex partium conſenſu electi recuſari non poſſint, niſi ſuperveniente juſta recuſationis cauſa *ex text. in l. quidam 57. ff. de ſententia, & re judicata l. 2. §. ſi judex l. obſervandum 47. l. ſi in judicijs 60. ff. de judicijs. Fermoſinus ad tx. in cap. Si quis contra de foro competenti q. 18. num. 5. Cum infinitis Cortiada deciſ. 18. num. 6. & 23.* & nos jam diximus, & dicemus, tamen judices per ſortes electi recuſari illico poſſunt, ut in terminis docet *Fermoſinus d. n. 5. & probatur authoritate plinij in panegirico ad trayanum ibi, Sors, & urna judicem aſſignat, licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo.*

2 Ratione etiam probatur: quia judiciũ ſortis cæcũ eſt regulariter quis non compellitur ei ſtare ut videre eſt *apud Scat. de ſententia cap. 1. gloſſ. 14. q. 14. a n. 33. Larream deciſ. 45. à n. 26. Solorſanus tom 2. de jure Indiarum lib. 4. cap. 1. nu. 15. & lib. 3. politicorum cap. 1. Vella diſert. 4. a numer. 78. Giurba de feudis §. 2. gloſſ. 4. a n. 24. Navar. tom. 3. in manuali confeſſorum cap. 11. num. 38. Aylon ad Gomes 2. var cap. 10. n. 11. Gomes in l. 38. Tauri n. 7. & 40. n. 6. & 45. n. 179. Barb l. properaudum 13. Cod. de iudicijs num. 65. Hermoſilha in l. 56. gloſſ. 4. num. 17. tit. 5. partita 5. Marq. lib. 2. de gubernatione cap. 3. & cap. 17. Araujo de ſtatu civili diſput. 3 per totam & bene docet Tacitus lib 4. hiſtoriarum ibi: Sorte, & urna mores non decerni ſufragia, & extimationem ſenatus reperta, ut uniuſcujuſque vitam, famamque penetrarent.*

Bonum, ſanctum quæ eſt, ut ſua cuique placeat ſors: quia [ docente Seneca ] *ſicui ſua non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, miſer eſt, qui ſe beatiſſimum non judicat, licet toti mundo imperet.* è contrario aſſerente eodem, *intra quæ quis quis deſiderium ſuum clauſit cum ipſo Iove de filicitate contendat.* Sed cæco judicio ſortis nemo regulariter ſtare compellitur, maximè quando in meliùs ſortis eventum corrigere jure ſuo utendo poteſt, ut docent omnes ſupra citati, & nos diximus de *Munere judicis Orphanorum tract. 2. lib. 2. cap. 14. & alijs in locis.*

## CAPUT XVII.

An matronæ, & alij in arte periti recuſari poſsint.

### SUMMARIUM.

1 *Periti in arte recuſari poſſunt, &*

apertè eorum executio contineat
23 peccatum, ſivè mortale, ſivè veniale: quia tunc in foro poli abſtinere tenentur, ex his quæ diximus in rubrica *de munere judicis Orphanorum 2.p. Phæbo 2.p. areſto* 44. *Pereyra in promptuario n.*1841.

24 Iudex electus à partibus ab eiſdem recuſari non poteſt, niſi ex nova cauſa, & legitima: nam quæ de novo emergunt, novo indigẽt conſilio *ex l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrogatorijs actionibus cap. fin cap. offeratur* 3. q. 5. & nos docent *Cardozo verbo recuſatio n.* 10. ubi multos dat concordantes, quibus adde *Thome Vaas alleg. 96. n. 7. &* 8. *Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad ſuſpicionem numer.*890.

25 Senator aſſiſtens determinationi cujuſcunque proceſſus; licet votum non dederit nec ſuam deliberationem poſitam; nec aſſumptam memoriam in eo, non poterit recuſari, ad id, quod ulterius accrevit, ſi ſuſpicio ortum anteriorem habeat, licet juret de novo veniſſe ad ejus notitiam, ſi ſciebat vel ſciendi rationem habebat, quod ille Senator, quem recuſat erat judex in illo proceſſu ex expreſſa *Ord. lib.*3. *titul.* 21. §. 5. *ubi Barb. multos citat, quibus adde Thomam Vaas dicta alleg. 96. n. 43. 44. &* 45. *Pereyram in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.*895. *Fontanella deciſ.*19. *nu.* 12. *Pereyra de reviſionibus cap.* 8. *num.* 12.

Intellige hoc quando pars litigavit per ſe, vel per procuratorem 26
Secus ſi contra abſentem per edicta procedatur ex dicta *Ord. dicto §.5. ibi Barb. Thome Vaas, & Pereyra* in locis ſupra allegatis *Fontanella ſupra n.*14.

Iudex mortuus regulariter re- 27
cuſari non poteſt, quia contra mortuum regulariter nullum, eſt judicium; ſed ad effectum annulandæ ſententię, quæ per ipſum lata fuit, benè poteſt mortuus recuſari *Cabedo 1.p. deciſ.45.n.7. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n.* 904. *Parada in praxi allegationum criminalium n.* 56. *Thome Vaas alleg.* 97. *n.*10. & quilibet judex officij me- 28
chanici, quem vocamus *juis do officio Phæbo 2. p. areſto* 43. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio nu.* 1841. ubi tradit proviſorem, quem vocamus *dos contos*, recuſari poſſe *Phæbo 2. p. areſto.*44.

## CAPUT XI.

**Notarij, ſeu ſcribæ, an recuſari poſſint?**

### SUMMARIUM.

1 *Notarij, Scribæ, & Tabeliones recuſari poſſunt.*

2 *Non ſolùm judex, ſed omnis perſona, quæ partem lædere poteſt poteſt recuſari.*

3 *Iudex non cognoſcit de recuſatione oppoſita ſuo Notario, ſed nominat*

*nominat perſonam, apud quã cauſa ſuſpicionis agitetur.*

4 *Iudicibus prohibitum eſt cognoſcere abſque partium conſenſu de cauſis ſuorum Officialium.*

5 *Iudici incumbit Notarium nominare, ut pendente recuſatione ſcribat, qui in cauſa continuare debet, ſi recuſatus ſuſpectus judicetur.*

6 *Si Notarius ſuſpectus non judicetur, cauſam denuò ſuſcipiet, parſque tenetur ſolvere ſcribæ, cui fuit cauſa commiſſa ſalarium ſcripturæ, & etiam recuſato ſalarium in duplum.*

7 *Si recuſentur Scribæ alicujus ex relationibus, cognoſcet de eorum recuſationibus Cancelarius domus.*

8 *De recuſationibus alicujus ſcribæ, vel officialis cujuſcunque judicij Civitatis Vlyſiponenſis, aut Portuenſis cognoſcit iudex Cancelariæ.*

1 DE plano, eſt Notarios, & ſcribas, ſeu Tabelliones, recuſari poſſe, *ex Ord. lib. 3. tit. 23 ubi Barb. infinitos citat. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad ſuſpicionem n. 890. Thome Vaas*
2 *alleg. 96.* & quamplurimi alij, de quibus infra, & alijs in locis. Et ratio eſt, quia non tantum judex, ſed omnis alia perſona, quę poteſt lædere partem, poteſt recuſari; ut cum infinitis docet *Fluvius pacianus de probationib. cap. 45. nu. 93. & 94.* & nemo alius eſt, qui tantũ partes lædere poſſit quam ſcribæ, notarij, ac tabeliones, à quorum fide, & veritate tota cauſæ pendet deciſio, ut latè diximus *de munere judicis Orphanorum tract. 1. lib. 2. cap. 5.*

Oppoſita recuſatione, judex 3
cauſę nominare debet perſonam, apud quam cauſa ſuſpicionis agitetur *ex Ord. dicto tit. 22.* in principio, quia ipſe judex de recuſatione oppoſita ſuo notario, ſcribæ, & tabellioni, cognoſcere non poteſt, quia per *Ord. lib. 3. titul. 24.* 4
prohibitum eſt judicibus cognoſcere de cauſis ſuorum officialium niſi partes conſentiant, ibi *Barb. & latius Almeyda alleg. 17. per totam, de qua re latius, Deo duce, lib. 4. cap. 7.*

Nec non debet cauſam committere alij notario, ſeu ſcribæ, 5
qui pendente recuſatione, in ea ſcribere debet, *ex Ord. dicto tit. 23. §. 1.* & ſi tabellio fuerit pro ſuſpecto judicato, nominatus ſcriba cauſam continuare debet; ſi verò pro non ſuſpecto fuerit judicatus, cauſam reaſumit, & pars tenetur 6
ſcribæ, cui fuit comiſſa ſolvere ſellarium ſuę ſcriptæ, nec non illi, quem recuſavit injuſtè ſellarium duplicatum *ex Ord. dicto tit. 23. §. 2.* Et hic eſt unus ex caſibus in quo notarius, ſeu tabellio ſellarium abſque labore vincit in odium ſuſpicionis injuſtæ, & ſupplicium injuſti, ac temerarij recuſantis, ut do-

docet *Landim de ſellario judicum advocatorum, & officialium q. 3. num. 77. & 78.* ubi addit, quod duplex ſellarium notario debetur ob injuria, quam recepit ex injuſta recuſatione.

Quæ diximus de nominatione
7 à judice cauſę facienda de judice, qui cognoſcat de recuſatione oppoſita ſuo officiali, intelligenda ſunt de officialibus in partibus: nam ſi recuſentur ſcribę alicujus ex rellationibus Vlyſiponēſibus, & Portuenſibus de eorum recuſatione cognoſcere debet Cancelarius domûs. *Thome Vaas alleg. 96. num. 26. & 27. Pereyra in promp-*
8 *tuario juris verbo iudex quo ad ſuſpicionem num.* 892. vel ſcribæ, ſeu officiales cujuſcunque judicij, Civitatis Vlyſiponenſis, ſeu Portuenſis, de illorum recuſatione cognoſcere debet judex Cancelariæ *Thome Vas ſupra nu. 29. Pereyra ſupra dicto n.* 892. qui verbo juſtitia ſuſpicio *n.* 1841. *ex Phœbo 2. p. areſto* 26. Iudicatum tradit ſuſpectum eſſe judicatum quendam ſcribam, ex eo quod de nocte fecit certam diligentiam quæ die conficienda erat. Facilius tabelio ſuſpectus judicandus quam judex quia regulariter viliores, & peiores ſunt.

## CAPUT XII.
Dux belli an recuſari poſsit.

### SUMMARIUM.

1 *Dux Generalis, Gubernator, cæterique judices belli recuſari poſsunt quatenus judices ſunt.*

2 *Gubernatores armorum noſtri Regni recuſari valent.*

3 *Milites regularitèr conveniri debent, & accuſari coram duce belli, & magiſtro militum.*

4 *Referuntur caſus, in quibus milites militaritèr puniri poſſunt.*

5 *Si milites pro militaribus delictis ab ordinarijs Iudicibus capiantur, ad Gubernatorem & Auditorem unà cum omnibus actis remitti debent.*

Optimo jure tradit *Solorſanus lib. 5. politicorum capit. 18. folio nobis 920. Caſtejon. in alphabetico juris verbo recuſatio n. 4.* quod capitaneus generalis; gubernatores, & cęteri judices belli, quatenus judices ſunt poſſunt, ut cæteri recuſari; quia ut cęteri odio amore, timore, & cupiditate moveri poſſunt, a quo ſequitur, quod 2
gubernatores armorum noſtri regni, qui cum auditoribus, vel generalibus, vel particularibus in illo cauſas criminales militum decidunt ex regimine gubernatorum armorum §. 2. cum pluribus ſequentibus, & Auditorum §. 21. & aliquas Civiles, de quibus in dicto regimine noſter *Medeiros in ſuo libro, cui titulum dedit de perfeito ſoldado* poſſunt, ut cæteri recuſari: quia hujuſmodi in delictis

deliĉtis eſt judex competens mi-
3 litum, & iſti regulariter conveniri, & accuſari debent coram duce belli, & magiſtro militum *ex dicto regimine, & ex l. 12. & 3. l. officium regentis §. Officium tribunorum ff. de re militari l. certi juris Cod. de judicijs l. magiſteriæ Cod. de juriſdictione omnium judicum Barb. in d. l. magiſteriæ Aiala de jure belli lib. 3. cap. 8. a numer. 1. Cum infinitis Corteada deciſ.* 11.
4 *numer.* 11. videlicet, ſi milites fuerint deſertores militiæ, transfugæ, proditores, diſides circa ducum præcepta, & alienaverint, vel ludendo arma, perdiderint, vel ſimilia delicta perpatraverint, quæ deligenter, & copioſè referunt *Decianus tract. criminalium lib. 6. capit. 14. & 15. Aiala de jure belli lib. 3. cap. 10. & 11. Farinat. in fragmentis part. 2. litera M. a numer. 205. Caballus reſolut. criminal. caſu 494. a numer. 87. Tondutus de præventione judicum 1. part. capit. 28. a numer. 17. pegas omnino videndus ad Ord. lib. 2. titul. 47.*

Reſolutio, quæ eſt adeo vera, quod ſi milites pro prædictis
5 delictis, & omnibus contentis in regimine gubernatorum armorum, & auditorum per magiſtratos ordinarios capiantur ad gubernatorem, & auditorem una cum omnibus actis remitti debent *ex l. 1. ff. de exhibendis reis l. militibus ff. eodem l. fin. Cod. de re militari l. 12. l. magiſteriæ Cod. de juriſdictione omnium judicum, & ibi Barboſa Farinatius conſ. 4. numer. 8. & in praxi part. 1. quæſt. 4. numer. 4. & in fragmentis dicta littera M. numer. 218. Tondutus de præventione 1. part. capitul. 28. numer. 14. Cum alijs Giurba conſ. 59. numer. 89. & nos de prævilegijs officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis lib. unico capit.* 14. ac per conſequens recte colligitur, quod recuſari poſſunt. *Pegas ad Ordin. lib. 2. titul. 47. per totum.*

## CAPUT XIII.

Promotor juſtitię an recuſari poſſit, & an promotor Fiſcalis Sanctæ Inquiſitionis recuſari poſſit?

## SUMMARIUM.

1 *Promotor, ſeu Fiſcalis recuſari non poteſt in opinione aliquorum, nec etiam ex inimicitiâ recuſatur, num.* 14.

2 *Promotor Fiſcalis Sancti Officij ex capitali inimicitiâ, vel alia gravi cauſa recuſari poteſt.*

3 *Apud nos Scribæ promotoris Officio gaudent, & ſi ut Scribæ recuſentur, promotores eſſe non poſſunt.*

1 QVæſtio propoſita pro parte negativa facile reſolvitur: quia promotor, ſeu fiſcalis, cum non habeat votum deciſivum in cauſa, partem gravare non poteſt, ac per conſequens recuſari nequit: quoniam ſuſpicio ſolum debet percutere juriſdictionem voti, non vero inſtructionem proceſsùs taliter, ut alegatus ſuſpectus poſſit inſtruere cauſam, facere probationes, & ſubſcribere Schedulas *Peguera deciſ. 33. numer. 4.* & ſic deciſum tradit *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 12. numer. 7.* nec quærulę rei ad æthera in hoc conflictu voces efferre debent accuſati eo, quod ſint à ſuo inimico arcerciti, cum Fiſcus dicatur inimicus communis, & ejus ſit peculiare onus delicta inquirere, inquiſita proſequi, & probata facinora inſtanter ſatagere pęna condigna affici. *Maſtrillus deciſ. 207. numer. 7. Alfaro de officio fiſcalis gloſſ. 10. numer. 1. & 2. Thoro voto 22. part. 2. a numer. 5.* Cujus officium creatum fuit ab Alexandro ſævero (teſte Lampridio in ejus vita] malum neceſſarium, & ideò minus placidum, & omnibus inviſum *ex Caſſaneo ad conſuetudinem Burgundiæ rubrica 2. in principio Valenſuell. conſ. 39. numer. 6. & conſ. 100. numer. 102. Fontanella cum multis numer. 2.* verum nos contrarium exiſtimamus ex decidendis infra, *& in capit. 14. & 19. Valaſc. conſult. 124.*

De fiſcali autem Sancti Officij breviter dicimus; quod, & ſi votum non habeat deciſivum ad cauſas, adhuc tamen ex inimicitia Capitali recuſari poterit, quo caſu Inquiſitores alium advocatum fiſcalem ad cauſam, in qua recuſatur, adhibere debent nec enim ex alijs cauſis recuſandus, niſi admodum ſint urgentiſſimæ *ex l. unica ff. de officio prætoris* ſic multa aducens de alijs fiſcalibus *reſolvit Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis 1. part. titul. 9. §. 6. numer. 60. & 61. Fermoſinus ad text. in Capit. Si quis contra 4. de foro competenti quæſt. 16. numer. 11. Coſta de domo ſupplicationis annotat. 14. Ord. lib. 1. titul. 15. per totum ibi Pegas, & Barb. Fontanella deciſ. 30. per totam.* 2

Apud nos tantummodo in Senatu Vlyſiponenſi, & Portuenſi, & in correctionibus criminalibus utriuſque Civitatis promotores vices gerunt ſcribæ, qui tamquam ſcribæ recuſati promotoris officio fungi non poſſunt: quia cum promotoris officium in hoc caſu ſit acceſſorium officij tabellionis deficiente principali, ſubſiſtere non poteſt acceſſorium. 3

CAPVT

pellicient; ſiquidem judex ſuſpecione pendente caret ſapientia, & conſcientia, ut tradunt *Matrillas de Magiſtratibus lib. 2. cap. 3. Queſada Pilo ſupra n. 31.*

Augetur difficultas, ex eo quia
13 ſequeretur, quòd ſibi ipſi jus diceret judex removendus contra regulam aſſerentem neminem in cauſâ propriâ ſibi jus dicere poſſe *ex reg. tx. in l. non eſt permitendum ff. de regulis juris, & alijs.*

Magni ponderis nobis eſt hæc difficultas, & inſtantia contra noſtram limitationem pro cujus
14 inſtantiæ ſolutione, permiſſum nobis ſit in caſu noſtræ limitationis diſtinguere inter caſum, quo judex Eccleſiaſticus ad ulteriora procedit rejiciendo ſuſpeciones ſibi intimatas, tanquàm frivolas, quia cauſæ recuſationis allegatę, non ſunt in jure expreſſæ, & inter caſum, quo judex eccleſiaſticus
15 ad ulteriora procedit non admittendo recuſationem fundatam in cauſis à jure expreſſis.

In primo nullam violentiam contra jus naturale fieri aſſeveramus, ac perconſequens ad coronam non competere recurſum: tum quia recuſatio tunc frivola, & fruſtatoria appellatur, cenſetur & autumatur, quando in jure haud expreſsè reperitur; vel ſi non eſt ſimilis, aut maior cauſa alijs in corpore juris expreſsis. *Fontanell. deciſ. 7. numer. 6. part. 1. & deciſ. 5. numer. 18. Giurba deciſ. 54. numer. 9. Queſada Pilo dicto cap. 37. numer. 19.* Et judex non admittendo recuſationes frivolas, & fruſtatorias, de jure procedit, ut jam diximus, & contra judicem ſecundum jus procedentem, recurſus non competit.

Tum quia cauſę, quæ ad recu- 16
ſandum ſufficiant, præter in jure expreſſas arbitrio judicis committuntur. *Giurba, & Queſada Pilo ſupra Carrocius except. 120. n. 41. Carraſc. ad leges recopilationis cap. 9. numer. 311. Donad de renuntiationibus cap. 32. à numer. 69.* Qua hypoteſi poterit tanquam à ſua fronte inſubſiſtens, & notoriæ elidibilis ſperni; rejici, & ea ſpreta ad ulteriora progredi. *Cancer. 1. variar. cap. 21. num. 37. & 3. cap. 10. numer. 37. Fontanella deciſ. 5. numer. 18. Carolus de graff. except. 24. num. 12. Queſada Pilo ſupra num. 30. Faber in ſuo Codice lib. 31. tit. 4. nequis in ſua cauſa de fin. 6. & 7. Barb. voto 4. numer. 107. Cabedo deciſ. 20, numer. 4. part. 1. Cortiada deciſ. 18. numer. 66. Capicius Latro deciſ. 164. num. 4. & alij quamplurimi apud Olivam de foro Eccleſiæ 1. p. q. 17. n. 60.*

Tum quia quando judex frivo- 17
las judicat cauſas, quę judicis arbitrio committuntur de injuſto redargui non poteſt, quia judex in arbitrarijs argui non poteſt, nec ſyndicatui ſupponi *Bobadilha lib. 5. politicor. cap. 3, num. 55. Larrea deciſ. 98. nu. 59. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 16. n. 2.*

Ubi de jure fuerit quæſtiona-
18 bile, an cauſa propoſita ſit legitima, vel frivola, etiam ſi judex etiam non recipiendo ad ulteriora procedat, non ideo vim facit, ita ut competat recurſus, quia ad impediendum recurſum ad coronã, ſufficit, quòd judex habeat pro ſe
19 opinionem. *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p.q.15.n.37.* quia tunc ceſſat notorietas violentiæ, quæ omni modo requiritur. *Oliva* ſupra *nu.* 35.36.*&* 37.

In ſecundo verò dari veram violentiam, ac per conſequens com-
20 petere recurſum ad coronam contẽdimus; tum quia recurſus competit ad coronam, quando judex contra jus expreſſum, clarum, & in quæſtionabile procedit, ut cum infinitis diſcurrendo per varios caſus probat *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p.q.15.&16.* ferè per totas;
21 tum quia tunc judex procedit cũ notoria injuſtitia; & contra judicem procedentem cum notoria injuſtitia datur recurſus, ex eodem *Oliva*, & ita ſentimus, quamvis *Pegas* citatus in limitatione, contrarium tradat judicatum abſque ſeparatione horum duorum caſuum.

22 Limitatur ſecundo: in Apoſtolicis Inquiſitoribus, contra quos non datur recurſus etiam ſi non obſtantibus recuſationibus ad ulteriora procedant; tum quia cum ſint æquiſſimi, rectiſſimi, pijſſimi, religioſiſſimi, & peritiſſimi, ut diximus *cap.* 13. contra eos non præſumitur, quòd partibus vim faciant. *Oliva de foro Eccleſiæ 1.p cap.15.n.47. in fine*; tum quia recurſus non datur ad tribunalia regia contra Eccleſiaſticos prætextu violentiæ, quoties maius inconveniens ex eo procederet. *Oliva* 23
*ſupra n.*44. quia bonum publicum privato anteponendum eſt *ex l. actione 66. §. Labeo ff. pro ſocio l. ult. §. unico Cod. de caducis tolendis cum multis Oliva n.45. & nos diximus de munere judicis Orphanorum tit act. 1. lib.4. cap.6.* Et nullum maius inconveniens reperiri poteſt, quàm arcana utiliſſima San- 24
ctæ Inquiſitionis in publicum prodire, & nullum bonum maius publicum excogitari poteſt, quam Sancti Officij authoritatem, omnibus titulis venerandam, illæſam manere, & ita aliis relatis docet *Oliva ſupra n.47.*

Limitatur tertio: vel quando 25
judex recuſatus procedit poſt trãſactos quadraginta quinque dies, licet poſt ipſos decidatur ſuſpicio quia tunc non facit vim, nec competit recurſus, ut judicatum tradit *Pegas ad Ord. lib.1 tit.9.§.22. cap.2.n.537.* vel quando reſcrip-
tum habet clauſulam, quòd pro- 26
cedat *appellatione remota*; quia tunc non recipiendo recuſationẽ, non facit vim, nec competit recurſus ad coronam, ut judicatum tradit *Pegas ubi proximè n.764.* ex ea ratione, quia licet probabilior ſit ſententia, quòd nec Papa, nec Rex poteſt committere cauſam, recuſa-

recuſatione remota & quòd hæc clauſula intelligatur de frivola, ut cum multis tradidimus *cap.* 1. & 18. & *de munere iudicis Orphanorum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. contraria ſententia etiam pro ſe multos habet DD. quos retulimus in locis ſupra citatis, & ad longum *Phœbo deciſ.* 77. *per totam*, quòd ſufficit ad evitandum recurſum ex defectu notorietatis violentiæ.

## CAPUT XXI.

Utrum judex ordinarius, vel delegatus in cauſa, alicujus informationis recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1. *Refertur ſententia, quæ aſſerit informantem recuſari poſſe.*
2. *Commiſſarij recuſari poſſunt.*
3. *Omnis, qui gravare poteſt, recuſari valet.*
4. *Cauſa, quæ non pendet in judicio non eſt cauſa.*
5. *Recuſatio apponi non poteſt de jure noſtro, niſi lite pendente.*
6. *Recuſatio locum non habet, ubi appellatio non ſuſpendit.*
7. *Appellatio in hoc caſu non ſuſpendit.*
8. *Informatio impediri non poteſt exceptione obreptionis, vel ſubreptionis.*
9. *Pars, quæ timet gravamen in informatione, ad ſuperiorem, recurrere poteſt.*

SÆpè dubitatum vidimus, an judex ordinarius ſeu delegatus poſſit recuſari in cauſa alicujus informationis, ſeu inquiſitionis de genere, vel ſimili, quando ſcilicet Papa, aut Princeps, aut Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus, aut religio, aut tribunal ſeu quicumque alius prælatus ſive Eccleſiaſticus, ſive ſecularis jubet, ut aliquis judex informet de aliquo, vel inquiſitiones de genere, aut nobilitate, ſeu ſimilia ſedulus ſcrutetur, vel ad petitionem partis de aliquo informet.

In quâ difficultate pro parte affirmativa ſtat *Scobar de puritate* 1. *p. q.* 6. §. 6. ubi tradit, quòd cõmiſſarius ad faciendam informationem recuſari poteſt. *Bobadilha lib.* 3. *politicorum cap.* 8. *a num.* 125. ubi docet, quòd commiſſarij à civitate nominati recuſari poſſunt 2 ex ea ratione: quia omnis, qui gravare poteſt, recuſari valet ex eodem *Scobar. d.* §. 6. *Bobadilha d. cap.* 8. *Cortiada deciſ.* 18. & commiſſarius gravare valdè poteſt, & 3 hæc ſententia de jure communi, tam Civili, quam Canonico nobis indubitabilis eſt, & omnino ſequendam eſſe in foro eccleſiaſtico aſſeveramus.

Pro negativa afferri poteſt, quòd hæc cauſa non pendet in judicio, 4 nec propriè eſt cauſa, imò eſt actus extrajudicialis, ut in ſpecie tradit *Pegas ad ord. lib.* 1. *tit.* 5. §. 13. *gloſſ.* 17. *n.* 5. & 6. *Creſpus de valdaura obſ.* 69. *n.* 4. & 5. & recu-

*ſortes electi recuſari poſſunt.*

2 *Sortis cæco judicio nemo ſtare compellitur, præcipuè ſi in melius jure ſuo utendo ſortis eventum mutare poteſt, & num. fin.*

3 *Bonum, ſanctumque eſt, ut ſua cuique placeat ſors.*

1 IUdices, qui de conſenſu partium per ſortes eliguntur, illico facta ſortione recuſari poſſunt: nam licet judices ex partium conſenſu electi recuſari non poſſint, niſi superveniente juſta recuſationis cauſa *ex text. in l. quidam 57. ff. de ſententia, & re judicata l. 2. §. ſi judex l. obſervandum 47. l. ſi in judicijs 60. ff. de judicijs. Fermoſinus ad tx. in cap. Si quis contra de foro competenti q. 18. num. 5. Cum infinitis Cortiada deciſ. 18. num. 6. & 23.* & nos jam diximus, & dicemus, tamen judices per ſortes electi recuſari illico poſſunt, ut in terminis docet *Fermoſinus d. n. 5. & probatur authoritate plinij in panegirico ad trayanum ibi, Sors, & urna judicem aſſignat, licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo.*

2 Ratione etiam probatur: quia judiciũ ſortis cæcũ eſt regulariter quis non compellitur ei ſtare ut videre eſt, *apud Scat. de ſententia cap. 1. gloſſ. 14. q. 14. a n. 33. Larream deciſ. 45. à n. 26. Solorſanus tom 2. de jure Indiarum lib. 4. cap. 1. nu. 15. & lib. 3. politicorum cap. 1. Vella diſert. 4. a numer. 78. Giurba de feudis §. 2. gloſſ. 4. a n. 24. Navar. tom. 3. in manuali confeſſorum cap. 11. num. 38. Aylon ad Gomes 2. var cap. 10. n. 11. Gomes in l. 38. Tauri n. 7. & 40. n. 6. & 45. n. 179. Barb l. properandum 13. Cod. de iudicijs num. 65. Hermoſilha in l. 56. gloſſ. 4. num. 17. tit. 5. partita 5. Marq. lib. 2. de gubernatione cap. 3. & cap. 17. Aranjo de ſtatu civili diſput. 3 per totam & bene docet Tacitus lib 4. hiſtoriarum ibi: Sorte, & urna mores non decerni ſufragia, & extimationem ſenatus reperta, ut uniuſcujuſque vitam, famamque penetrarent.*

Bonum, ſanctum quæ eſt, ut 3
ſua cuique placeat ſors: quia [ docente Seneca ] *ſicui ſua non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, miſer eſt, qui ſe beatiſſimum non judicat, licet toti mundo imperet.* è contrario aſſerente eodem, *intra quæ quis quis deſiderium ſuum clauſit cum ipſo Iove de fi-*
*licitate contendat.* Sed cæco judi- 4
cio ſortis nemo regulariter, ſtare compellitur, maximè quando in meliùs ſortis eventum corrigere jure ſuo utendo poteſt, ut docent omnes ſupra citati, & nos diximus de *Munere judicis Orphanorum tract. 2. lib. 2. cap. 14. & alijs in locis.*

## CAPUT XVII.

### An matronæ, & alij in arte periti recuſari poſsint.

### SUMMARIUM.

1 *Periti in arte recuſari poſſunt,*
*&*

*& quare?*

2 *Iudex peritorum electionem facere non debet, niſi partibus præſentibus, aut citatis.*

3 *Relatio peritorum poteſt coram judice fieri partibus abſentibus.*

4 *Partes debent eſſe præſentes, quandò judex alicui committit menſurationem agri.*

5 *Periti ex conſenſu partium electi recuſari non poſſunt, niſi ex nova causâ.*

6 *Nec ab una parte, ſi ab alterà fuerit electus, & qua ratione.*

7 *Ad recuſationem peritorum non eſt neceſſaria probatio, ſed ſufficit etiam de jure noſtro, & canonico, quod cauſa à recuſante ſit iurata.*

1 PEriti in arte poſſunt, ut ſuſpecti recuſari: quia eorum diſpoſitio, & declaratio potius eſt judicium, quam teſtificatio, ut nos docent *Sanches de matrimonio lib.7.diſp.*113. *Balboa in cap.* 4. *de probationibus n.* 26. *Fermoſinus ad text.in cap.Siquis contra* 4. *de foro competenti q.*17. *numer.* 3, & 5. & plures, quos citavimus *de munere judicis Orphanorum tr.*1.*lib.*1.*cap.* 12. *cum multis Barb.ad text.in cap propoſuiſti* 4. *de probationibus a nu.* 1.*uſque ad* 10. *ubi etiam communiter Cæteri Ordinarij.*

Et ex hac ratione docent *Pacianus de probationibus lib.* 1. *cap.* 47.*n.*120. *Covas* 2. *variarum cap* 13.*num.* 4. *concluſione* 6. *ibi Faria Maſcard. de probationibus Concluſione* 1038.*num.*19. *Fermoſinus d.q.*17.*num.*3. adverſus artis peritos poſſe partes opponere eſſe ſuſpectos: Quare Pacianus *d. n.* 120. 2 affirmat, quod quamvis electio peritorum ad judicem pertineat, debet ſemper judex electionem facere partibus præſentibus, aut legitime citatis, quamvis relatio 3 peritorum poſſit illis abſentibus coram judice fieri, ut ait *Barthol. in l. Theopompus ff. de dote prælegata num.*11. ubi notat, quod quãdo judex committit alicui, ut vadat, & menſuret agrum, & com- 4 pertum referat, debent in tali cõmiſſione partes eſſe præſentes: quia poſſunt apponere perſonam eſſe ſuſpectam.

Niſi hujuſmodi periti ex conſenſu partium electi fuerint: quia 5 tunc non niſi ex nova cauſa poſſũt recuſari *Fermoſinus d.q.*17.*num.*6 10. & 11. *qui n.* 14. docet, quod 6 peritus electus ab una parte, ab altera recuſari nequit; & ratio eſt: quia cum quælibet pars ſuum arbitrum elegerit, ſervatur in hoc æqualitas, & ſi electus ab adverſaria alteri ſuſpectus ſit, habet altera à ſe electum, qui jus ſuum tueatur, ac illis diſſentientibus neutra pars litis victoriam obtinebit, ſed tertius elegitur à judice, qui poteſt a qualibet parte, cui ſuſpectus fuerit recuſari, & ita docet *Sanches lib.*7.*diſp.*9. *num.* 9. *Fermoſinus d.q.*17.*n.*15.

Ad

Ad recuſationem peritorum in arte non requiritur probatio; ſed ſufficit, quod pars cauſam ſuſpicionis exprimat coram judice; & veram illam eſſe coram eodem judice juret: quia cum hi periti à judice eligantur, ſolo juramento recuſantur *Sanch. ſupra nu.* 8. *Fermoſinus num.* 6. *&* 7. *&* 8. & ſic in iſto caſu non procedit diſpoſitio juris Canonici, & Luſitani decernens cauſam recuſationis eſſe exprimendam, & probandam.

## CAPUT XVIII.

Locus an recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Locum eſſe capacem recuſationis demonſtratur per exempla.*

2 *Citatus ad locum non tutum, ſive ad locum, ad quem non poteſt directè, vel indirectè perveniri tutè, comparere non tenetur.*

3 *Debet tamen hujuſmodi impeditus de impedimento congruo tempore proteſtare.*

1 Etiam locus capax eſt recuſationis, ut videlicet ſi ſequeſtranda eſt puella in aliquo monaſterio, vel deponenda in aliqua domu poterit recuſari hoc vel illud monaſterium, hæc, vel illa domus *ex Ripol variarum cap.* 2. *a num.* 185. *&* 186. *Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.* 13. *num.* 47. *Fermoſinus ad text. in cap. ſiquis contra de foro competenti q.* 29. *num.* 28. *Queſada Pilò controverſ. forenſ. cap.* 16. ubi per totum tradit impuberem educari non debere apud futurum ſocerum, & domum, ejus validè recuſari poſſe, de quo nos latè in noſtro tract. *de munere judicis Orphanorum tractat.* 3. *lib.* 5. *capitul.* 113.

Aut ſiquis citetur ad locum non tutum, quod adeò verum eſt, quod citatus non tenetur comparere, etiam ſi ipſe locus judicij ſit tutus, ſi tamen loca per quę tranſeundum eſſet, tuta haud eſſent, ut infinitis relatis docet *Barb. in cap. accedens* 4. ut lite nõ conteſtata *nu.* 6. niſi declinata recta via per obliquam tuta ad judicij locum venire poſſet, qui *num.* 8. advertit quod in omni caſu bonum eſt proteſtari de impedimento, & quod per eum non ſtetit, nec ſtat, & debet fieri proteſtatio tempore congruo, & publicè, & continere cauſam impedimenti, de quo videndus eſt *Iranzo in integro tract. de proteſtatione.* 2 3

## CAPUT XIX.

Advocatus an recuſari poſſit.

### SUMMARIUM.

1 *Ædictum de poſtulãdo eſt prohibitorium.*

2 *Advocatus ſalarium non reportat, ſi contra inimicum patrocinium præſtet.*

3 *Solùm recuſari poteſt, qui partem poteſt gravare, vel ipſi obeſſe.*

4 *Validum eſt argumentum de advocato ad procuratorem.*

5 *Inimicus ſolùm ad accuſandum inimicum admittitur, quando de vindicanda ſua, vel ſuorum injuria agit.*

6 *Advocatus gravare poteſt inimicum, patrocinium præſtando contra illum.*

7 *Cogi non poteſt advocatus, ut contrà amicum præſtet patrocinium.*

8 *Quando advocatus eſt neceſſarius, ut teſtimonium præſtet, poteſt recuſari, nè pro contraria parte patrocinium exhibeat.*

9 *Advocatum recuſari poſſe veriſsimum eſt, & in noſtro ſenatu multoties fuit judicatum*

10 *Advocatus debet eſſe verax in ſermone, juſtus in judicio, plenus in Conſilio.*

11 *Procurator partem gravare nõ poteſt, ſicut advocatus.*

12 *Syndicus Univerſitatis recuſari poteſt, ſi pro illa munus advocationis exerceat.*

13 *Chriſtianus veteranus recuſare poteſt advocatum Chriſtianum novum.*

14 *De jure noſtro non poteſt Chriſtianus novus munera publica exercere, aut dignitates, & n.17.*

15 *Advocationis munus publicum eſt.*

16 *Per advocationis exercitium nobilitas acquiritur.*

17 *Nulla gravior inimicitia in jure præſumitur, quàm habitâ à Chriſtianis novis adverſus Chriſtianos veteranos.*

18 *In chriſtianis novis veritas non invenitur.*

19 *Quæ mala ſequantur ex eo quòd Chriſtiani novi noſtri Regni litteris dent operam.*

20 *Demonſtratur quomodò natio iſta noſtrum ingreſſa fuit regnum, & in quo ſtatu nunc ſe inveniat.*

21 *Hujuſmodi ingreſsio tempore Ioannis 2. facta fuit.*

22 *Traditur remiſsive quibus modis ad priſtinum ſtatum reduci debet.*

23 *A fortiori recuſari poſſunt advocati illi, qui a Sancto Officio fuerunt pro Iudaiſmo puniti.*

24 *Hi de facto, & jure infames exiſtunt.*

25 *Debent tractari diverſo modo, quo tractantur.*

26 *Viliores ſunt ipſis ſervis captivis.*

MUlta in propoſita quæſtione pro utraque parte fundamenta adduci ſolent: nam pro parte negativa ſic primo conficitur argumentum.

Ædictum de poſtulando eſt prohibitorium; & omnis, qui 1
non

non invenitur expreſsè prohibitus inhiberi non poteſt, ne advocet, ut docet *Valaſcus conſult.* 124.*num.*1. & notant DD. ad titulum ff.& cod. de poſtulando, & ad titulum de poſtulando in jure Canonico *Barb.& Pegas ad Ord lib.*1.*titul.* 48. atqui inimicus non invenitur prohibitus contra inimicum patrocinium præſtare, ut patet ex *toto titulo ff.& cod.de poſtulando & ex cap.*1. *& per totum titulum de poſtulando*: Ergo prohiberi non poteſt, ut contra inimicum advocet, ac per conſequens dicendum venit advocatum recuſari non poſſe.

2 Deinde ſic arguitur, ſi advocatus poſſit prohiberi, ut contra inimicum patrocinium non præſtet, ſellarium illi eſſet ſolvendum: quia eo privari non debet cum caſus privationis in jure non ſit expreſſus: ergo vel removendus non eſt, vel ſellarium ei eſt ſolvendum *Valaſc. ſupra numer.* 2.

3 Vlterius ſic demōſtratur, quia, qui gravare non poteſt, recuſari non valet, ut ſæpè diximus, ſed advocatus partem gravare non poteſt etiam inimicus cum nec ſit, nec poſſit eſſe judex, ſcriba, & teſtis in cauſa: ergo recuſari non poteſt.

Magis ſic corroboratur, qui obeſſe non poteſt, recuſari non valet; atqui obeſſe non poteſt advocatus, nec velle obeſſe præſumitur; cum cauſa, nec ejus perſonam, nec ejus bona, honorem, aut intereſſe tangat, ut ponderat *Valaſcus conſ.* 124. *numer.* 1. Ergo recuſari non poteſt.

Vltimo ſic perſuadetur: quia in jure noſtro validum eſt argumentum de advocato ad procuratorem, vel è contra; ut cum multis probat, *Barb. in loca communia loco* 5. *num.* 1. & ideò ſicut advocatus propter præſumptam affectionem teſtimonium ferre non poteſt *ex l. fin. ff. de teſtibus cap. ſi teſtes* §. *teſtes de teſtibus*, ita procurator in cauſa, in qua eſt procurator teſtis eſſe non poteſt, ut pluribus relatis docet *Barb. d. loco num.* 2. & 3. atqui procurator recuſari non poteſt, ut tenet *Cabedo* 1. *part. decis.* 214. *num.* 9. ergo etiam advocatus recuſari non poteſt. 4

Pro affirmativa ſententia ſic pugnatur primo: inimicus non admittitur ad accuſandum inimicum in delictis, niſi ſuam vel ſuorum injuriam vendicare intendat, ut probatur *ex Ord. lib.* 5. *tit.* 117. *Valaſc. de conſ.* 224 *n.*4. *txt. in cap. omnes cap. cum oporteat cap. qualiter de accuſationibus ubi ordinarij*; *& maximè noſter Barb. Phœbo* 1.*p. areſto* 142. *&* 2.*p. areſto* 120. *&* 122. Ergo ſaltem advocatus inimicus recuſari poteſt, ne patrocinium præſtet contra inimicum. 5

Aducitur ſecundo pro eàdem parte ſequēs ſyllogiſmus: qui gravare

 vare

vare poteſt, recuſari valet, ut diximus
6 *cap.* 12. atqui advocatus inimicus poteſt gravare inimicũ patrociniũ præſtando contra illum: ergo recuſari poteſt.

Probatur minor: quia quę enim inimicus cõtra inimicũ non molietur advocatus? ut in terminis docet *Fontanella deciſ.* 30. *n.* 7. Cum enim advocati etiam non inimici ſequentia ſolent partibus afferre damna, quæ optimè deſcribuntur in ſequentibus verſibus.

*Hi ſunt ignari juris, nec limina legum.*
*Prima ſalutarunt, ſed cauſis omnibus adſunt.*
*Verboſamque locant operam frontiſque pudorem.*
*Advocatorum dicunt venalia ſemper.*
*Ingenia, & promptas ad nigra, & candida linguas.*
*Si cauſa ægrotat norunt medicamen in ipſa.*
*Eſſe moram, facili labyrinthus texitur arte,*
*A quo non actor; non filius exeat unquam;*
*Vix pro avum lites poſſunt finire nepotes.*

Et ad longum narrat *Landim de ſallario judicum q.* 2. *nu.* 58. 59. & 60. *Azevedus in l.* 1. *n.* 1. *tit.* 16. *lib.* 2. *novæ recopillationis Barb. ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 48. *in rubrica numer.* 7. Ergo à fortiori hoc ipſum maiori cum ratione ab advocato inimico timeri debet.

7 Pro eàdem parte ſic etiam ponderatur. Advocatus cogi non poteſt, ut contra amicum patrocinium præſtet, nec inimicum juvare *l.* 1. §. *verbo ait ff. de poſtulando Valaſc. de conſ.* 124. *n.* 3. *Xamar de officio judicis, & advocatorum* 2. *p. q.* 3. *n.* 62. *ubi multos* refert; ergo ſimiliter inhiberi poteſt, ne contra inimicum patrocinium pręſtet: contra inimicum adverſus quem omnia mala excogitari præſumũtur *ex authentica de exhibendis reis* §. *ſancimus Xamar cum alijs d.* 2. *p. q.* 1. *n.* 35.

Deniquè pro eàdem parte conſiderari ſolet, quod advocatus poſſit eſſe unus ex teſtibus, perquam pars intentionem ſuam probare intendat, & ad ferendum teſtimonium in cauſa poteſt eſſe neceſſarius: atqui ſi non recuſaretur, poſteà in eàdem cauſa teſtis eſſe non poteſt, ut ſupra diximus, & notant ſcribentes *in cap. romano de teſtibus, & in l. fin. ff. eodem cum infinitis Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.* 14. *n.* 16. *Cortiada deciſ.* 18. *numer.* 93. *Fontanella* 1. *p. deciſ.* 189. *Xamar d. p.* 2. *q.* 4. *a nu.* 49. *Giurba deciſ.* 95. ergo ſaltem quando ad teſtem fuerit neceſſarius poterit recuſari, ne pro contraria parte patrocinium præſtet, prout ille, qui ad teſtem neceſſarius eſt judex, recuſari poteſt, ut alio in loco, Ieſu duce, dicemus; his & alijs rationibus hanc partem ſectantur *Fontanella deciſ.* 30. *n.* 6. & 7. & pro eà judicatum tradit in noſtro ſupremo ſenatu *Cabedo* 1. *p* *deciſ.* 8 9

*deciſ.*114.*n.*9. *&* 10. & multoties ſic ſe vidiſſe judicatum atteſtatur *Valaſcus conſ.*124.*n.*5.tenet etiam *Pegas ad ord.lib.*1.*titul.* 48. §. 19. *gloſſ.*21.*n.*1.*Larrea allegat.*1.*&* 2

Qua ſententia retenta, non obſtant fundamenta pro contraria aducta: nam ad primum reſpondemus,quod licet verum,ſit,quod omnis poteſt advocare, qui expreſſè prohibitus non invenitur, ut ultra DD.ibi citatos notant *Peres ad titulum Cod.de poſtulando a nu.* 1.*uſquè ad* 15.*Cardozo in praxi judicum verbo procurator Pacheco in apolecta utriuſquè juris verbo advocatus* hoc tamen non procedit quando à patrocinio præſtando
10 removetur ex juſta cauſa *ex l. ult. Cod.de poſtulando l. puto ff. eodem,* & nulla poteſt eſſe tam juſta cauſa ad removendum advocatum, quã inimicitia: quia advocatus debet eſſe verax in ſermone, juſtus in judicio, plenus in conſilio, *ex Barb.de officio, & poteſtate Epiſcopi aleg.*79.*n.*24. *Xamar. de officio judicum, & advocatorum* 2.*p.q.*1 *n.*34. & in inimico veritas non reperitur, immo facile mendacium *ex Phœbo* 1.*p.areſto* 142.

Ad ſecundum reſpondemus à miſſionem ſellarij in conſiderationem minimè venire debere: quia ex juſta cauſa procedit; & ad tertium, & quartum reſpondemus negando advocatum inimicum non poſſe nocere parti ex his,quæ ſupra diximus, & tradit *Valaſcus d. conſ.* 124.*n.*6. ubi, inquit, quis dolum, aut virtutem in hoſte requirat, & ad ultimum reſpondemus, verum quidem eſſe valere argumentum de procuratore ad advocatum, quando non datur diverſa ratio, prout in præſenti datur, quæ talis eſt: quia procurator partem gravare non poteſt, 11
cum tantum circa factum gerat, advocatus verò ſecus, cum circa factum, & jus gerat.

Quæ dicimus de advocato in 12
ſyndico univerſitatis alicujus procedunt, ſi pro illâ munùs advocationis exerceat, cum inter advocatum, & ſyndicum nulla in terminis præſentibus diverſitatis cõſiderari valeat ratio, immo contra ſyndicum inimicum fortiores urgent rationes; cum ſyndicus regulariter in rebus univerſitatis fortiorem obtineat poteſtatem,de cujus officio videndus eſt *Lozens de jure univerſitatis Pacheco in apolecta juris utriuſque verbo ſyndicus Caſteyon in alphabetico juris verbo Syndicus Manſius de procuratoribus tit.*5.*a n.*1. *uſq; ad n.* 90. *& nos tract.*3.*lib.*4.*cap.*3.*n.*107. 13

Infero ex dictis, quod Chriſtianus veteranus poteſt recuſare contra ſe habere advocatum chriſtianum novum: non ſolum quia chriſtianus novus advocatus eſſe non poteſt ſecundum jura noſtri regni, in quo ſtabilitum eſt, quod 14
nullus chriſtianus novus poſſit munera publica exercere *teſte Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*35.§.8.*cap.*3. *litera G.n.*110. *ibi Chriſtãos novos*

*não podem entrar nas eleiçõis da*
*camara, & a forma que ſe deve*
*guardar na materia, & como ſe*
*entende o regimento de El-Rey Phe*
*lipe folhas 9. & ſeſenta & duas,*
*& que pello meſmo modo naõ poſſaõ*
*ſer admittidos nas honras, ou luga-*
*res publicos, nem officios de gover-*
*nança publica, ou fazenda, carta*
*lib.9. folio 210. & ad Ord.lib.1.tit*
*1. tit. 24. in principio tit. 48. §.19.*
*& melius tit.96.§.3.gloſſ.4.n. 6.*

Et advocationis munus publi-
15 cum eſt, ut probatur *per tx. in l.*
*nemo Cod. de poſtulando Menochi-*
*us de arbitrarijs lib.2.caſu 369. nu.*
*1.Narbona ad leges regias lib.4.tit.*
*1.l.20.gloſſ.20.num.96.& 97.cum*
*multis Xamar de officio judicum,&*
*advocatorum 2.p.q.1.num.1. Lan-*
*dim de ſellario q.2.a n.47.* & appel
latione officialium venit advoca-
tus *ex Xamar, & Narbona locis*
16 *citatis*; & per advocationis exer-
citium nobilitas acquiritur, &
dignitas reportatur *ex l. laudabile*
*Cod.de advocatis diverſorum ibi*
*Barb.n.6.l. quisquis in fine Cod.*
*de poſtulando notant Landim ſupra*
*num.5. Xamar ſupra, & commu-*
*niter DD.ad titulum ff.& Cod.de*
17 *poſtulando*, & chriſtiani novi offi-
cium publicũ, & dignitatem in nõ
ſtro regno habere non poſſunt:
quia ſunt villes, humiles, & in
fames, ut Ieſu duce, late dicemus
*lib.4.cap.13.& 14.*

Sed etiam: quia omiſſa lege,
noſtra, quæ eos removet à mune-
ribus publicis ſuſpecti ſunt chriſ-
tianis veteranis, & ab illis recuſa-
ri poſſunt ut latè fusè què trade-
mus *d.l.cap.13.&* 14. tum quia ut
ſupra diximus, & probavimus ad- 18
vocatos ex inimicitia recuſari va-
let, & nulla gravior inimicitiã in
jure præſumitur eà, quam adver-
ſus chriſtianos veteranos habent
chriſtiani novi noſtri regni, ut *in*
*d.cap.13.& 14.* jure, ratione, &
authoritate fortiſſimè, ac validiſ-
ſimè probabimus: tum quia, ut
ſupra diximus, & provavimus in
advocato requiritur veritas, quæ
apud Chriſtianos novos noſtri reg
ni rariſſimè invenitur, ut etiam 19
probabimus *d.cap.13.& 14.* & ad
longum probat loquendo in ter-
minis de chriſtianis novis noſtri
regni religioſus, & doctus vir
*Martim Torrecilla tom. 2. de con-*
*ſultas apologias alegatos, quæſtio-*
*nes, y tractatos varios tract. 1. in-*
*titulato ſuſpiros triſtes ſolos-os a-*
*margos Ays chriſtianos, y clamoro-*
*ſos balidos del rebaño catholico Lu-*
*ſitano a ſu padre amantiſsimo, &*
*vigilantiſsimo paſtor Innocencio un*
*decimo a n.46. cum pluribus ſequen-*
*tibus, omnino videndus Sinus Adri*
*anus lib.9.cap.7. Vicentius da Co-*
*ſta in proœmio ad tractatum de per-*
*fidia judæorum, & cap. 13.* & no-
bis probat, aprobat què quotidi-
ana experientia, quæ nos docet,
quod chriſtiani novi noſtri regni 20
litteris operam dant, ut ſuà juriſ-
prudentia nos ſpolient, ſuà medi-
cinà nos interficient ſuà theologia
Sacramenta Eccleſiæ vel adulte-

rent,

rent, vel eorum ſacram vim per-
tinaces infringant. Negotijs ope-
ram dant, ut totum in ſe transfu-
ſum comertium noſtra nobis ven-
dant, & monopolia conſtituant,
chriſtianos veteranos gladio exe-
cutionis jugulent, eos que privent
ab utilitate comertij, pauperes
què reddant, & ut pecunia ſua ad
connubia, ac matrimonia vocent,
omnesque reddant maculatos, &
ſibi ſanguine perfidia ſocios faci-
ant, quibus omnibus ſi non obvi-
etur, ohquantas prævideo futuras
calamitates heuquantæ dolens ve
reor (Dij talem avertite peſtem:]
ne futurę diſcordiæ, tumultus, ſe-
ditiones, peſtes que id genus aliæ
21 tandem áliquando Luſitaniæ reg-
num ſint oppreſſuræ? Natio hæc
noſtrum ingreſſa eſt regnum ple-
na miſerijs, & paupertate, ut teſ-
tantur *Vicentius da Coſta in ſua
perfidia iudæorum cap.* 11. *&* 12.
*Damianus de Gois in chronica re-
gis D. Emmanuelis. Ioannes de Bar
ros decada prima cap.* 10. *Torreci-
lla ſupra n.*49. nuda bonis, & no-
bilitate: quia erant officiales me-
chanici, & viles, & pauperrimi,
ut teſtantur ſupra relati: hodiè,
pro dolor; divitijs abundat, nobi-
litate gaudet, publica munera
occupat, chriſtianos veteranos
parvi facit, potentes pecunia emit
pauperes divitijs ſuis devorat, o-
pes regni ad exteros transfundit,
omnia confundit, & prævertit.
Leges habemus, illos à muneri-
bus, & officijs publicis excluden-
tes, ſed legum executionem donis
ſuis, & muneribus defraudant, illis
què potentes ad ſuum favorem al-
liciunt, cæteraque faciunt, quæ
lugenda relinquimus: quia tanta
eſt hujus nationis hodie potentia,
& adeò potentes habent patronos
ut nec linguis, nec calamis libe-
rum ſit ejus damna referre, ac ex-
ponere.

Sciant verò veterani chriſtiani, 22
quod natio hæc modo ſupra dicto
regnum ingreſſa eſt noſtrum tem-
pore Ioannis ſecundi, à quo tem-
pore uſque ad præſens duo tantũ
ſecula ſunt præterita, & ſi natio
hæc ingrediens pauper, vilis, &
mechanica, ac minus numeroſa
in ſpatio ducentorum annorum
tantas divitias, & potentias ac-
quiſivit, ut jam hodie nobis gra-
vis ſit, & potens, quid ſperare po-
terimus lapſis pluribus annis, niſi
quod nos reducat ad illum miſe-
rum ſtatum, quo illa ingreſſa fuit
ſi antequam maiores capiat vires
ad priſtinum ſtatum illam non re-
ducamus medijs, de quibus egi- 23
mus in noſtro opere *de munere ju-
dicis orphanorum tract.* 2. *lib.* 6. *cap.*
7. *& tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 3. *& agi-
mus hoc tract. lib.* 4. *cap.* 13. *&* 14.
*& de quibus Vicentius à Coſta ſu-
pra cap. ultimo.*

A fortiori recuſari poſſunt a
chriſtianis veteranis advocati, qui 24
jam fuerint puniti ob crimen hæ-
reſis in Sancto officio, & in actibus
fidei cum epitogio, illo, inquam,
verecundo inſigni & pallido, &
rubro 25

rubro colore diſtincto, exierunt;
quia tales advocati eſſe non poſ-
ſunt: nam in fames ſunt de facto,
& de jure, ut tradunt *Barb. ad ord.*
*lib. 1. tit. 48. §. 25. n. 6.* Sed ò lugen-
da cæcitas noſtrorum Luſitano-
rum, qui etiam chriſtianos novos
punitos à Santo Officio; & eos,
qui a fide noſtra receſſerunt æſti-
mant, non obſtante, quod tam de
26 jure, quam de facto viles habiti
ſint, illis què permittunt, ut veſti-
bus ſericis utentur, & more nobi-
lium ſe gerant, & tanquam nobi-
les illos exiſtiment, cum illos tra-
ctare debuiſſent, ut ſervos, & ſer-
vis viliores, & humiliores: nam
ſervi captivi illis minus viliores,
& humiliores ſunt, teſte *Torreci-*
*lla tom. 2. de conſultas, ea pologias* 27
*tract. 1. per totum*, quem quæſu-
mus omnino videas, & quę trade-
mus *l. 4. cap. 13. & 14.* & quę tra-
didimus *de munere judicis Orpha-*
*norum tract. 1. de inventario lib. 1.*
*cap. 9. lib. 4. cap. 8. & 9. & tract. 2*
*de diviſionibus lib. 1. cap. 3. lib. 2.*
*cap. 1. lib. 5. cap. 19. lib. 6. cap. 7. &*
*tract. 3. de datione, & obligatione*
*tutorum, & curatorum lib. 5. cap. 3*
& nefandorum hominum arro-
gantiam omnibus modis oprimi
debere proclamat Imperator *in l.*
*unica Cod. de privatis carceribus*
*ibi nefandiſsimorum hominum ar-*
*rogantia modis omnibus oprimetur.*

# LIBER TERTIUS

## CAPUT PRIMUM.

Excommunicatus an judicem recuſare valeat.

### SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus non eſt capax ſtandi in judicio tanquam actor.*
2 *Recuſans ſtat in judicio tanquam actor.*
3 *Excommunicatus poteſt judicem recuſare.*
4 *Recuſatio eſt remedium jure naturæ introductum.*
5 *Non præſumitur Sedem Apoſtolicam recuſationem excommunicato denegare.*
6 *Quis ſit actor, vel reus in cauſa recuſationis controvertitur*
7 *Aliqui exiſtimant judicium recuſationis carere reo, & actore.*
8 *Et non poſſe dici judicium diſtinctum à cauſa principali.*
9 *Et recuſantem reum eſſe cenſendum.*
10 *Excommunicatus poteſt excipere, appellare, & omnem defenſionem facere.*
11 *Poteſt excipere de pacto de non petendo excommunicatus.*
12 *Alij opinantur judicium recuſationis eſſe ſeparatum a cauſa principali.*
13 *Recuſatio proponitur ſpeciali libello.*
14 *Probatio recuſationis ſit in diverſo, & peculiari proceſſu.*
15 *Cauſis recuſationis non admiſſis, judex ſuam proſequitur juriſdictionem.*
16 *Excommunicatus non recuſat voluntariè, ſed neceſſariò.*
17 *Reſuſatus eſt potiùs Reus, quã collitigans.*
18 *Parti judicis recuſati non licebat defenſionem ſuſcipere antiquitùs.*
19 *Pars poteſt ſe opponere, & defendere adverſus ſuſpicionem*

De judicibus,& officialibus, qui recuſari poterunt, vel non; præcedentibus in libris egimus, ſequitur videre à quibus recuſari poſſunt, & in quibus cauſis & inter eos, de quibus dubitatur, an poſſint judices, & officiales recuſarè;eſt unus excommunicatus?

Ratio dubitandi eſt, quia excom-
1 municatus non eſt capax ſtandi in judicio, tanquàm actor, *ex capit. exceptionem, cap. cum inter § fin. de exceptionib. cap. ſi vere de ſententia excõmunicationis cap. intelleximus de judicijs, cap. decernimus de ſententia excommunicationis in 6.*

Atqui recuſans ſtat in judicio
2 tanquàm actor, ex DD. quos referunt *Merenda lib. 22. controverſ. cap. 26. n. 5. Amato conſ. 27. per totum De luca in praxi judiciaria cap 19. n. 5.* ergo recuſare non poteſt.

Veritas tamen eſt in contrari-
3 um, ſcilicet, quod excommunicatus poteſt judicem recuſare, cum
4 recuſatio ſit remedium à jure naturę inductum, nec pręſumendũ Sedem Apoſtolicam excõmuni-
5 cato eam denegare *cap. Quoniam contra de probationibus, ubi gloſſ. cap. cum inter priorem de exceptionibus ubi Barb. nu. 6.* multis relatis nos docet excommunicatum poſſe judicem recuſare, & ita etiam tenet *Deluca ſupra n. 4. Petra ritu 263. n. 54.*

Ratio dubitandi in contrarium adducta nihil concludit, & ad ejus clariorem, & faciliorem ſolutio-
6 nem, ſciendum eſt gravem eſſe inter DD. quæſtionem, quis ſit actor, vel reus in cauſa recuſationis, in qua variæ ſunt opiniones.

7 Alij volunt judicium hoc, carere actore, & reo, & non poſſe di-
8 ci judicium diſtinctum à cauſa principali, dum nullam continet actionem, ſit que defenſionis ſpecies: unde recuſans non dicitur a-
ctor, dum etiam excõmunicatus 9
recuſat; & ideo eſſe potius reum recuſantem ſentit. *Merenda ſupra dicto n. 5. Amato ſupra conſ. 27.* & ſequuta hac ſententia, non ſtat ex-
cõmunicatus in judicio tanquàm 10
actor, ſed tanquàm reus, cui etiam excõmunicato conceditur excipere, appellare, & omnem defenſionem facere ex dicto *cap. cum inter*
*ſ. ibi cum infinitis Barb. n. 1. & 4.* 11
quare poteſt excipere de pacto de non petendo *Barb. n. 9. & 10.*

Altera eſt opinio, recuſationis; 12
judicium eſſe penitùs ſeparatum à principali cauſa, tanquam ſpeciali proponatur libello, ut notant D.
D. *ad tx. in l. apertiſsimi, l. ultima* 13
*Cod. de judicijs*: terminus enim in
hac impartitur, & probationes fi- 14
unt in diverſo, & peculiari proceſ- 15
ſu, & cauſis non admiſſis, judex ſuam proſequitur juriſdictionem, & decretũ recuſationis dicitur definitum, & hanc partem cũ multis tuetur *Reg. Rovitus deciſ. 81. n. 14.* & ſecundum hanc etiam ſententiam excõmunicatus nõ recuſat vo-
lũtarius, ſed neceſſarius cauſativè, 16
& coactus periculo, quod ſubeunt letigantes ſub ſuſpecto judice.

Media eſt opinio, ipſum recuſa 17
tũ eſſe reũ potius; quàm collitigã-
tem: quia antiquitùs nõ licebat par 18
ti judicis recuſati publicè, vel palam defenſionem ſuſcipere. Hoc namque augebat ſuſpicionem uti affectatam *ex l. obſervandum ff. de judicijs Gaſinus de defenſione reorũ* de-

*defēſ.11.cap.21.n.4. Reg. Rovitus in pracmatica 15.n. 20. de ſuſpicio-*
19 *nibus.* Vnde venit parti eſſe permiſſũ ſe opponere, & defendere adverſus ſuſpicionẽ *ex Ord.lib.3. tit. 21.§.24.ubi Barb.cum multis*, quia ambò, nempè judex recuſatus, & pars non recuſans poſſunt dici rei, nam parti grave eſt novum habere judicem *ex Deluca ſupra nu. 6.* Unde reus quoque dici poteſt.

## CAPUT II.

Univerſitas, communitas, capitulum, aut congregatio, an judicem recuſare poſſint.

## SUMMARIUM.

1 *Recuſatio oritur ex triplici cauſa.*

2 *Vniverſitas, ſeu quælibet congregatio non poteſt judicem recuſare ex capite inimicitiæ generice.*

3 *Vniverſitas eſt incapax Contrahendi inimicitiam in genere*

4 *Ex capite inimicitiæ ſpecificæ poteſt univerſitas recuſare.*

5 *Vniverſitas eſt pluriũ collectio.*

6 *Quod dicitur reſpectu unius de Vniverſitate, non ſubſequitur reſpectu alterius.*

7 *Vniverſitas, & ſinguli diſtinguntur inter ſe.*

8 *Licet Vniverſitas nequeat recuſare, attamen ſinguli poterunt.*

9 *Vniverſitas nomine ſingulorũ poteſt recuſare ex capite inimicitiæ cum maiori parte.*

10 *Maior pars Vniverſitatem repræſentat.*

11 *Factum à maiori parte, ab omnibus venſetur factum, & prævalet.*

12 *Valet argumentum de parte ad totum.*

13 *Vniverſitas non poteſt excommunicari.*

14 *Excommunicatio requirit peccatum.*

15 *Excommunicatio prolata contra Vniverſitatem eſt nulla.*

16 *Excommunicatio poteſt proferri contra ſingulos de Vniverſitate eorum nomina exprimendo.*

17 *Canonici poſſunt recuſare Vicarium ex capite inimicitiæ cum maiori parte.*

18 *Quando Vniverſitas egerit cauſam unius monachi, cui judex eſt ſuſpectus, poteſt illum recuſare.*

19 *Si omnes Vniverſitatis ſint inimici judicis, poſſunt illum recuſare.*

20 *Si judex fuerit inimicus communitatis ex cauſa tangẽte Vniverſum ordinem, poteſt illum recuſare.*

21 *Si Iudex voluit ingredi Collegium, ſeu monaſterium, & non fuit admiſſus, recuſari valet.*

22 *Idem ſi fuerit ejectus contra ſuam voluntatem.*

23 *Idem ſi recipit injuriam in perſona*

*ſona, vel damnum in bonis nomine Collegij, & promiſit ſe vindicare, vel maledixit.*

24 *Idem ſi litigaverit cum monaſterio, aut Vniverſitate.*

25 *Cauſa conſanguinitatis poteſt Vniverſitas judicem recuſare ex perſona monachi, de cujus intereſſe agit.*

26 *Omni caſu, quo Vniverſitas poteſt judicem recuſare ex perſona colligantis, ſimilitèr quælibet alia pars.*

EX multis cauſis recuſatio intentari poteſt ab Vniverſitate, capitulo, communitate, & congregatione, vel civitate, quæ ut diverſæ, reſolutiones etiam diverſas requirunt: quare ut ad propoſitam quæſtionem, ſine confuſione, & cum claritate reſpondere valeamus, per partes eſt reſolvenda.

Recuſatio vel opponitur ex
1 cauſa, quæ ortũ habet ab ipſo judice, vel opponitur ex cauſa quæ ortum habet ab ipſo recuſante, vel denique quæ ortum habet ab ipſo collitigante. His ſuppoſitis.

2 Sit concluſio Vniverſitas, Collegium, ſeu quæcunque alia hominum, aut mulierum congregatio, quocunque nomine dicta, ex capite inimicitiæ genericæ,
3 non poteſt judicem recuſare, quia eſt incapax in genere illam contrahendi, ſecùs vero ex capite inimicitiæ ſpecificæ, quia Vniverſitas
4 Collectio eſt plurium, plures ſub nomine univerſitatis comprehen- 5
duntur; deſtincta tamen ſunt inter
ſe, & univerſitas, & ſingula ſub 6
illa comprehenſa, & quod reſpectu unius dicitur, reſpectu alterius non ſubſequitur, *txt. in l. ſi municipes ff. quod cujuſcunque Vniverſitatis nomine ibi.*

*Hic enim pro republica, vel univerſitate intervenit, nõ pro ſingulis.*

Vbi juris conſultus diſtincti- 7
onem adhibet inter ſingulos, & univerſitatem, tanquam diſtincta
inter ſe. *Valenſuella conſ. 167. nu.* 8
*4. tom. 2.* igitur licet recuſandi judicem poteſtas univerſitati interdicta appareat, non ideo ſingulis in illa comprehenſis denegabitur, cum ſint diſtincta inter ſe, & ſeparatos intuitus obtineant.

Qua poteſtate conceſſa, ſequi- 9
tur per neceſſe, ut univerſitas nomine ſingulorum poſſit judicem, ex capite inimicitiæ, recuſare, ſi omnes, vel maior pars illorum inimicitiam cum judice ducat. Ra-
tio eſt; quia maior pars commu- 10
nitatis illam repræſentat, & fac-
tum à maiori parte in collegijs, 11
capitulis, & univerſitatibus prævalet, & habetur tanquam ſi ab ipſa univerſitate fuiſſet inventum, *ex l. quod maior pars ff. ad municipalem, l. nominationum Cod. de Decurionibus lib. 10. cap. omnes de conſtitutionibus, ibi cum multis Barb. num. 4. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiore parte capituli Fontanella de pactis nuptialibus tom. 2. clauſula 3 gloſſ. 3. n. 74. Maſtrillus de Magiſtratibus.*

*tratibus lib.5.cap.15.n. 15.& 39.*
*Coſta de facti ſcientia, & ignoran-*
*tia 3.p.cap.30.Ganaver. deciſ. 37.*
*numer.13.*

Et ſic ſicut poteſt ex perſona
unius monachi inimicum judi-
cem reſpectu litigantis monachi,
recuſare in cauſa ſingulari, inte-
reſſe illius tangente, eodem mo-
do poterit recuſare judicem quã-
do remanet inimicus omnium, vel
maioris partis, non fundando cau
ſam remotionis in abſtracto reſpe
ctu corporis collegij, ſed in con-
creto reſpectu ſingulorum: ar-
gumentum enim procedit de
12 parte ad totum, *ex l. quæ de toto ff.*
*de rei vindicatione.*

Demonſtratur hoc excommu-
13 nicationis exemplo, quæ in uni-
verſitatem, haud poteſt proferri,
*ex cap. Romana* §. *in univerſitate*
*de ſententia excommunicationis in*
*6. ibi latè Barb.* ex ea ratione, quia
14 cum excommunicatio requirat
peccatum, & inobedientiam; &
collegium ſit plurium collectio
& non poſſit Epiſcopo innoteſce-
re, qui fuerint culpabiles, vel in-
nocentes, indè contra univerſita-
tem in genere nequit excommu-
nicationis gladio procedere. *Hur-*
*tado de excommunicatione diſt.2.n.*
*7. Diana moralium p.5.tract.9.re-*
15 *ſolut.*38. adeo ut ſi excommunica-
tio proferatur contra univerſita-
tem, vel collegium, ſit ipſo jure
nulla, unus cum cunctis *Cortiada*
*deciſ.27.n.52.*

Fallit tamen ſi excommunica-
tio proferatur contra ſingulos uni
verſitatis, eorumque nomina ex-
primendo, quia culpabilitèr ha-
biti ſunt, quo caſu ſententia ex-
communicationis tenet, & incur-
ſi in illa declarati ligati jacebunt.
*Vgolinus de cenſuris lib. 1. cap. 26.*
*n.4. plures cumulat Cortiada ſupra*
*nu.53. ubi n. 55.* ſic tradit judica-
tum, quod etiam judicatum tra-
dit *Queſada Pilo controverſ. forẽſ.*
*cap.37. n. 51.* ergo ſimiliter licet
univerſitas ex capite inimicitiæ
genericè judicem recuſare non
valeat, tamen ex capite inimicitiæ
ſingulorum, benè poterit judicem
recuſare.

Comprobatur etiam omne ſu-
prà dictum ex deciſione, quam
tradit *Queſada Pilo ſupra nu.* 47.
in qua fuit declaratum recuſatio- 17
nem adductam in perſonam vica-
rij procedere ex capite inimicitiæ
verſantis inter canonicos, ſeu illo-
rum maiorem partem, & vicari-
um: nam licet univerſitas nequeat
ex capite inimicitiæ judicem re-
cuſare, ut jam diximus, & docet
multis relatis *Queſada Pilo dicto*
*n.*47. Fallit tamen quando ſtabe- 18
litur non in corpore univerſitatis,
ſed in perſona monachi, cujus ac-
tiones in judicio illa experitur,
quo caſu, prout procedit recuſa-
tio ex capite conſanguinitatis, &
inimicitiæ, procedere debet, cum
non detur diſparitas rationis inter
unum & alterum caſum, fas eſſe
monaſterio indiſtinctè ex perſo-
nâ religioſi judicem recuſare, tot

16

DD. & deciſiones habitæ docent, prout vidimus, & ſequitur *Mauricius de Appicella in additionibus ad titulum de ſuſpicione officialium n.*813. igitur ſi hæc recuſatio emanaret ex capite inimicitiæ, amplexanda eſſet, cum nec hi DD. hãc cauſam rejiciant, nec rejicere poſſint, fortiori pondere cauſa inimicitię, cauſa recuſandi adeſt, & alijs in jure expreſſis attribuitur facultas monaſterio recuſandi judicem ex perſona monachi: igitur
19 ex capite inimicitiæ; ſic quæ ſi cõtingeret omnes de univerſitate eſſe inimicos judicis, tum Collegium, ſeu communio ex perſona illarum utique poteſt recuſare.

20 Similiter ſi judex ſit inimicus communitatis collegij ſeu cujuſcunque alterius univerſitatis, ex cauſa tangente univerſum ordinem, poterit ipſum judicem communitatis, ſeu collegij nomine, recuſari, vel quia judex voluit
21 collegium; ſeu religionem ingre-
22 di, & non fuit admiſſus, vel jam admiſſus, fuit ejectus contra ſu-
23 am voluntatem, vel nomine collegij, ſeu ordinis recepit injuriam in perſona, vel damnum in bonis, quia tunc totius communitatis, ſeu ordinis inimicus cenſetur, & tanquam talis removeri poteſt; maximè accedẽte aliqua probatione, qua conſtet talem non eſſe affectum tali collegio, ſeu ordini, vel quia de eo malèdixit, vel quia
24 de eo conquæſtus fuit, vel a ſe vindictam ſumpturã eſſe aliquando affirmaverit, aut cum monaſterio, aut univerſitate, ſeu collegio litigaverit. *De luca in praxi judiciariâ cap.*19.*n.*16.

Pari paſſu reſpectu recuſationis reſolutio occurrit in conſan- 25
guinitate, vel affinitate, quę non ſolum à perſona particulari poterat opponi, ſed ab univerſitate, collegio, vel monaſterio ex perſona monachi, cujus nomine in judicio agit, vel excepit fundando remotionis fundamentum in perſona monachi, de cujus intereſſe monaſterium agit, pro ut ſic fuiſſe deciſum refert *Rozatus in prag. de ſuſpicion. officialium nu.*73. *ex authoritate gloſſæ in Authent. cauſa Cod. de Epiſcopali audientia. Navarr. in rubrica de ſuſpectis officialib. collect.* 1. *Thoro in ſupplemẽto verbo monaſterium, & in compẽdio tom.* 1. *verbo monaſterium.* Exẽplum affert *Aufre. in tit. de recuſationib. num.*8. in judice monachi litigantis, vel collitigantis conſanguineo *Giurba obſ.*68.*n.*9. *Marinis tom.*2.*reſolut.*114.*n.*1.

Hęc de recuſatione judicis fundanda ex parte univerſitatis recuſantis ſufficiant: quo ad recuſationem fundandam, ex parte colliti- gantis cum univerſitate, dicendũ 26
reſtat; ſed pro regula tene in caſu quòd univerſitas, ſeu collegium poteſt recuſare judicem, remotionem fundando in perſona collitigantis, ex omnibus illis caſibus, in quibus quælibet alia pars judicem recuſare poteſt.

CAPVT

## CAPUT. III.

Recuſatio ab uno appoſita, an, & quando alteri proſit.

### SUMMARIUM.

1 *Quando ſunt plures conſortes ejuſdem litis, & per unum judex dicitur ſuſpectus, cauſa dividitur, & per non ſuſpectum cognoſcitur.*
2 *Iudex recuſatus non poteſt judicare contra unum, & contra alium ſuperſedere in judicio individuo.*
3 *Iudicium concurſus creditorum eſt individuum.*
4 *Idem familiæ erciſcundæ, & finium regundorum.*
5 *Idem ubi agitur de eligendo unum, vel duos, aut tres.*
6 *Iudex recuſatus ab uno in cauſa connexa, de nihilo cognoſcere valet.*
7 *Recuſatio facta ab uno ex conſortibus, alijs prodeſt.*
8 *Beneficium impetratum ab uno ex conſortibus, aliis proficit.*
9 *Et dilatio uni conceſſa, cæteris communicatur.*
10 *Gratia conceſſa alicui, ut ſe liberet per procuratorem in criminali, prodeſt actori, ut accuſet etiam per procuratorem.*
11 *Convento uno ex reis debendi, interrumpitur præſcriptio etiam quo ad alios.*
12 *Conceſſa reſtitutione minori in cauſâ communi, conſortibus prodeſt.*
13 *Et hoc ſive dividua, ſive individua ſit.*
14 *Appellatione interpoſitâ à ſententia condemnatoria plurium cæteris prodeſt in cauſa communi.*
15 *Limita quando fuerint condemnati ob adminiſtrationem diviſam.*
16 *In cauſa dividua recuſatio cæteris conſortibus non prodeſt.*
17 *Reſtitutio conceſſa minori in cauſa dividua, conſortibus non prodeſt.*
18 *In cauſa communi, ſed dividua Laicus eſt retinendus, & clericus ad ſuum judicem eſt remittendus.*
19 *Idem in cauſa communi, ſed dividua, ſcholaris, & non ſcholaris.*
20 *Idem in familiari Sanctæ Inquiſitionis, & quolibet alio privilegiato.*
21 *Hæreditate non diviſà, poſſunt cohæredes uno, eodemque judicio conveniri.*
22 *Secùs verò hæreditate diviſà.*
23 *In re dividuâ, appellatio ab uno ex conſortibus facta, alijs non prodeſt.*
24 *Idem dicendum in reviſione.*
25 *Recuſatio facta ab uno ex conſortibus litis in re individuâ, cæteris prodeſt minimè verò ſi ſit dividua.*
26 *Explicatur quando cauſa dicatur dividua, vel individua.*

27 Con-

27 *Conventio dividua aliquandò ex voluntate contrahentium fit individua.*

28 *Referuntur Doctores explicantes, quæ res ſint dividuæ, & quæ individuæ.*

IN materia connexionis cauſæ, & concurſus, plurium litis
1 conſortium obſerva, quod quando ſunt plures conſortes ejuſdem litis, & per unum ex illis judex fuit pro ſuſpecto adductus, tunc cauſa dividitur; & tunc per judicem non ſuſpectum cauſa cujuslibet cognoſcitur. *Alexander conſi-*
2 *lio 74.n.6. Queſada Pilo cōtroverſ. forenſ.cap.9.n.*29. ubi dicūt, quod ſi unus ex litis conſortibus judicem recuſavit, judex non poterit contra unum judicare, & contra alium in cauſa individua ſuperſedere *ex l. non id circo ff. de judicijs* quando judicium eſt individuum, quod ſeparationem non recipit, veluti mixtum, & judicium concurſus creditorum, prout docet pleno calamo *Salgado p. 1. cap. 6. in laberinto Queſada Pilo ſupra n.*
3 30. ubi cum infinitis tenent concurſum creditorum eſſe indivi-
4 duum, vel judicium familiæ erciſ-
5 cundæ communi dividundo, & finium regundorum, aut ubi agitur de elegendo uno, vel duo, aut
6 tribus, ſeu pluribus ex alijs, in quibus omnibus ſi judex per unum ex litigantibus fuerit recuſatus, debet ſe abſtinere à cognitione totius cauſæ ratione connexionis, & individuitatis illius, ut judicatum tradit *Queſada Pilo ſupra nu. 37. & tradit cum multis Fenductus de præventione p.1.cap.15.n.1. & 2.* Sed vide *Xamar de officio judicis p.1.q.14.n.53.* ubi docet quādo recuſatio unius alteri proſit.

Multis probatur recuſationem 7
ab uno ex conſortibus judici factam, cæteris prodeſſe: & primo
probatur exemplo beneficij, quod 8
eo ipſo quod unus ex litigantibus petit beneficium, & illud obtinet, ſtatim conſortibus communicatur, *ex l. 1. Cod. de conſortibus ejuſdem litis Bartholus in l. unica Cod. ſi una eadem cauſa Trentacinco 1. variar. lib. 2. cap. de muner. reſol. 5. Maſtrillus deciſ. 42. à nu. 8. Surd. deciſ.* 301. *Gutierres practicar. lib. 1. q. 63. Queſada ſupra n. 33 Afflict. deciſ.* 110. & 213. *Fontanella deciſ. 111. n. 2. Ramon. conſ. 31 n. 3. Eſperello deciſ. 19. n. 21. 23. &*
29. Unde dilatio uni conceſſa, cæ- 9
teris fit communis, gratia alicui
conceſſa, ut in cauſa criminali per
procuratorem ſe liberare poſſit, 10
actori communicatur, ut per procuratorem accuſare valeat.

Secundo probatur exemplo u-
nius ex creditoribus credendi, qui 11
conveniendo unum ex pluribus reis debēdi interrumpit præſcriptorem quo ad alios correos debendi, & cęteris correis credendi, hāc interruptionem ſufficere probatur, *ex l. fin. Cod. de duobus reis Giurba ob. 74. n. 7. Montanus controverſ. 97. num. 5. Franciſcus de Paa-*

*Prato obſ.52.n.12. Capicius Latro*
*deciſ.79.n.5. Queſada dicto n.* 35.
Tertio probatur exemplo reſti-
12 tutionis in integrum conceſſę mi-
nori in cauſa communi, quę cęte-
ris conſortibus prodeſt. *Cancer.*
13 *2.variar.cap.1.Ferrer.obſ.* 480. *n.*
*3.ſivè cauſa ſit dividua, ſivè indi-*
*vidua Maſtrillus deciſ.42. Fonta-*
*nella deciſ.111.n.2. & 112.num.3*
*Ripol.var.cap.5. de dilationibus n.*
208.*Sperellus deciſ.19.n.* 35. *Que-*
*ſada Pilo dicto cap.9.n.* 37. *& nos*
*diximus de munere judicis orphano-*
*rum tract.1.lib.2.cap.12. & tract.*
*2.lib.6.cap.1.Ord.lib.3.tit.*80.§.3.
Quarto probatur exemplo ap-
14 pellationis, quę interpoſita ab una
eademque ſententia condemnato
ria plurium, prodeſt cęteris con-
demnatis in cauſa communi, prop
ter adminiſtrationem conjunctā,
ut probatur *ex Ord.lib.3.tit.* 80. *in*
*principio, ibi Barb. citans infinitos*
*n.1.2.& 3.l.1.cod.ſi unus ex pluri-*
*bus, ubi latè Barb. l. ſiquis ſepara-*
*tum §.ult.ff. de appellationibus cap*
*& qui appellat.* 2. *q.* 6. niſi con-
demnati eſſent ob adminiſtratio-
15 nem diviſam *Ord. in dicto princi-*
*pio & in dicto* §.1.

16 Quinto probatur quoad aliam
partem, nempè quòd recuſatio in
cauſa dividua ab uno ex conſorti-
bus litis judici intimata, cęteris nō
prodeſt: primò, quia beneficium
reſtitutionis in integrum in cauſa
17 dividua minori conceſſa alijs con-
ſortibus ejuſdem litis non prodeſt
*ex Ord. ſupra dicto* §.3. *Pereyra de*
*reviſionibus cap.87.n.7. ubi ferè om*
*nes de hac materia agentes cumula-*
*vit Cearlinus forenſ.lib.1. cap.* 58.
*n.* 11. *Aylon. ad Gomes* 2. *variar.*
*cap.14.num.* 11.

Deinde probatur: quia laicus, 18
& clericus litigātes in tribunali ſæ
culari in cauſa dividua, unus eſt
remitendus alius retinendus, *Gra-*
*mat.deciſ.21.n.9. Capicius deciſ.*
197.*n.7. Muſcatel in praxi Civili*
*p.2.n.4. Thoro in compendio p.1. li-*
*tera C. verbo clericus litigans Que-*
*ſada dicto cap.9.n.40.*

Rurſus ſi ſcholaris, & non ſcho
laris conveniantur, non ſcholaris 19
non habet privilegium fori prop-
ter ſcholarem, ut reſpondit *Bal-*
*dus volum.5.conſ.* 370. *Vrſillus ad*
*Afflictis deciſ.213.nu.9. Queſada*
*ſupra n.41. & nos de privilegijs fa*
*miliariū cap.18.*

Idem in familiari Sanctę Inqui
ſitionis, & non familiari, & in quo
cunque alio privilegiato, & non
privilegiato eſt aſſerendum: quia 20
inconveniens nullum ſequitur, ut
diverſi fori perſonæ per ſuos judi-
ces diſtinctæ cognoſcantur *Ton-*
*dentus de præventione tom.2.cap.*
*12.n.34. Queſada Pillo dicto cap.9*
*n.42. nos d.cap.18.*

Vlterius probatur: quia licet
dum hæreditas eſt indiviſa, poſ- 21
ſint cohęredes in uno, eodemque
judicio conveniri, *ut diximus de*
*munere judicis Orphanorum tract.*
*1.lib.2.cap.11.* propter connexio-
nē, & incōtinentiam cauſæ, fallit 22
tamen hoc, ſi hæreditas eſt diviſa,

quia eo ipſo quod bona jam pridem diviſerunt, unuſquiſque in ſuo foro eſt conveniendus, ſic *Afflictis deciſ.213.nu.4. & in conſtit. Regni n.22. rubrica de in integrum reſtitutione.*

Magis probatur exemplo ap-
23 pellationis interpoſitæ ab uno ex conſortibus ejuſdem litis, quæ in re dividua, alijs non prodeſt, *ex Ord.lib.3.tit.*80. per totum, & ex
24 DD. ſupra citatis, & exemplo reviſionis ab uno ex conſortibus ejuſdem litis petitæ, & uni conceſſæ, quæ etiam cæteris conſortibus ejuſdem litis non prodeſt, quando agitur de re dividua inter ipſos cõſortes, ſecus vero ſi agatur de re individua, ut docet *Mendes in praxi p.1.lib.3.cap.20.n.11. latiſſimè Pereyra de reviſionibus cap.*85. *per totũ & melius cap.* 87. *per totũ.*

25 A quibus ſatis probata manet cõcluſio in principio poſita, quod recuſatio facta ab uno ex conſortibus litis in re individua, alijs prodeſt, & minimè in re dividua, quę autem dicenda ſit cauſa dividua, vel individua ad effectum cognoſcendi, utrum recuſatio debeat alijs ejuſdem litis conſortibus prodeſſe, nec ne? Videnda ſunt, quæ diximus de *munere judicis Orphanorum tract.1.lib.2.cap.12. & lib.*
26 4.*cap.*14.*& tract.2.lib.3.cap.6.*& inſuper regula conſtituenda eſt, videlicet, quod individua, vel dividua dicitur cauſa ſecundum naturam rei de qua controvertitur; ita ut ſi res de qua controvertitur, inter litigantes dividua ſit, vel à natura, vel à lege, vel ab homine, dividua dicetur letigij cauſa, ſecus verò ſi individua ſit vel natura, vel lege, vel hominis diſpoſitione, res in letigium deducta *ex Ord. dicto tit.* 80. *in principio & in* §.3. quæ reſolutio communis eſt *ex Carolo Molin. in laberinto dividui, & individui* 2.*p.q.*1.*n.*251.*&* 258. *Larrea p.*1.*deciſ.*40.*n.* 231. *Aylon ad Gomes* 2.*variar.cap.*10.*num.* 3.

Aliquando conventio de dividua efficitur individua ex voluntate contrahentium; & ideo hujuſmodi cauſa circa conventionẽ individuam ex contrahentium voluntate, dicetur individua de qua vide *Larream ſupra, Gratian. forenſ.cap.*162.*n.*30. *Salgad. de Regia protectione p.*4.*cap.*14.*a n.* 105 *& in laberinto p.*1.*cap.*34.*n.*14. *Ciriacus controverſ.*535.*a n.*5. *Molin de primogenitis lib.*1.*cap.*21.*an.*28. 27

Denique, quæ res ſint dividuę, ſeu individuę, materia eſt, quæ lõgiſſimum poſtulabat ſermonem, utpotè nimis prolixa, & intricata, & penè à noſtro inſtituto aliena, id circo de illius quęſtionibus vide ſcribentes *in l.*2.§. *& harum l.* 4.§. *Cato l. ſtipulationes non dividuntur* 72.*l. in executione* 85.*ff. de verborum obligationibus Faber lib.* 3.*conjecturarum cap.*7.*& in rationali ad textũ in l. aviæ* 27.*ff. de ſervitutibus. Donellus lib.* 15.*coment. juris Civilis cap.* 6. *collegium Argenterenſe ad titulum ff. de ſervitutibus Molina de primogenitis lib.*2. 28

*cap.*21.

*cap.21. à n.26. Caſtilho de uſufructu cap. 31. Valaſc. de partitionib. cap.27. Cald. ad l. ſi curatorem, verbo adverſarij dolo à nu.25. Cod. de in integrum reſtitutione, Mantica de tacitis lib.14. tit.36. Gom.2. variar. cap. 10. & ibi Aylon, nos de munere judicis Orphanorum tract. 1. lib.2. cap.12. & lib.4. cap.14. & tract.2. lib.2. cap.6.7. & 8. & lib.3. cap.6. & lib.6. cap.13. & lib.7. cap 16. Vide quæ dicemus lib. 5. cap. 4. per totum.*

## CAPUT IV.

An; recuſans judicem valeat recuſationi judicatæ renuntiare, cæteris conſortibus invitis?

### SUMMARIUM.

1 *Appellatio, & recuſatio æquiparantur.*

2 *Appellans non poteſt renunciare appellationi receptæ in dãnum conſortium, & eis invitis.*

3 *Appellatio efficitur communis appellanti, & non appellanti.*

4 *Conſors non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis ſibi conceſſo, invitis cæteris.*

5 *Per petitionem privilegiati acquiritur jus litis conſortibus.*

6 *Renunciatio in præjudicium juris alteri acquiſiti, non tenet.*

7 *Reſtitutio minori conceſſa ad probandum, etiam prodeſt adverſario.*

8 *Appellans poteſt renunciare appellationi conſortibus non provocantibus invitis.*

9 *Quilibet poteſt renunciare juri futuro in præjudicium alterius.*

10 *Conſors non poteſt renunciare recuſationi judicatæ, invitis alijs conſortibus.*

11 *Per ſententiam acquiritur jus conſortibus litis.*

12 *Nemo ex facto alieno debet prægravari.*

13 *Conſors poteſt renunciare recuſationi interpoſitæ, ſed non judicatæ, invitis litis conſortibus.*

14 *Attento jure communi, conſors non poteſt renunciare appellationi, invitis cæteris.*

15 *Secùs verò de jure Regio.*

16 *Reviſio conceſſa conſorti litis, efficitur omnibus communis.*

17 *Supplicans poteſt renunciare reviſioni conceſſæ in præjudicium conſortium litis.*

18 *Ius nobis competens duplex eſt, præſens, & futurum, ſeu quæſitum, & quærendum.*

19 *Ius præſens eſt illud, quod iam nobis eſt perfectè quæſitum, ut eo uti poſſimus, & frui.*

20 *Ius quæſitum, appellatur jus indubitatum.*

21 *Ius futurum triplex eſt.*

22 *Ius delatum eſt illud, quod ex noſtra voluntate pendet in acquiſitione.*

 23 *Ius*

23 *Ius futurum ex cauſa de præſenti quærendum eſt illud, cujus ſpes eſt ut acquiratur ex cauſa præſenti.*

24 *Ius futurum ex cauſa de futuro eſt illud, quod nec re, nec ſpe competit, ſed ſolum ſperatur acquiri.*

25 *Vtilitas reſultans conſortibus ex recuſatione oppoſitâ, fundatur in jure de futuro.*

26 *Ius futurum eſt ſpes, & res falliſſima, & ſomnium vigilantis, & nihil.*

27 *Quæ de futuro ſunt, eſſe non dicuntur.*

28 *Ius de futuro non eſt in bonis.*

29 *Recuſatio facta a marito de lucris quærendis in præjudicium uxoris tenet.*

30 *Renunciatio juris futuri, aliquandò non prohibetur, prohibito alienare in fraudem creditorum.*

31 *Facilior eſt renunciatio juris futuri, ſeu quærendi, quàm juris præſentis, ſeu quæſiti.*

32 *Futuri juris, ſeu quærendi amiſſio, non continet læſionem.*

33 *Renunciatio unius non tollit quominùs cæteri conſortes poſſint ex ſuis perſonis recuſare.*

1 BRevitati conſulendo, reſpondendum videtur negativè, & probamus primo. Appellatio, & Recuſatio à pari procedũt, ut ſæpè diximus, & cum multis
2 docet *Barb. voto* 41 atqui appellãs per receptam appellationem non poteſt ei renuntiare in damnum conſortium, eis invitis: quia ap-
pellatio efficitur communis, tam 3
appellanti, quam conſortibus nõ appellantibus, *ex l. ampliorem, l. in offerendis Cod. de appellationibus, l. final Cod. quando provocare non eſt neceſſe. Giurba deciſ. 30. nu. 30. Pax in praxi tom. 1. p. 7. cap. unico n. 105. Scacia de appellationibus q. 14. n. 47. & q. 17. limitat. 21. n. 20. Salgado de Regia protectione p. 3. cap. 15. n. 1. Valenſuel. conſ. 49. nu. 10. Ciriac. contr. 183 nu. 4. Valaſc. conſ. 51. n. 24. Figueiroa de jure adhærendi cap. 31. n. 15. Ord. lib. 3. tit. 72. in principio:* ergo ſimiliter recuſans non poterit recuſationi judicatæ, cæteris invitis renuntiare.

Comprobatur proxima reſolu-
tio, & probatur ſecundo: quia poſt 4
conceſſum beneficium reſtitutionis in integrum uni ex cõſortibus ejuſdem litis, ita tale beneficium cæteris communicatur, ut renuntiari non poſſit ab eo, cui conceſſum fuit in præjudicium conſortium *Fontanella deciſ. 112. n. 6. Capicius Latro deciſ. 79. n. 11. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 9. nu. 50. & 51.*

Eſt ratio, quia per petitionem
prævilegiati, fuit jus jam quæſi- 5
tum conſortibus litis, quos conſequens tangit privilegium illius per communicationem, & ideo nõ poteſt in præjudicium illorum cedi beneficio, & privilegio illi cõceſſo; nam renuntiatio in odium
alterius, cui jam fuit jus obtentũ, 6
non

non tenet *Samfelicius deciſ.* 213.
*Damand.de renuntiationib.cap.*42
*Queſada dicto nu.* 51. *quibus adde*
*plures quos refert, & ſequitur Pe-*
*reyra de reviſionibus cap.*88. *a n.*1.

7 Hinc procedit, quod reſtitutio
minori ad probandum conceſſa
adverſario, utique prodeſt *ex l.pe-*
*nult.Cod.de temporibus in integrũ*
*reſtituendis, Caldas in l.ſi curato-*
*rem verbo adverſarij dico num.*22.
*Valaſc.conſ.*25.*Capicius deciſ.*170
*Fontanella p.*1.*deciſ.*112.*per totã*
*Pereyra de reviſionibus cap.*85.*n.*4

Sed his non obſtantibus, affir-
mativa ſententia videtur eſſe ſe-
8 quenda: tum quia recuſatio, &
appellatio à pari procedunt, ut ſæ-
pe diximus, & probat textus *in cap*
*poſtremo* 36.*de appellationibus*; at-
qui appellans, ſeu aggravans po-
teſt gravamini, ſeu appellationi
renuntiare, invitis conſortibus, &
adverſarijs non provocantibus, *ex*
*Ord.lib.*3.*tit.*72.§.1.*Caldas ſupra*
*n.*35. *Pereyra de reviſionib. cap.*91
*n.*7.*cap.*85.*n.*3.*cap.*86.*nu.* 3. ergo
ſimiliter recuſationi recuſari po-
teſt, invitis conſortibus, & ad-
9 verſarijs, quia renuntiatio juris fu
turi libera eſt unicuique, nullate-
nus conſiderato alterius præjudi-
cio *Pereyra cap.*88.*n.*18.

10 Pro conciliatione harum ſen-
tentiarum diſtinguendum eſſe pu
tamus inter caſum, quo recuſatio
ſit jam judicata, vel ejus reſolutio
adhuc pendeat: in primo caſu ne-
gativam partem veram judicamus
quia per ſententiam eſt jus quæſi-
tum, & radicatum in perſonis cõ-
ſortium ejuſdem litis, quod illis 11
invitis à recuſante auferri non po-
teſt, ex generali regula dictante
neminem deberi alterius facto per 12
gravari, nec jura ullius ex alieno
facto immutari, *ex l. ſi quis in ſuo*
§.*legis Cod.de inofficioſo teſtamento*
*cap.non debet de regulis juris in* 6.
*l. non ſatis* §.*fin.ff. quem admodum*
*ſervitus amittatur.*

Contrario in caſu affirmativam
partem tuemur: quia ut diximus, 13
licet attento jure communi appel
lans, appellationi renunciare non
poſſit in præjudicium conſortium 14
*ex l.fin.Cod.de appellationib. Cal-*
*das in l.ſi curatorem verbo adver-*
*ſarij dolo* 35.*Pereyra de reviſionib.*
*cap.*86.*n.*3.*Scacia de appellationib.*
*q.*17.*limitat.*2.*n.*95. *Figueiroa de* 15
*jure adhærendi appellationi alteri-*
*us cap.*31.33.& 35.*per tota*; tamẽ
de jure noſtri Regni, ut ſuprà pon
deravimus, recta & legitima eſt
prædicta renuntiatio.

Tum quia reviſio conceſſa ſit 16
communis tam ſupplicanti, quam
cæteris conſortibus ejuſdem litis,
ut fuſius tradit *Pereyra de reviſio-* 17
*nibus cap.*85.& ſupplicans poſt re-
viſionem conceſſam, poteſt ei re-
nuntiare in præjudicium cętero-
rum conſortium, ut prolixius do-
cet *Pereyra de reviſionibus cap.*88.
*per totum.*

Rationem ſi quæras præſto eſt,
quia omne jus, quod nobis com- 18
petit, duplex eſt, vel præſens, ac
perfectè quæſitum, vel futurum,

& quærendum *ex l. final. cod. de ad*
*quirenda poſſeſsione, ibi DD. l. ſer-*
*vus cod. de pactis Barthol. in l. 1.*
*cod. eodem*: præſens eſt illud, quod
19 de præſenti, ita quæſitum jam no-
bis eſt, ut eo uti, & frui poſſimus,
*ex l. 1. & ferè per totum tit. ff. de*
*adquirendo rerum dominio*, quod
jus indubitatum, certum, & jus
20 in re ſolet appellari.
21 Futurum verò triplex eſt: aliud
enim dicitur jus delatum, aliud
jus futurum ex cauſa de præſenti,
& aliud jus futurum ex cauſa de
futuro. Ius delatum illud dicitur,
22 cujus acquiſitio ex noſtra volun-
tate pendet, *ut in l. delata ff. de ver*
*borum ſignificatione, l. 1. §. decreta-*
*lis ff. de ſucceſſorio edicto Barthol. in*
*l. is poteſt ff. de acquirenda hæredi-*
*tate*, & dicitur jus futurum: quia
licet acceptari poſſit, tamen quæ-
ſitum non dum eſt, ſed quærendũ,
cum multa poſſint accidere, ex
quibus illud quis non capiat *§. il-*
*lud Inſt. de rerum diviſione ibi:*
*Quod multa accidere ſoleant, ut*
*eam non capias.*
Ius verò futurum ex cauſa ta-
23 men de præſenti quærendum, il-
lud, dicitur, quod licet de præ-
ſenti adquirere non poſſumus ſpes
tamen eſt, ut acquiri valeat, quæ
fundatur in aliqua cauſa de præ-
ſenti, veluti debitum in diem, vel
ſub conditione, quod dicitur cõ-
petere ſpe tantum, non re & ef-
24 fectu. Ius denique futurum ex cau
ſa de futuro, eſt illud, quod nec
re, nec ſpe competit, ſed ſolum
ſperatur acquiri, ſuperveniente
aliqua nova cauſa, veluti hæredi-
tas viventis, quæ quidem ſpes ſuc
ceſſionis nullam habet cauſam de
præſenti, de quo ſane loquuntur
DD. *in l. fin. Cod. de pactis Olea*
*deciſ. jurium tit. 3. q. 10. a n. 1. &*
*nos de munere judicis orph. tract. 2.*
*lib. 2. cap. 11. & 12.*
Sed ſic eſt, quod utilitas, quæ 25
reſultat conſortibus ex recuſatio-
ne oppoſita fundatur in jure de fu
turo ex cauſa de præſenti fundata
in perſona recuſantis, quod jus
futurum, ſeu ſpes fallaciſſima res di- 26
citur, & ſomnium vigilantis, ſe-
cundum *Tiraq. ad leges connubia-*
*les gloſſ. 2. a n. 32.* deſiderium ap-
pelatur ſecundum *Narbon. anna-*
*lium juris anno 7. q. 12. n. 14.* & ni-
hil nuncupatur *in l. neque emptio ff*
*de contrahenda emptione, ibi, ſine*
*re*, & quæ de futuro ſunt, eſſe non
dicuntur, *& in l. & quæ non dum*
*ff. de pignoribus.* Vnde jus de futu- 27
ro in bonis non eſt, *ex l. ſubſtitutio*
*ff. de acquirendo rerum dominio, ibi:* 28
*Subſtitutio, quæ non dum com-*
*petit, extra bona noſtra eſt.*
Cum pendeat ex futuro even-
tu ſententiæ, quæ incerta, & du-
bia eſt: ergo renuntiatio cæteris
invitis tenet, quemadmodum te-
net recuſatio facta à marito de lu- 29
cris quærendis in præjudicium u-
xoris, ut cum multis docet *Perey-*
*ra de reviſionibus cap. 88. n. 19.* re- 30
nuntiatio facta à debitore, cui pro
hibitum eſt alienare in fraudem
creditorum, cui juri futuro, &
querendo

querendo renuntiare non prohibetur, *in l. quod autem 6. in principio ff. quæ in fraudem creditorum.*

Aliud eſt lucra nolle accipere ex jure futuro, & quærendum, &
31 aliud alienare bona, vel amittere jura jam quæſita, *ex l. fin. Cod. de codicillis, l. ſcimus §. licentia Cod. de jure deliberandi*: ſiquidem facilima eſt juris quærendi, & futuri renuntiatio, quam præſentis, & acquiſiti ammiſſio, futurum namque facilius ſolvitur, *ex l. patre furioſo ff. de his, qui ſui, l. final Cod. de acquirenda poſſeſſione, cap. quemadmodum de jure jurando cum ſimilibus, & deficilius quæſitum Barb. axioma 135. per totum.* Quam obrem futuri, & quærendi juris am-
32 miſſio non continet læſionem, ex qua veneat reſtituendus minor ex *toto tit. ff. de minoribus Valenſ. conſ. 88. n. 24. Pereyra ſupra n. 24.*

33 Verumtamen eſt, quod renuntiatio non tollit, quin conſortes ex ſuis perſonis poſſint judicem recuſare, ſi adhuc res ſit integra, & ei conſenſum non præbuerunt, & adfuit legitima cauſa recuſationis.

## CAPUT. V.

Per recuſationem unius an, & quando alter maneat ipſo jure recuſatus?

### SUMMARIUM.

1 *Ex ſuſpicione Epiſcopi, manet ſuſpectus ipſius vicarius alias non ſuſpectus.*

2 *Idem dicendum in Vicario Epiſcopi electi, & confirmati, ſed non conſecrati.*

3 *Et in vicario capituli Sede Vacante.*

4 *Quod etiam procedit quandò Vicarius cognoſcit tanquam delegatus cum Epiſcopo.*

5 *Prout etiam quando eſt recuſatus, quia Epiſcopus eſt ſuſpectus.*

6 *Vicarius cognoſcens tanquàm delegatus à Papa, vel Epiſcopo, recuſari non poteſt, quia Epiſcopus eſt ſuſpectus.*

7 *Vicarius Epiſcopi nominatus per Papam, recuſari nequit, eò quod Epiſcopus ſit ſuſpectus.*

8 *Vicarius ſeorſim ab Epiſcopo habitans, poteſt recuſari, ſi Epiſcopus eſt ſuſpectus.*

9 *Exiſtente ſuſpecto Vicario, non remanet ſuſpectus Epiſcopus.*

10 *Recuſato vicario, poteſt Epiſcopus dare alium judicem.*

11 *Recuſato uno ex judicibus alicujus Oppidi, aut Civitatis, remanet etiam alius ſuſpectus*

12 *In Regno Aragoniæ Iudex recuſatus poteſt cognoſcere de ſuſpicionibus alterius conjudicis ſimul recuſati.*

13 *Inimicus tutoris poteſt eſſe judex in cauſa pupilli, nec recuſari valet ex hoc.*

14 *Pupillus non poteſt judicem recuſare propter inimicitiam tutoris, nec procurator ex inimi-*

*inimicitiâ propriâ.*

15 *Nec procurator ex inimicitia propria.*

16 *Nec clientulus ex inimicitiâ judicis cum procuratore.*

17 *Iudex non poteſt recuſari propter amicitiam, quam habet cum advocato adverſarij.*

18 *Iudex recuſari nequit, licet advocatus adverſarij ſit commenſalis, ſeu familiaris ipſius judicis.*

19 *Poteſt judex Recuſari, ſi fuerit litigans commenſalis, vel familiaris judicis.*

20 *Si ex pravitate advocati, & facilitate judicis poſſit præſumi ab eo flectendum à juſto, poteſt recuſari ex amicitia, & familiaritate.*

21 *Item ſi pro victoria cauſæ aliquid promittatur advocato judicis amiciſsimo.*

22 *Item ſi advocatus fuerit conſanguineus judicis intra quartum gradum.*

23 *Pater poteſt eſſe judex in causâ in qua filius eſt advocatus.*

24 *Prout etiam quando objectio falſitatis, inſtrumentis productis, facit intereſſe proprium procuratoris.*

DIximus in ſuperioribus capitibus, quando recuſatio ab uno intẽtata alteri proſit, cujus occaſione, venit inquirendum, quando recuſatio unius judicis, ſeu officialis alteri noceat: & primo eſt examinandum, an ex ſuſ-
picione Epiſcopi maneat ſuſpectus ipſius vicarius? & reſpõdemus
affirmativè, quamvis contra vicarium nulla adſit recuſatio, ſeu ſuſ- 1
picio *ex cap. inſinuante de officio delegati, ibi Barb. & de poteſtate Epiſcopi 3.p. alleg. 54. an 149. gloſſ. in cap. ſi contra unum de officio delegati in 6, ibi gloſſ. verbo Epiſcopi Barb & cæteri ordinarij Maranta de ordine judiciorum p.6, n.28.* quibus adde, quos citavimus *lib. 1. cap. 7. Fermoſinus in cap. ſi quis contra 4. de foro competenti q.13. per totam.*
Ampliatur primo hęc concluſio, ut procedat in vicario Epiſco- 2
pi electi, & confirmati, non dum conſecrati, & in vicario capituli,
Sede vacante, *Barb. dicta alleg. 54.* 3
*dicto n.149. Guterres lib.1. canonicarum cap.1. n.86. Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.4. num.7. & 8. Bobadilha in ſua politica lib. 1. cap.12. n.59. & plures alij apud Barb. ſupra, Fermoſinus ſupra.*
Ampliatur ſecundo ſivè ipſe
vicarius ſolum de cauſa cognoſ- 4
cat, tanquam vicarius, ſivè tanquam delegatus, inſimul cum Epiſcopo *Barb. cum multis dicto n. 149. Iacob Laurent. ſupra num. 11. Scacia de appellationibus q. 8. n.86 Fermoſinus ſupra.*
Ampliatur tertio: ut quando 5
ſuſpicio, ob quam vicarius eſt recuſatus, etiam Epiſcopum tangit pro ut quando vicarius eſt recuſatus, ex eo quod Epiſcopus habetur pro ſuſpecto, tunc ſuſpicionis cauſæ non ſunt examinandæ corã Epiſco-

Epiſcopo ; ſed Epiſcopus earum
cognitionem alteri committere
tenetur *Barb. ſupra num. 50. Iacob*
*Laurent. ſupra n. 6.*
6 Limitatur primo , in vicario
cauſam cognoſcente , non tan-
quam vicario , ſed tanquam dele-
gato à Papa , vel etiam ab Epiſco-
po, tunc enim non poterit recuſa-
ri , ex eo quod Epiſcopus ſuſpec-
tus ſit, *Barb. Cum multis ſupra nu.*
50. *Iacob. Laurent. ſupra num.* 11.
*Fermoſinus ſupra.*
Limitatur ſecundo, in vicario
7 Epiſcopi nominato per Papam,
vel alium ſuperiorem , quo caſu
non poterit ut ſuſpectus recuſari,
ex eo quod Epiſcopus ſit ſuſpec-
tus , ut cum multis *tradit Barb. di-*
*cto n. 50. Fermoſinus d. q. 13.*
Limitatur tertio in vicario ſe-
8 orſim ab Epiſcopo habitante , qui
tunc recuſari non poteſt , ex eo
quod Epiſcopus ſit ſuſpectus , ut
alijs relatis docet *Barb. dicto n. 50.*
quorum opinio nobis non placet,
quia deſtrueretur tali diſtinctione
DD. traditio , quod ex eo quod
Epiſcopus ; eſt ſuſpectus , manet
etiam ejus vicarius quia rarò ; aut
nunquam contigit vicarium ſimul
cum ipſo Epiſcopo habitare , &
quia ratio ob quam vicarius ma-
net ſuſpectus ex eo quod Epiſco-
pus eſt ſuſpectus , eſt dependen-
tia , & ſubordinatio vicarij erga
Epiſcopum, quę non ceſſat ceſſan-
te cohabitatione.
9 Secundo è converſo eſt inqui-
rendum, utrum exiſtente ſuſpecto
vicario Epiſcopi , ipſe Epiſcopus
maneat etiam ſuſpectus? Quam ne
gativè reſolvunt ferè omnes DD.
*de quibus Iacob. Laurent. ſupra*
*Barb. ſupra nu. 49. Vbi ex Scacia* 10
*ait*, quod ſi vicarius Epiſcopi recu
ſatur ut ſuſpectus, poterit Epiſco-
pus loco vicarij dare alium judi-
cem , quia ſuſpicio contra vicari-
um non militat contra Epiſco-
pum.
Tertio eſt inquirendum, an re-
cuſato uno ex judicibus ordinarijs 11
alicujus oppidi , aut civitatis , eo
ipſo maneat alter judex ejus ſoliùs
ſuſpectus , quam pro parte affir-
mativa reſolvit : *Ord. noſtra lib. 3.*
*tit.* 21. §. 19. ubi *Barb.* advertit, 12
quod in Regno Aragonię judex
recuſatus poteſt cognoſcere de
ſuſpicionibus alterius conjudicis
ſimul recuſati , & quod recuſato
Regio Ædili, non ideo alter manet
ſuſpectus, & nos jam diximus *Fra*
*goſo de regimine Reipublicæ 2. part.*
*lib. 5. diſp. 11. § 7. n. 242.*
Quarto inquirendum , an re-
cuſatio tutoris noceat judici quo-
ad cognitionem cauſæ pupil- 13
li ? Quam negativè reſolvimus.
Quia inimicus tutoris poteſt eſ-
ſe judex in cauſa pupilli , ut ple-
no calamo docet *Marinis lib. 2.*
*reſol.* 114. quem tutor prętextu
inimicitię propriæ , haud judi-
cem in cauſa ſui pupilli poterit
recuſare , nec ex alio capite il-
lum tangente : ratio , quia di-
verſum eſt intereſſe pupilli , ac
tutoris , diverſæ perſonæ , ac

 diſtin-

diſtincta jura, nec tale facinus de Iudice ſuſpicari fas eſt; licet quandoque iniqui judices reperiantur, per quos innocentium jura conculcantur proteruntur, & pervertuntur *cap. quoniam contra* 11. *de probationibus Berlinchius* 1. *p. deciſ.* 85. *num.* 1. tam perverſi animi, juſtitiæ vindicem reperiri, quod vellet pupillo abeſſe propter malam mentem in tutorem conceptam: iniquitas hujuſmodi Iudicem non decet, ne dum paraſitum, qua propter tutor inimicus Iudicis haud illum in cauſa pupilli poterit hoc prætextu a judicando removere, & eſt doctrina communiſſima, quam ſectantur poſt *Marin. ſupra* citatum *Queſada Pilo controverſ. juris capit.* 37. *numer.* 28. *Silva conſ.* 123. *Centuria* 1. *Apicella de ſuſpicionibus officialium numer.* 89. & 90. *Deluca obſ.* 692. *numer.* 4. & *in praxi judiciaria cap.* 19. *numer.* 16. *verſ. inimicus*, ubi docet *cum Petra ritu* 265. *numer.* 151. quod ſecùs eſſet ſi tutor litigaſſet contra alium pro intereſſe pupilli.

14 Ex eadem ratione non poterit pupillus judicem recuſare ex ini-
15 micitia tutoris, nec procurator
16 ex inimicitia propria, nec clientulus ex inimicitia judicis adverſus ſuum procuratorem: quia non eſt proprium intereſſe, & daretur occaſio, ut facto, & conſtituto procuratore inimico judex, ſeu tabellio removeretur, & ſic remotio maneret facilis.

Quinto inquirendum venit, 17
an ex amicitia advocati erga judicem non benè affectũ judex recuſari valeat; & negativè reſpondemus; non ſolum ex ratione, de qua ſuprà, ſed tum quia *Fontanella deciſ.* 15. *ſic ait num.* 3. *ego iſtos advocatos venditores fumi potius appello, quàm judices.* & poſtea, & *potius pœnis venditorum fumi, eos ſleterem, quàm judicis recuſationem admiterem. Petrus Gregorius* 3. *part. ſyntagmat. juris tom.* 2. *lib.* 49. *cap.* 3. *num.* 7. *inquit: at-* 18
*tamen advocator, vel procurator actoris, vel rei judicis comenſalis fuerit vel familiaris, non ideo judex ut ſuſpectus rejicitur. Scipio Rovitus ſuper pragmat.* 1. *de ſuſpicione officialium num.* 13. ait: *quid autem ſi advocatus non ſit conjunctus, ſed nimirum familiaris, & quandoque comenſalis judicis declarat Zalius in l. Prætor in fin. ff. de juriſdictione omnium judicũ*, ut non 19
poſſit recuſari, ſecùs ſi ipſa pars ſit familiaris. Et ultra hos ita docent *Farinacius in fragmentis* 2. *p. verbo judex n.* 886. *Maranta p.* 6. *act.* 2. *nu.* 47. *Menochius de arbitrarijs caſu* 458. *n.* 17. & *conſ.* 94. *nu.* 14. *Creſpo de valdaura obſ.* 9. *a nu.* 20. *cum ſequentib. Gratus conſ.* 234. *n.* 5 *lib.* 2. *Graſsis in tract. de effectibus inimicitiæ n.* 298. & *de exceptionibus exceptione* 24. *n.* 112.

Attemperanda eſt hæc ſenten- 20
tia quãdo ex pravitate advocati, & facilitate judicis præſumi poſſet ab

ab eo flectendum à rationis tramite, *ex Farinacio dicto num.* 856. *Creſpo ſuprà n.*28.

21 At, temperāda etiam nobis videtur *cum Ramon. conſ.*33.*num.*13 *Creſpo ſupra num.*21. quando aliquid advocato fuerit in caſu victoriæ promiſſum, & advocatus judicis ſtrictiſſimus amicus ſit.

Nobis etiam videtur attemperanda, quando advocatus partis
22 adverſæ eſſet conſanguineus judicis intra quartum gradum, *cum Creſpo ſuprà num.* 29. *Graſſis dicta excep.* 24. *num.* 112. *Quanvis Gratian. forenſ. cap.* 10. *numer.* 23.
23 *&* 24. affirmet poſſe patrem eſſe judicem in cauſa, in qua filius eſt advocatus, niſi conſtaret judicem ideo parti favere, quod idem docet *Ieſſe deciſ.*415.*nu.*4. *tom.*4. ſed de hoc latè *lib.* 4. *capit.* 9. *illatione* 6.

24 Ultimo temperanda venit; quando objectio falſitatis, inſtrumentis productis, faciat procuratoris intereſſe, nomine proprio prout facere poteſt, ex juris conſulto *Paulo in l. procuratore 6. ff. de conditione indebiti, & ex Pomponio in l. ſi indebitum* 16. *ff. rem ratam haberi, & ex Ulpiano in l.* 3. §. 1. *ff. quod quis juris, de quo videndi ſunt Creſpo ſupra a n.* 36. *uſque ad n.* 47. *Farinacius de falſitate q.*159. *numer.* 22. *Paulus de Caſtro in dicta l.*3.§.1 *nu.* 5. *Ramon. conſ.*105.*num.*10. *Bajardum ad clarum* §. *falſum n.* 128.

## CAPUT VI.

Prælatus, an poſſit recuſari à ſubdito.

### SUMMARIUM.

1 *Prælatus non poteſt recuſari, quando procedit extrajudicialitèr, juxta regulam ſuam, vel jus.*
2 *Prælatus poteſt recuſari, quando procedit judicialitèr juxta ſuam regulam vel jus.*
3 *Abbas non poteſt recuſari in proceſſu regulari.*
4 *Secus in judiciali.*
5 *A correctione prælativa non admittitur appellatio.*
6 *A correctione judiciali poteſt appellari.*
7 *Si credatur ſuperiorem ob nimiam paſſionem exceſſurum modum, poterit recuſari.*
8 *Epiſcopus, vel ejus viſitator circa mores recuſari non poteſt ſi terminus viſitationis non exceſſerit.*
9 *Nec etiam in præparatoria inquiſitione, probatione, vel allegatione id reſpiciente.*
10 *Secùs ſi ante viſitationem, Epiſcopus, vel quilibet alius viſitator fuerat jam judicatus ſuſpectus.*
11 *Idem dicendum, ſi ob paſſionem timeatur juſtè, modum exceſſurum.*
12 *Prout etiam quando fuit minatus ſe vindicaturum in viſitatione, vel ſuos.*

13 *Ita ſimilitèr quandò inſtantèr petijt favorem, aut mutuam pecuniam, & non obtinuit.*

14 *Vel quando eſt partialis ſuorum adverſariorum.*

15 *Ad recuſationem non requiritur actu periculum vexationis ſed ſufficit juſtus timor.*

16 *Vel modum excedat compillando proceſſum.*

17 *A correctione prælativà non admittitur appellatio.*

18 *Recuſatio, & appellatio æquiparantur, & ubi una non datur, nec alia.*

1 FAcilis eſt hujus quæſtionis reſolutio, facta differentia inter caſum, quo ſuperior procedit extrajudicialiter ſecũdum ſuã regulam, regimen, vel conſtitutionem, & inter caſum, quo procedit judicialiter ſecundum jus, regulam, regimen, conſtitutionem, aut jus commune: in primo caſu recuſatio non procedit, in ſe-
2 cundo maximè *Fluvius Pacianus de probationibus lib.2.cap.45. num.* 100. *ubi tradit.* Abbatem non poſ-
3 ſe recuſari à monacho in proceſſu regulari, ſecus in judiciali: nam
4 ſicut in primo caſu à correctione prælativa non poteſt appellari, ut
5 diximus *lib.*1. *cap.* 18. ita nec etiam recuſatio tenet è contrario ſicut in ſecundo caſu appellatio re-
6 ctè interponitur, ita & recuſatio. *Pacianus dicto n.*100. *Ioannes Andreas in cap. cum ſpeciali de appellationib. verbo regulares nu.* 18. *ibi Barb.n.*16. niſi ſuperior valdè ſuſpectus crederetur, exceſſuruſque 7
ob paſſionem modum correctionis, poſſet recuſari; ſicut in hoc caſu poteſt ab eo appellari *Barb. dicto n.*16. *Hoſtienſis in dicto cap. n.*14. *Abbas n.*3. *quos refert, & ſequitur Sanches in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6. *cap.*8. *nu.* 111. *Fr. Thomas à Ieſu de viſitatione regularium tract.*3. *cap.*17. *a n.*12. *Sanches lib.*6. *conſ.*3. *cap.*8. *dubitat.* 3.

Patet ex dictis reſolutio illius quæſtionis, Vtrum Epiſcopus, vel 8
alius viſitator, nomine Epiſcopi, ſeu loco Epiſcopi in viſitatione circa mores, recuſari poſſit; in qua communis eſt DD. traditio, non poſſe Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dum tamen in ea proceſſum non compleat, & ſe intra viſitationis terminos contineat, ſicut etiam in 9
præparatoria Inquiſitione nõ poſſe ut ſuſpectum recuſari, neque probatione, vel allegatione ſuſpicionis impediri, quominus pæna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat, viſitatos afficiat; aſſerit deciſum *Garcia de beneficiis p.* 3. *cap.*2. *n.* 198. *Salgado de protectione Regia* 2. *p. cap.*15. *n.*63. *Mend. in praxi Luſitana* 2. *p. lib.*2. *cap.* 3. *num.* 35. *Barb. ad Conc. Trident. ſeſſ.*24. *de reformatione cap.* 10. *nu.* 11. *& in votis, deciſivis lib.*1. *voto* 4. *n.*103. *& de poteſtate Epiſcopi* 1. *p. alleg.*73. *n.*38. *& in Collectaneo apoſtolicarum deciſionum collec-*

*taneq*

*taneo 691. verbo ſuſpectus*, in qui-
bus locis infinitos propè citat, &
inter eos *Thom. Vaas alleg. 70. per
totam*, quibus adde, quos refert,
& ſequitur *Queſada Pilo contro-
verſ. forenſ. cap. 28. nu.* 34. *Ioannes
Baptiſta ventrigl. de juriſdictione
Archiepiſcopi cap. 121. n. 9. &* 10.
*Torrecilla tom. 1. de conſultas tract*
10. *conſ. 3. Fermoſinus ad tx. in cap.
ſiquis 4. de foro competenti q.* 33.

10 Niſi Epiſcopus, ſeu quicunque
alius viſitator, vel ſecularis, vel
regularis ante viſitationem fuerat
jam judicatus ſuſpectus *Barb. ad
Conc. loco ſupra citato n. 11. Armẽd
in additione ad recopillationem le-
gum Navarræ lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2.*
11 *n. 7. &* 8. vel niſi viſitator ob paſ-
12 ſionem veròſimiliter timeretur
modum exceſſurus, vel quia mi-
natus ſit ſe in viſitatione vendica-
13 turum vel ſe, vel ſuos, vel quia a
14 viſitando favorem inſtantèr peti-
tum reportare non potuit, aut mu
15 tuam pecuniam petitam non ac-
cepit, vel quia viſitandus eſt par-
tialis ſuorum adverſariorum: quia
ad recuſationem non requiritur
actu periculum vexationis, ſed ti-
mor juſtus, ut ſæpe diximus, &
dicemus, Deo auxiliante *Torre-
cilla tom. 2. tract. 10. conſ. 4. per to-
tam.*

Seu modum excedat, *ut docet
Armẽda ſupra allegatus n. 8. Barb.*
16 *ad Conc. dicto cap. 10. nu. 11. & de
poteſtate Epiſcopi 3. p. alleg. 73. nu.*
38. *Mend. ſupra n.* 35. prout exce-
dit quando procedit copillato
proceſſu, ut tradunt *Barb. dicto n.*
38. *Mend. dicto nu. 35. Salgado de
protectione regia 2. p. cap. 15. n. 63.
Fermoſinus d. q.* 33.

Ratio cur neque ſubditus regu
laris poteſt recuſare ſuum ſuperi-
orem regularem, neque ſubditus
ſecularis poteſt recuſare ſuum ſu-
periorem eccleſiaſticum, viſitan-
tes, & corrigentes circa mores,
quando modum correctionis non
excedunt, eſt quia à correctione
prẹlativa nõ datur appellatio quo
ad ſuſpenſivum, ut innumeris re- 17
latis docet *Barb. ad Conc. ſeſſ. 24.
de reformatione cap. 10. n. 1. & de
poteſtate Epiſcopi alleg. 73. n. 32.* &
recuſatio, & appellatio apari pro- 18
cedunt, & ubi non datur appel-
latio, non datur recuſatio, ut do-
cet cum alijs *Barb. in votis deciſi-
vis lib. 1. voto 4. nu. 98. & nos jam
multoties diximus.*

Cur autem recuſatio procedat,
quando Prælatus excedit modum
in viſitatione, clara eſt ratio, quia
tunc ſicut datur appellatio ſuſpen
ſiva, ut docet *Barb. ad Conc. dicto
cap. 10. n. 10. & 11. & dicta alleg.
73. n. 32. cum infinitis ibi relatis, &*
ita recuſatio. *Vide quæ dicemus cap
16. hoc lib.*

## CAPUT VII.

### Vtrum Iudex, qui procedit ad Inquiſitionem recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Inquiſitio formata per judicem*

ſuſpectum eſt declaranda nulla.

2 Teſtes examinati per examinatorem, vel recepti per notarium ſuſpectos, fidem non faciunt.

3 Controvertitur, an judici ſuſpecto procedenti ex inquiſitione poſsit apponi recuſatio.

4 Aliqui dicunt, quòd non poteſt recuſari, ſi procedit per inquiſitionem generalem, ſecùs ſi per ſpecialem.

5 Diſtinctio rejicitur, & indiſtinctè aſſeritur ab alijs minimè recuſari poſſe.

6 Ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

7 Argumentum ab abſurdo vitando eſt validum.

8 Referuntur abſurda, quæ ſequuntur, ſi judex procedens ex inquiſitione generali, vel ſpeciali recuſari valeat.

9 Incapax, & incompetens judex poteſt recipere teſtes ratione utilitatis, & neceſsitatis publicæ.

10 Iudex Laicus eſt incapax reſpectu eccleſiaſticorum, ſed poteſt recipere, licèt non inquirere ſpecialitèr teſtes contra illos.

11 Nemo poteſt eſſe judex in cauſa conſanguineorum ſuorum intra quartum gradum.

12 Iudex generalitèr, vel ſpecialitèr inquirens, tenetur recipere teſtes deponentes contra conſanguineos.

13 Sed non tenetur, ſi deponant contra aſcendentem, vel deſcendentem, aut fratrem, excepto crimine læſæ Maieſtatis.

14 Maritus non tenetur recipere teſtes contra uxorem.

15 Scholares, & familiares Sanctæ Inquiſitionis habent judices ita privatos, quòd cæteri omnes ſunt incompetentes.

16 Quilibet judex poteſt recipere querelas, & teſtes contra Scolaſticos, & familiares Sanctæ Inquiſitionis.

17 Sed non poteſt eos pronunciare, immò debet eos remittere ad judices competentes.

18 Iudices ſunt incompetentes equitibus Ordinum Militarium in cauſis criminalibus.

19 Iudices inquirentes poſſunt recipere teſtes adverſus equites

20 Et poſſunt eos capere inflagranti delicto, & in cauſis gravibus, & ſcandaloſis.

21 Prout etiam quandò datur periculum fugæ.

22 Debet tamen judex remittere equitem ſuis expenſis, & cũ culpis ad judicem competentem, eo etiam non petente.

23 Iudex competens non repetit teſtes receptos per judicem incõpetentem ex officio in inquiſitionẽ generali.

24 Equites trium Ordinum, non gaudent privilegijs, niſi habeant commendam, aut panem Civilem quindecim mille regalium.

25 Nec

25 *Nec ſufficit habere commendam ſeu panem Civilem, niſi ſint in poſſeſſione exigendi.*

26 *Iudex incompetens poteſt cognoſcere uſque ad conteſtationem, quandò actio eſt peritura, ut perpetuetur.*

27 *Inquirens generalitèr, vel ſpecialitèr inquirit ad corrigendos mores ſubditorum, & in ea non admittitur recuſatio.*

28 *Inquiſitio generalis, vel ſpecialis non eſt actus judicialis, ſed extrajudicialis.*

29 *Recuſatio non admittitur in actibus extrajudicialibus.*

30 *Iudex inquirens generalitèr, vel ſpecialitèr recuſari non poteſt.*

31 *Iudex judicatus ſuſpectus, poteſt, & tenetur recipere teſtes contra eum, cui eſt ſuſpectus procedendo per Inquiſitionem.*

32 *Idem dicendum in Scriba.*

33 *Limita in inquiſitione ſpeciali formanda contra perſonam certam ex reſcripto Principis.*

34 *Nemo cogitur litigare coram judice ſuſpecto in cauſa Civili, vel criminali.*

35 *Controvertitur an judex averbatus, ſeu recuſatus jam, poſſit pronunciare inquiſitiones, & querelas, & capere.*

36 *Summarium factum à judice ſuſpecto eſt nullum.*

37 *Captura facta virtute ſummarij judicis ſuſpecti eſt relaxanda.*

38 *Dicta teſtium receptorum à judice ſuſpecto, ſunt repetenda, & antiqua coram ipſis concremanda.*

39 *Qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens.*

40 *Iudex incompetens, & recuſatus æquiparantur.*

41 *Iudex incompetens, & incapax poſſunt procedere ad capturam.*

42 *De rigore juris judex averbatus, vel recuſatus poteſt pronunciare inquiſitiones, & querelas, & capere quando eſt periculum in morâ.*

43 *Vel agitur de criminibus gravibus.*

44 *Si non datur periculum in mora conſultius eſt non capere, ſed referre Principi per Senatum Palatinum omne, ut committat non ſuſpecto.*

45 *Admonitio judici, nè abutatur poteſtate inquirendi generalitèr, vel ſpecialitèr.*

46 *Quid ſit homo.*

47 *Iudex inquirens generalitèr, vel ſpecialitèr de aliquo crimine non debet recipere teſtem qui ſine citatione ſe offert.*

48 *Iudex tenetur repellere teſtem ſe offerentem tamquam ſuſpectum, ſed hoc in criminali.*

49 *Teſtis, qui ſe offert abſque citatione in cauſa criminali, præſumitur inimicus, & non probat.*

In-

1 INquiſitionem formatam per judicem ſuſpectum, eſſe nullam declarandam tradit judicatum *Phæbus 1. p. deciſ. 77. à num. 1. concurrentibus ex Ord. lib. 3. tit. 88. Pereyra in promptuario juris verbo inquiſitio nu. 830. Leitam de jure Luſitano tract. 3. q. 8. per totam*, & teſtes examinatos per exa-
2 minatorem ſuſpectum, vel receptos per notorium ſuſpectum, nullam fidem facere; probat *Orb. lib. 3 tit. 61. §. 1.* ubi non ſolum annullat inquiſitiones receptas per notarium inimicum, ſed reſolvit, quòd tales inquiſitiones concremantur *l. 1. §. prætereà ff. de quæſtionibus Phæb. ſupra n. 4. & 5.*

Sed an judici procedenti per inquiſitionem, recuſatio apponi
3 poſſit, gravis eſt dificultas, pro quâ dirimenda aliqui putant faciendam eſſe differentiam inter
4 caſum, quo judex procedit per inquiſitionem generalem; & inter caſum, quo procedit per inquiſitionem ſpecialem, ita ut in primo caſu verum ſit dicere recuſationem minime intentari poſſe; aut verò in ſecundo rectè procedere recuſationem. Diverſitatis ratio ea aſſignari poteſt; quia inquirens generaliter non inquirit ad puniendum, ſed ad inveniendos delinquentes *Peg. ad Ord. lib. 1. titul. 65. §. 31 gloſſ. 34. n. 3.* & inquirit nulla præcedente infamia *Peg. ſupra n. 4.* & ideo cum adverſus neminem ſpecialiter inquirat, à nemine recuſari poteſt. At verò inquirens ſpecialiter, inquirit præcedente infamia ad puniendum contra ſpecialem perſonam, & ob certum delictum; ideoque recuſatio tenet, & ita colligitur ex mente *Gabrielis Pereyra deciſ. 80. n. fin. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 65. §. 3. numer. 106.*

Sed adverſus hanc diſtinctionem fortiter inſurgit *Leitam de jure Luſitano tract. 3. q. 8.* 5 aſſerendo judici inquirenti ſive generaliter, ſive ſpecialiter, recuſationem minime nocere, immò poſſe, ea non obſtante, recipere teſtes, & debere: & probat primò, quia cum *Ord. lib. 1. tit. 65. § 31. & 39.* ſerio ac fuſius agens de inquiſitionibus formandis nunquam declaraſſet judicem ſic inquirentem, poſſe recuſare, & ſuſpectum teſtes recipere non poſſe, nec nos hoc declarare debemus: quia ſi 6 lex ſic voluiſſet, expreſſiſſet, & quod lex non expreſſit, nos exprimere non debemus, ex *l. unica §. ſin autem cod. de caducis tolendis l. ſervus §. Prætor ait ff. de acquirenda hæreditate cap. ad audientiam 2 de decimis cap. 2. de tranſactionibus cum aliis adductis à Barb. axioma 136. n. 5.*

Secundò probatur, quia certiſſimum eſt in jure noſtro valere 7 argumentum ab abſurdo vitando ex *l. nam abſurdum ff. de bonis libertorum l. ſcire oportet §. aliud ff. de accuſationib. l. ſive hæreditas in fin. ff. de negotiis geſtis cap. quemadmodù de jurejurando, cap. cum ſatis ſit abſur-*

*abſurdum de officio Archidiaconi
cap. ex ære de prævilegijs cum mille
alijs juribus, & DD. quos adducit
Barb. in locis communibus loco 2. n.*
1. atqui ſi judex inquirens ſivè
generaliter, ſive ſpecialiter poſſit
recuſari, vel ſuſpectus non poſſet
8 recipere teſtes, ſequerentur ſe-
quentia abſurda, quæ conſiderat
*Leitam n. 3.* nempè, quod ille, à
quo judex fuerit recuſatus, vel cui
judex fuerit ſuſpectus, maneret
immunis ab inquiſitione, & à pę-
na delicti, & nempè quod detege-
retur ſecretum juſtitiæ: ſiquidem
ad electionem alterius judicis pro
cederetur, quę electio erit facien-
da de conſenſu partium, *ex Ord.
lib. 3. tit. 21. §. 19. & tit. 24. §. 1.* &
nempè quod electus non poſſet
inquirere, quia ad generaliter in-
quirendum juriſdictionem non ha
bet, & ad ſpecialiter inquiren-
dum teſtes tantum, qui coram ju-
dice vel recuſando, vel recuſato
deponere volebant inquirere pote
rit, quod eſt abſurdum: ergo ad ob
ſurda hujuſmodi vitanda, recuſa-
ri non valet, nec recuſatio ei no-
cet ſivè generalitèr, ſivè particu-
laritèr inquirat.
9 Tertio probat, quia rationę u-
tilitatis, & neceſſitatis publicæ,
judex non ſolum incompetens,
ſed incapax poteſt recipere teſtes
contra eum, cujus reſpectu eſt
incompetens, ſeu incapax, ut ſup
ponit *Ord. lib. 2. titul. 1. §. 24. &
probat Ord. lib. 5. titul. 88. §. 16. la-
tè Peg. omnino videndus in dicto §.
24. Pereyra deciſ. 58. num. 1. The-
mudo 2. p. deciſ. 199. nu. fin. Valaſc.
conſult. 48. num. 10. Thome Vaas
alleg. 19. a n. 10. & 21. a numer. 35.
Phæb. 2. p. areſto 100. Ribeyro rel-
latione 3. à n. 81. Bayo in prax. eccle-
ſiaſtica Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 24. n.
34. ubi multos citat.*
Unde fluit, quod licet judex 10
laicus ſit incapax reſpectu eccle-
ſiaſticorum, nihilominus inqui-
rens, poteſt recipere teſtes depo-
nentes contra eccleſiaſticos, dum
modo contra eos ſpecialiter non
inquirat *Ord. lib. 1. tit. 24. §. 34. ibi
Peg. a n. 1. ubi n. 14. ſic tradit. judi-
catum Leitam de jure Luſitano tr.
3. q. 8. n. 20. & 21.*
Dimanat etiam, quod quamvis
nullus poſſit eſſe judex in cauſa 11
conſanguineorum ſuorum intra
quartum gradum, *ex Ord. lib. 3.
tit. 24. in principio*, tamen inqui-
rens vel generalitèr, vel ſpeciali-
tèr teſtes deponentes contra illos, 12
non tantum recipere poteſt, ſed
tenetur, dummodo non ſit deſ-
cendens, vel aſcendens, frater, 13
aut ſoror, niſi in crimine læſæ
majeſtatis *Leitam dicta q. 8. a n.* 14 14
*uſque ad 19. ubi n. 15.* ait maritũ nõ
teneri recipere teſtes cõtra uxorẽ.
Venit etiam, quod licet ſchola 15
res, familiareſque Sanctæ Inquiſi-
tionis habeant ſuos judices ita pri
vativos, ut cæteri omnes ſint in-
competentes, quo ad illos caſus,
in quibus ſuis gaudent privilegijs,
ut quo ad ſcholares deciſum ex-
tat *in §. 12. reformationis juſtitiæ,*

M *ubi*

ubi latè Thome Vaas, & in ſtatutis univerſitatis lib.2. tit. 1. Molina de juſtitia & jure tract. 5. diſp. 29. ubi loquitur de conſervatoribus utriuſque univerſitatis Conimbricenſis, & Eborenſis Barb. ad Ord. lib.3. titul.12.§. 6. & quo ad familiares, officiales que Sanctæ Inquiſitionis probatur ex tenore ipſorum privilegiorum, & ex §. 11. reformationis juſtitiæ, ibi Thom. Vaas Barb. ad Ord. lib.2. tit 3. n.2. Gratian. forenſ. cap. 240. n. 34. & 35. Curia Philipica 3. part. §. 1. numer. 15. Simanchas de Catholicis tit. 41. num. 19. & nos latè de privilegijs familiariũ, officialiũ que Sanctæ Inquiſitionis lib. unic. ferè per totũ & maximè cap. 12.

16 Nihilominus poſſunt judices ordinarij, cæterique judices, qui habent juriſdictionem inquirendi & recipiendi quærellas poſſunt recipere teſtes, & querellas contra ſcholaſticos, & familiares, dummodo eos non pronuncient, ſed ad judices competentes remittant
17 ut quo ad ſcholaſticos tradit Leitam de jure Luſitano tract. 3. q. 8. nu.27. & 28. & quo ad familiares officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ut diximus dicto lib. unico cap. 12. qui judices iterum non debent teſtes de novo examinare, ut probat Leitam ſupra n.29.

18 Denique venit, quod licet judices ſint incompetentes ratione æquitum trium ordinum militariũ noſtri Regni quo ad crimina, & proceſſum criminale ex Ord. lib.1 tit.12.§.1. ibi Barb. & pleno Calamo Peg. Themudo deciſ.101.nu.20. Mend. in praxi 1.p. lib.2. cap.1.§.4 n.12. Pereyra dec.58. Thome Vaas ad 7. reformationis juſtitiæ nu. 60. Coſta in ſtilis domus ſupplicationis annotatione 7. nu. 22. & aſſent. 9. Valaſc. conſ.14. n.8. 118. nu.26. & 27. & conſ.130. n.3. Barb. de poteſtate Epiſcopi alleg.12. n. ult. & omnes alij de quibus in dicto §.1. n.9. ubi ferè tres paginas conſumpſit in referendo DD. qui noſtram tenent, ac defendunt reſolutionem quibus adde, quos citavimus de privilegijs familiarium, officialiũque Sanctę Inquiſitionis lib. unico cap. 12. & tamen adverſus eos poſſunt judices inquirentes recipere 19
teſtes, & quærellas, ut docet Peg. in dicto tit.12. §.1. & eos capere in flagranti, & recenti delicto, & in 20
caſibus gravibus, & ſcandaloſis, & ubi datur periculum fugę. Peg. in 21
dicto §.1. n.7. dummodo expenſis equitũ cũ culpis ad judicem equi- 22
tũ, etiã illis nõ petẽtibus remittãt Peg. dicto n.7. qui judex equitũ teſtes receptos per judicem in cõpe 23
tentem, ex officio, non repetit quãdo fuerunt receptæ in inquiſitione generali, ut docet Peg. ad Ord. lib.1. tit.1. §.24. n.6. & tit.12. §.1. n.13. ergo idem dicendũ eſt de ſuſpecto, vel recuſando, quod dicitur de incompetenti, ſeu incapaci.

Adverte hic equites triũ ordinũ non gaudere privilegijs talibus e- 24
quitibus conceſſis, niſi habeant commendam, aut panem civilem, ad-

ad minus quindecim millium regalium *ex Ord.lib.2.tit.12.§.2.ibi*
25 *Barb.& latiſsimè Peg. ubi cum multis* tradit, quod non ſufficit habere comendam, ſeu panem civilem, *vulgo tenſa*, niſi ſint in poſſeſſione exigendi, de quare *Phæbus deciſ.82.& 85.Themudo deciſ. 54.n.227.Pereyra deciſ.58. Reinoſ obſ. 2. ubi ejus additionator Brito de locat.3.p. cap.2.n. 57. Barb. de poteſtate Epiſcopi alleg.12.num.45.* & ſępiſſimè judicatum tradit *Pegas ad Ord.lib.1.tit.9.§.12.n.463 464.528.& 529.& 530.563.564 618.620.635.693.731. 775.& 707.*

26 Quarto probat, quia judex aliàs excluſus à lege neceſſitatis cauſa, ne ſcilicet tempore actio pereat, cognoſcit uſque ad conteſtationem, ut perpetuetur actio *ex l. ſenatus Conſulto ff. de officio præſidis gloſſ. verbo ſecum habet in l. qui juriſdictioni ff. de juriſdictione omnium judicum*: ergo ſic ſimiliter in propoſito dicendum eſſe concludit *n.3.*

27 Quinto probari poteſt eadem ſententia, ex eo, quia inquirens, ſivè generalitèr, ſivè ſpecialitèr, agit, & inquirit ad corrigendos mores ſubditorum; ſed in viſitatione, & correctione morum non admittitur recuſatio, ex dictis in cap.antecedenti ergo ſimiliter.

28 Sexto probari poteſt: quia inquiſitio ſivè generalis, ſivè ſpecialis non eſt actus judicialis, ſed extrajudicialis, ut per ſe eſt notum; atqui recuſatio, non admittitur in actibus extrajudiciali- 29
bus, *ut docet Barb.in votis deciſivis lib. 1. voto 4. num.* 103. Ergo judici inquirenti, ſivè generalitèr, ſivè ſpecialitèr, recuſatio opponi non poteſt.

Propter hęc fundamenta con- 30
cludit *Leitam dicta quæſtione* 8. *per totam*, non ſolum recuſari non poſſe judicem inquirentem, ſivè generalitèr, ſivè ſpecialitèr, ſed
etiam judicem jam pro ſuſpecto 31
judicatum, poſſe, & teneri recipere teſtes contra eum, cujus reſpectu pro ſuſpecto eſt judicatus; & idem tradit, de ſcriba.

Nobis diu deliberantibus, & ri 32
mantibus fundamenta prędicta cum alijs; quæ in oppoſitum conſiderari poſſunt viſum eſt veram eſſe ſententiam, de qua *Leitam dicta quæſtione* 8. tam in inquiſitione generali, quam ſpeciali, cui judices ex officio, vel ex petitione partium inſiſtere debent, propter fũdamenta ſuprâ conſiderata, quibus facilem, & concludentem ſolutionem nemo præſtabit.

Sed eundem Leitam eſſe decla 33
randum, putamus; ut non intelligatur de inquiſitione ſpeciali, formanda contra certam & determinatam perſonam, vel certas & determinatas perſonas, non ex officio judicis, & legis miniſterio, ſed ex Principis reſcripto, ſeu juſſione, quia ceſſant abſurda cõſiderata in ſecundo fundamento, & militant, quæ conſideravimus

*lib.2.cap.9.& per totum* hunc tra-
34 ctatum autumantes neminem cogendum eſſe ſub ſuſpecto judice litigare, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ut cum multis docet *Barb. in cap. qualiter, & quando de acuſationibus n.* 19.

35 Potior nobis eſt difficultas, an in caſibus, in quibus non obſtante recuſatione, vel jam judicata, vel tantum intimata, ſeu averbata poteſt judex inquirendo recipere teſtes contrà eum, cujus reſpectu eſt judicatus ſuſpectus, vel de ſuſpecto allegatus, poſſit pronunciare inquiſitiones, & quærellas, procedere que ad capturam: nam pro parte negativa ſequentia ſeſe offerunt fundamenta. Primo, quia inquiſitio, ſeu ſummarium ex quærella factum
36 à judice ſuſpecto, ſeu de ſuſpecto allegato, eſt ipſo jure nullum, ut docent DD. allegati in hoc capite
37 in principio, & captura virtute talis inquiſitionis, ſeu ſummarij, eſt relaxanda, ut contra *Phœbum 1.p.deciſ.77.docet Leitam dicta q. 8.n.*11. ergo pronunciatio, & captura tanquam ocioſa ſine juris ef-
38 fectu, non eſt facienda. Secundo, quia dicta teſtium ſunt repetenda à judice nõ ſuſpecto, & corã ipſis ſua dicta ſunt concremanda, ut verum deponere poſſint, abſque periculo, & timore primi juramenti, ut contra *Phœbum ſuprà docet Leitam dicto n.*11. ergo ex illis ad capturam non eſt proceden dum maximè cum carcer tanta, & tam irreparabilia damna ſecum trahat, quanta conſideravimus *de munere judicis orphanorum tract.*1 *lib.*4.*cap.*11.

Pro affirmativa ſtat primo, quod ſi judex poteſt, & tenetur, non obſtante recuſatione inquirere tam generaliter, quam ſpecialiter, ac recipere quærellas, & facere ſummarium, poterit etiam pronunciare, procedere que ad capturam; quia non eſt deneganda ſequella neceſſaria, cui conce- 39
ditur antecedens, ex regula *tx. in l.*1.*§.*1.*ff. ſi uſus fructus petatur l.*3 *§.qui habet ff. de ſervitutibus prædiorum ruſticorum*, quam alijs juribus, & DD. exornat *Barb. axioma* 30. *per totum.* Secundo ſtat, 40
quod judex recuſatus, & judex incompetens à pari procedunt; ſed judex incompetens ad puniendum, poteſt procedere ad capturam, & etiam judex incapax, 41
ut ſuprà diximus: ergo etiam recuſatus, vel recuſandus poſſet procedere ad pronunciationem, & ad capturam.

Nos autem in bivio poſiti, quæſtionem noſtram à nobis noviter propoſitam, ſolvimus, dicendo, 42
quod in rigore juris ſecunda vera 43
eſt, & omnino ſequenda, ubi daretur periculum in mora, vel age- 44
retur de criminibus gravibus, rectius tamen, & ſecurius erit, quòd judex, ubi non agitur de gravibus criminibus, nec datur periculum in mora, ſuperſedeat in pronunciatione, & captura reorum, quibus eſt

eſt ſuſpectus judicatus, vel recuſatus, & referat Principi per ſenatum Palatinum ſe eſſe ſuſpectum judicatum, vel de tali intimatum & informationem, quæ ex dictis teſtium inquiſitionis, ſeu ſummarij contra illos reſultat, ad hoc ut Princeps poſſit examen talium teſtium, non ſuſpecto committere.

Hac poteſtate inquirendi ſivè
45 generaliter, ſivè ſpecialitèr, & recipiendi teſtes adverſus eos, quorum reſpectu eſt ſuſpectus, non debent abuti judices, prout ſæpe abutuntur adverſus inimicos ſuos, vel eos, qui ſibi affectos adulatores, & datores non agnoſcunt; ſed væ talibus judicibus? quia non ſolum finito officio, in ſindicatu ob malam adminiſtrationem à Principe puniendi ſunt, ſed quòd eſt magis timendum, & tremendum, finito officio, una cum vita Deum optimum, & maximum judicem peſſimi regiminis habebunt. Hujus præcepti Gliondus voluit, ut Dido recordaretur, ne Tyriorum ferocitate ſuperbiens, ac Imperij magnitudine freta aliquid injuſtũ perpetraret. Hinc illud.

*Si genus humanum, & mortalia ſpernitis arma.*

*At ſperare Deos memores fandi, atque nefandi.*

Hujus etiam documenti ne Philippus Macedo unquam obliviſceretur ex Aulicis uni puero injunxit ut ſuum cubiculum manè ingreſſus inſtantiſſimè clamaret: *Memento Phillippe, quòd homo eſt.* Quæ verba quid aliud ſignarè volunt, niſi memẽto Philippe, quod non ſemper imperabis. Illud enim nomen (homo) eſt nomen plenum fragilitatis, & ejus index miſeriæ quam plurimam patitur in humana natura mortalitas.

Sic nihil aliud eſſe hominem 46
[atteſtatus eſt Ariſtoteles] quàm imbecilitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunę luſum, inconſtantię imaginem, invidiæ, ac calamitatis trutinam, reliqua vero pituitam, bilemque. Et Simonides pauſaniam in convivio admonet, ut meminiſſet ſe eſſe hominem, ſub eo nomine comprehendit omnium ærumnarum, omnium malorum appellationes, & omnium morborum genera, quæ nobis agminatim miſerabilis naturę conditio comparavit.

Saluberrimum igitur erit, judicem recordari ſe eſſe pulverem, & in pulverem revertendum, & quòd non ſemper imperabit, ut ſuæ ſortis memor, ediſcat non facere alteri, quod ſibi factum non optaret, & de quo ſibi à Deo ratio non exigeretur. Sed quia hoc non cogitamus, partes contra juſtitiam offendimus, Deum lædimus, & periculo ęternæ perditionis voluntarij, ac imprudentes nos exponimus, quod Deus avertat. videatur *Fontanella deciſ. 5. nu. 20.*

Quotidianum unum, & fre- 47
quens dubium hic omittere noluimus, nempè judices inquirentes, ſive generalitèr, ſivè ſpecialiter de

aliquo crimine, ſeu de alicujus moribus, aut uita non poſſe recipere in teſtem illum, qui abſque
48 citatione ſe in teſtem offert; immò teneri talem tanquam ſuſpectum à teſtimonio repellere, ut cum infinitis docet *Barb.ad textũ in cap. cum* 10.*de acuſationibus n.* 3. *Buccaron. de differentia inter judicia civilia & criminalia, differentia* 98.*a n.*2. quia inimicus præſumitur teſtis abſque citatione, offe-
49 rens ſe teſtimonio in cauſa criminali, & tanquam ſuſpectus non probat nec omnes ab eo alegati *Barb.ſupra Çardozo in praxi verbo teſtis n.*52. *Maſcard. de probationib.concl.*1311.*n.*44. & 1358.*a n.*63.& 1368. *a nu.* 4. *Barboſa in cap.6.de teſtibus Caſtejon verbo teſtis numer.*29.

## CAPUT VIII.

Iudex an recuſari poſſit, tam à Reo; quam ab Actore?

### SUMMARIUM.

1 *Iudex poteſt recuſari tam a reo quam ab Actore.*
2 *Vbi datur eadem ratio, datur eadem juris diſpoſitio.*

1 ABſque dubio procedit reſolutio affirmativa quia tam periculoſum eſt Reo, quam Actori ſub judice ſuſpecto litigare, & tam in reo, quam in actore militat eadem recuſationis ratio, ac per conſequens eadem juris diſpo-
ſitio, ex regula *tx. in l. illud* 32. *ff. ad legem Aquiliam l. poſtulaverit* 2
*§.2.ff. ad legem Iuliam de adulterijs l.quidam nummularios ff.de Edendo cap.*1.*de temporibus Ord.lib.*6.*cum alijs juribus, & DD.Barb. axioma* 197.*n*,2.& *ita in terminis docet Barb.in l.apertiſsimi Cod. de judicijs nu.*19. *Farinacius in fragmentis litera I. n.* 688. *Hiltropio in proceſsu judiciario* 2.*part. titul.*13. *per totum.*

## CAPUT IX.

Recuſatio, an intentari poſſit tam in criminalibus, quam in civilibus cauſis.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſatio poteſt tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis intentari.*
2 *Aliqui putant in criminalibus cauſis nõ probari ſuſpicionem coram arbitris, ſed Principe, ſive Ordinarius, ſivè delegatus ſit judex.*
3 *Alij exiſtimant in criminalibus judici Ordinario non dari ad junctum, ſed in totum removeri.*
4 *Iudice Ordinario procedente ex officio, recurritur ſed Arbitros in materia recuſationis.*
5 *In delegato vero ex delegatione procedente, ſi in delegatione non eſt proviſum, recurri poteſt*

*teſt ad Principem, vel arbitros.*

S Imiliter ratione dubitandi
1 caret reſolutio affirmativa ex
his, quæ *Barb.in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus num.* 9. ſivè
procedatur per acuſationem, ſivè
per inquiſitionem officio judicis
Ignocentius *in dicto cap. n. 6. Baldus n.3.&* 4.*Clarus* §.*fin.q.43. in principio, ibi Bajardus n.* 18.qui te-
2 net in criminalibus cauſam ſuſpicionis non probari coram Arbitris, ſed Principe, auditis partibus, & cauſis pro parte reorũ expoſitis, ſi ei juſtę videbuntur, removere judicem, ſive ordinarius, ſivè delegatus ſit *Tuſcus verbo ſuſpicio concluſ.967.n.10. Iacob Laurent.de judice ſuſpecto cap.5.n.* 12. ubi probare conatur in criminali-
3 bus ex juſta cauſa judici ordinario non dati adjunctum, ſed in totum removeri *Farinac. in fragmentis verbo judex n.687.*

4 Doctrina, quæ nobis generaliter non placet, quatenus aſſerit indiſtinctè cauſam ſuſpicionis in criminalibus non probari coram
5 arbitris; ſiquidem putamus faciendam eſſe diſtinctionem inter judicem ordinarium & delegatum; ita ut in judice ordinario ex officio procedenti ad arbitros ſit recurrendum, in delegato criminaliter procedenti forma delegationis eſt inſpicienda, & ſi in ea non ſit caſus recuſationis proviſus ad Principem, vel ad arbitros recurri poteſt, ut *diximus lib.1.cap.* 10.

## CAPUT. X.

In criminibus notorijs, an judex recuſari valeat?

## SUMMARIUM.

1 *Iudex non poteſt recuſari in criminibus notorijs, quæ habent pœnam determinatam in jure.*

2 *Limita quando non eſt determinata.*

3 *Prout etiam quandò agitur de notorio facti tranſeuntis.*

4 *Ita ſimiliter in civilibus limita.*

5 *Atque etiam quando pœna venit imponenda, ratione proprij intereſſe.*

6 *In notorijs non admittitur ſuſpicio, quia ceſſat ratio.*

IN notorijs criminibus, quæ 1
certam, & determinatam habent in jure pœnam; non poſſe judicem recuſari, tenet *Barb.ad Ord lib.3.tit.*21.§.5.*Farinacius in praxi criminali q.21.n.*129. *latè Gaſinus de defenſione reorum defenſ.1. cap.19.n.84. & n.99. Lancellotus de attentatis p.1.cap.6.nu.* 24. *Gomes 3.variar.cap.1.nu.* 46. *Iulius clarus q.43.verſ. unum tamen Aylon ad Gomes ſuprà n.* 46. *Fermoſinus ad cap.* 4. *de foro competenti q.* 10.*per totam.*

Aſſertio hæc primo limitatur, 2
quando pœna pro tali delicto notorio

torio non fuiſſet determinata *Gomes Aylon, Gaſinus, & cæteri omnes, de quibus ſuprà.* Secundo quã-
3 do agitur de notorio facti tranſeuntis, *Gomes, & Aylon ſuprà Gaſinus ſupra* 85. *Barb. ad tx. in cap. cum ſpeciali* 61. *de appellationibus nu.* 11. quia ſecundum prædictos concluſio intelligenda eſt in notorio facti perſiſtentis. Tertio ut nõ
4 habeat locum in civilibus, ſed tantum in criminalibus, juxta allegatos, quibus adde *Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 24. *n.* 5. *& ejus filius Barb in l. unica Cod. ne quis in ſua cauſa*
5 *num.* 11. ubi cum alijs limitat quãdo pęna ratione proprij intereſſe veniat imponenda *Conciolus alleg* 52. *a n.* 2. *cum ſequentibus*, ubi latè
6 quid ſit notorium & quo modo probari debeat: ratio cur in notorijs non cadat recuſatio, eſt quia ceſſat ſuſpicio, ut ait *Barb. dicto n.* 11. *in dicta lege unica, & alter Barb. in lege ſi de vi ff. de judicijs n.* 143. *de qua re lib.* 4. *cap.* 8. ubi quid ſit notorium, ſed tu etiam in notorijs recuſationem admitte: quia ſuſpecti judicis non eſt judicare, quid ſit notorium.

## CAPUT XI.

An tertius comparens pro ſuo intereſſe, judicem recuſare poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe poteſt recuſare judicem.*

2 *Intellige ſive veniat ad excludendum actorem, aut reum, vel utrumque.*

3 *Prout etiam quando venit ad elidendum præjudicium, quod ſibi parari poteſt ex ſententiâ.*

4 *Debet tamen ſaltem apparentèr docere de ſuo intereſſe.*

5 *Iudex recuſari non poteſt ab eo, qui non eſt pars in causâ.*

RECUſari poſſe judicem per tertium comparentem pro 1
ſuo intereſſe, docent *Thome Vaas alleg.* 96. *n.* 72. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n.* 900. *Apicella in tutamine pauperum tit. de recuſationibus officialium n.* 138. *argumento tx. in cap. cum ſuper* 23. *de officio, & poteſtate judicis delegati. Gaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 19. *n.* 30. *Maſcard. de probationib. concluſ.* 953. *n.* 4. *Frãch. in cap poſtremo de appellationibus nu.* 20.
ſivè veniat tanquam oppoſitor ad 2
excludendum tam reum, quam actorem; ſivè veniat tanquam aſſiſtens actori, ſivè reo, ſivè veniat tanquam tertius ad elidẽdum præjudicium, quod ex ſententia ſibi
parari poteſt, ſivè veniat laudatus 3
ab reo ob ſupervenientem evictionem.

Dummodò de ſuo intereſſe, aut præjudicio prius ſaltem apparentèr doceat: quia via fraudibus nõ eſt

eſt aperienda, ut jura noſtra decernunt *in l. in fundo ff. de rei vendicatione l. cum* 11. §. *ſi cum lis ff. de tranſactionibus cum aliјs adductis à Barb. axioma* 102. *num.* 2. & ſi tertio liceret ſine eo, quod prius de ſuo intereſſe, vel præjudicio doceat judicem recuſare facile quis tertio uteretur ad removendum ſuo arbitrio judicem; quod etiam evitandum eſt, & ita optimo jure deciſum tradit *Cabedo* 1. *part. areſto* 25. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio numer.* 1841. judicem recuſari non poſſe ab eo, qui non eſt pars in cauſa, in qua judicem recuſare intendit *noſtram Ordinationem.*

## CAPUT XII.

An ad recuſationem ſit neceſſarium quod detur lis, ſeu cauſa de præſenti, an ſufficiat, quòd detur de futuro.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſatio non poteſt opponi, niſi in cauſa, ſeu lite pendente.*

2 *Recuſatio, ut ſit valida, debet dirigi ad certam cauſam, & perſonam.*

3 *De jure communi poteſt recuſari judex reſpectu litium futurarum.*

1 Ordinatio noſtra *libr.* 3. *tit.* 21. §. 3. diſpoſuit, quod recuſatio opponi non poſſit, niſi in cauſa ſeu lite pendente, & ibi tradit *Barb.* ratio hujus ordinationis eſt odium recuſationis ob præſumptam calumniam recuſantium, & ne recuſatio ſit vaga, debet dirigi ad certam cauſam; ſicut debet dirigi ad certam perſonam, aliàs ut vaga & generalis non valet, ex his, quæ optimè 2
tradit *Avendanho de exequendo mandato cap.* 13. *num.* 13. *verſ. tertium & verſ. ex hoc caſtej. in verbo recuſatio num.* 12. *Bobadilh. libr.* 2. *cap.* 21. *num.* 158. ubi quando dicatur vaga.

Noſtrã Ordinationẽ à jure cõmuni deviare quod hoc cenſemus; ſiquidem de jure communi 3
videtur poſſe judicem recuſari reſpectu futurarum litium *ex tx. in l.* 1. *Cod. ſi quacunque præditus Barb. in dicto* §. 3. ubi alios citat, ſed quidquid ſit de jure communi, diſpoſitio noſtræ Ordinationis optima cum ratione procedit, quia ſicut ad hoc, ut recuſatio procedat debet terminari ad certum judicem, ut docent DD. ſupra citati; quibus adde cum alijs *Foutanella deciſ.* 1. *numer.* 22. ita etiam debet dari præſens, & urgens lis, ſeu cauſa, ad quam dirigatur recuſatio, cum inter unum, & alterum caſum congrua diverſitatis ratio aſſignari non poſſit.

## CAPUT XIII.

An recuſatio per ipſum recuſantem omnino ſit apponenda, an apponi poſſit per procuratorem, & quis debeat recuſationem firmare.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſatio non ſolum per ſe, ſed per procuratorem apponi poteſt.*

2 *Nec ſufficit generale cum libera ad omnes caſus, in quibus ſpeciale requiritur mandatum.*

3 *Ad apponendam recuſationem requiritur mandatum ſpeciale cum reſtrictione certi judicis, & cauſæ.*

4 *Non probans recuſationem, pœnam incurrit.*

5 *Materia recuſationis eſt odioſa ex parte recuſati, & voluntaria ex parte recuſantis.*

6 *Ad prorogationem juriſdictionis requiritur mandatum ſpeciale.*

7 *Requiritur etiam mandatum ſpeciale, ut præjudicetur domino conſentiendo in judicem ſuſpectum.*

8 *Intellige, licet in mandato concedatur comparere coram quocumque judice.*

9 *Poteſt quis recuſare per procuratorem judicem, quando poteſt per illum agere, ſecus ſi non.*

10 *In cauſis criminalibus, in quibus reus tenetur ſtare in judicio per procuratorem, recuſare nequit.*

11 *Limita quando habet proviſionem Regiam ad ſe liberandum per procuratorem.*

12 *Procurator cum poteſtate recuſandi quemlibet judicem impartita, poteſt id efficere.*

13 *Procurator abſque ſpeciali mandato recuſare judicem de jure ſuſpectum poteſt.*

14 *Si procurator generalis petat tempus ad obtinendam ratificationem recuſationis eſt audiendus.*

15 *Recuſatio eſt firmanda per advocatum ut admittatur.*

16 *Aliqui affirmant ſufficere, quòd dictetur, & ſcribatur ab advocato.*

17 *Paria ſunt aliquid ſcribere, vel ſcriptis per alium ſubſcribere.*

18 *De jure Cathaloniæ ſi pars ſit advocatus poteſt per ſe facere, & ſubſcribere recuſationem.*

19 *Prout etiam quando pars non eſt vocatus.*

20 *Attento jure Regio pars, licèt ſit advocatus non poteſt facere, & ſubſcribere recuſationem.*

21 *Nemo, licet advocatus poteſt eſſe procurator in cauſa propria.*

Recu-

RECuſatio non ſolum per ſe, ſed per procuratorem regulariter apponi poteſt: quia certiſſima eſt noſtri juris regula, quod poteſt unuſquiſque per alium facere, quod per ſe ipſum facere poteſt, *ex text. in capit. poteſt quis de regulis juris in 6. l. 1. § uſus ff. de procuratoribus* ibi *Vſus procuratorum per quam neceſſarius eſt, ut qui rebus ſuis ſuper eſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere, vel conveniri.* Et ita docet *Fontanella deciſ. 6. ferè per totam.*

2 Verum ad ponendam judici recuſationem, non ſufficit mandatum generale cum libera facultate quanvis datum ad omnes etiam caſus, in quibus de jure ſpeciale mandatum, requiritur; ſed eſt neceſſarium mandatum ſpe-
3 ciale reſtrictum ad certam cauſam, & ad certum judicem recuſandum, ut probant omnes de materia agentes, & in quo concordant quot de hac materia agunt, ut videre eſt apud *Gratian. capitul. 100. numer. 44. Pacianus de probationib. lib. 2. capit. 45. numer. 102. Fontanella deciſ. 6. numer. 8. Queſada Pilo contr. juris capitul. 37. numer. 60. Iacob. Laurent. de judice ſuſpecto capitul. 6. numer. 100. Barjard. ad Clarum §. fin. q. 13. numer. 8. Gaſin. de defenſione reorum defenſ. 1. capitul. 19. numer. 61. Ripol. var. capitul. 2. numer. 265. Farinacius in fragmentis part. 2. verbo judex numer. 704. & probatur ex l. non ſolum 39. §. fin. ff. de procuratoribus* ibi *facile per procuratorem quis ſuſpectus accuſabitur, quoniam famæ cauſa eſt, niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatim l. 3. §. procurator, ibi Barthol. & Iaſon ff. quod quiſque juris*, qui textus probant dictum hoc vulgare, in recuſando judicem requiri ſpeciale mandatum *Thome Vaas alleg. 96. num. 19. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem nu. 891. Larrea deciſ. 48. n. 12. Morla in Emporio juris titul. 2. in principio numer. 179. Hiltropio de proceſſu Iudiciario 2. part. titul. 13. per totum.*

Qui omnes eam rationem in- 4
jungunt, quia per recuſationem quando hæc legitimatè vacat, quiſque in pænam incurrit, cujus incurſus per procuratorem haud poteſt concipi, & præci-
puè quia materia recuſationis 5
dicitur, & eſt odioſa ex parte recuſati, & dependens à voluntate principalis ardua, & ſic requirens ſpeciale mandatum, ſequuntur *Apicella de ſuſpicionibus officialium numer. 78. & 87. & in additione numer. 74. & 81. Ugolinus de procuratoribus part. 2. cap. 5. numer. 98. Vrcelus legalium concluſionum cap. 128. numer. 538. Queſada Pilo dicto numer. 60. Ruginellus de appellationibus. §. 2. verſ. recuſatio 845. carſ. 169.* & plures alij, quos citavimus de munere judicis Orphanorum

*tract.*1*.lib.*4*.cap.*10*.& refert Fontanella dicta deciſ.*6*.a n.*9*.uſque ad* 14*.Barb.ad ord.lib.*3*.titul.*21*.§.*5*. num.* 2*. Gaſinus de defenſ. reorum defenſ.*1*.cap.*19*.n.*61.

Corroboratur ſuprà dictum ;
6 quia etiam requiritur ſpeciale mã
datum ad obligandum principa-
lem in prorogatione juriſdictio-
nis *Lancellotus de attentatis poſt recuſationem num.*60. *Cæſar Barzin.deciſ.*154*.n.*20*.&* 21.ubi procuratores nõ poſſe dominos obligare in prorogatione juriſdictionis *Fontanella deciſ.*376*.n.*11*.tom.* 2*.Queſada Pilo n.*61*.Ciriacus cõtr*
7 383*.n.*17. & etiam adhoc ut domi
nis poſſint præjudicare conſentiendo in judicem ſuſpectum ſpeciale mandatum deſideratur. *Queſada Pilo dicto nu.* 61. *Riccius collectan.*322*.p.* 2*. Pariſius conſ. volum.*1*.conſ.*31*. nu.* 54. *Vgolinus de Procuratoribus p.*2*.cap.*5*,n.*99*.&*
8 102.dicit procedere licet impar-
tita eſſet illi facultas in ventre mã dati comparendi coram quocunque judice, quia intelligitur dum modo non ſit ſuſpectus *Carleval. de judicijs tom.*1*.diſp.* 2*. nu.* 1143. *ubi plures cumullat DD. Manſuis de procuratoribus a n.*208.

9 Sic firmata concluſio, intelli-
genda eſt in cauſis, in quibus quis per procuratorem poteſt ſtare in judicio, ſecus in cauſis, in quibus perſonalitèr comparere tenetur; nam tunc nec per procuratorem ſpecialiter ad recuſandum conſtitutum, poterit judicem recuſare. Vnde venit quod in cauſis crimi-
nalibus,in quibus reus tenetur per 10
ſe ſtare in judicio, non poterit ipſe reus abſens per procuratorem judicem recuſare, ut probatur *ex Ord.lib.*3*.tit.*7*.§.*3 *ibi Barb.nu.*3. *Rebuſus de recuſatione art.*9*. gloſſ.* 1*.Azeved.in l.*1*.n.*22*.tit.*16*.lib.* 4. *novæ recopillationis Gratian. cap.* 100*.n.*44*.& Ord.lib.*3*.tit.*21. §.5 *ibi Barb.Thom.Vaas alleg.* 96*. nu.*
19. niſi reus habeat proviſionem 11
regiam ad ſe liberandum per procuratorem, vel niſi ſit in aliquo cauto, *vulgo coutos*, quę juxta leges valent delinquentibus, ne pro delictis accuſentur, ut docet *Thome Vaas ſupra nu.* 20. *de quibus in Ord.lib.*5*.tit.*126*.§.*4*. & tit.* 123. Quę hodie practicari non poteſt, quia ex noviſſima lege hujuſmodi aſilla ſunt penitus extincta *Parada in praxi de leg.crimin.nu.*54*.nos de privilegijs fam.cap.* 13.

Declaranda eſt iterum, ut ſuf- 12
ficiat generale mandatum cum poteſtate quemlibet judicem recuſandi, quia pro ſpeciali habetur, & ſufficit *Fontanella deciſ.*4. *n.*15*.Bajardus ad Clarum* §*.fin.*|q. 43*.n.* 8. *Queſada Pilo controverſ. forenſ.cap.*37*.n.*66. *Cancer.* 1*.variar.cap.* 21*. nu.* 47*.ſed tu nega ex dictis n.*4.

Item eſt declaranda ut non pro
cedat ad recuſandum judicem de 13
jure ſuſpectum,& cui de jure prohibitum eſt jus dicere in cauſa ver tenti *Queſada Pilo alijs laudatis ſuprà n.*67*.Cancer.dicto n.* 47. ubi

ex

*ex lege procurator cui generalitèr ff. de procuratorib.* tenent procuratorem abſque ſpeciali mandato poſſe recuſare judicem de jure ſuſpectum; & prohibitum jus dicere in cauſa vertenti, quem abſque ſpeciali mandato poſſe pro ſuſpecto per procuratorem removeri tenent.

Rationem reddunt: quia tunc non videtur recuſationem proponere ſuo arbitrio, ſed à jure præſcriptam adjicere, quam ſi non deduceret, & conſentiret in judicem ſuſpectum, in quem interdicitur conſentire abſque ſpeciali poſſe. *Fontanella decif.6.n.16.*

14 Denique intelligenda eſt, niſi procurator promittat ratificationem domini, & petat terminum ad obtinendam ratificationem principalis; quia tunc poterit abſque ſpeciali mandato judicem recuſare, & ei non poteſt terminum juſtum ad oſtendendam ratificationem principalis denegari. *Queſada Pilo dicto cap.37.n.65.* & *68. Gratian.cap.275.n.13.* & *14.* qui aſſerunt teneri procuratorem intra terminum præfixum ratihibitionem preſentare, aliàs non dari locum purgationi moræ. Sed tu contrarium tene: qua facile procuratores hoc promitterẽt & cauſæ differerentur.

15 Firmanda eſt recuſatio, ut admittatur per advocatum, aliàs nõ recipitur, & rejicitur *ex Ord. lib.3 tit.21.§.4. ibi Barb.n.4. Cabedo de*

16 *ciſ.45.nu.8.p.1.* qui etiam attenta diſpoſitione dictæ Ordinationis, dicunt ſufficere ſi advocatus cauſas, ſuſpicionis dictet, alio ſcribente, dicit & ſubſcribat: nam paria ſũt aliqua ſcribere, vel ſcriptis per alium ſubſcribere, in terminis *Thom. Vaas alleg.96.nu.23.* & *24. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationẽ n.891. Fontanella deciſ.6.n.23.* ubi de noſtra lege loquitur. 17

An ſi pars ſit Advocatus, poſſit per ſe ipſum cauſas recuſationis facere, & ſubſcribere, interrogari poteſt? De jure Cathaloniæ nullam affirmativa pars patitur de ficultatem, quia tali jure attento ipſa pars, quamvis Advocatus nõ ſit, poteſt per ſe recuſationem firmare, ut docet *Fontanella deciſ.6 n.22.* quòd in noſtro Regno non admittitur *ex DD.* & *ex Ord. ſupra allegatis.* De jure verò noſtri Regni pro parte negativa facile reſpondemus; quia de ſtylo noſtri Regni nemo quamvis literatus, & advocatus, poteſt eſſe procurator in propria cauſa, ne propria affectione, & intereſſe cæcùs a veritatis tramite deviet; quod maximè eſt timendum in cauſa recuſationis. *Valaſc.conſ.25.n.ult. cum multis Barb. ad tx. in cap. non licet 7.cauſa 1.q.3.n.11.* 18 19 20 21

## CAPUT XIV.

An judex ſemel recuſatus ſuſpectus ſed non talis declaratus ſed habilis judicatus, poſſit iterum ex alia cauſa recuſari?

SUMMARIUM.

1 *Recuſatio iterum intentari non poteſt ex cauſa jam exiſtenti, & nota tempore recuſationis.*

2 *Per poſitionem cauſæ in prima recuſatione, cencetur renunciatum alijs.*

3 *Recuſatio ex cauſa nova, vel antiqua, ſed ignotâ recuſanti, iterùm intentari poteſt.*

4 *Secùs verò de jure Regio.*

5 *Si rejicitur, recuſatio, quia non ritè, vel ineptè fuit appoſita rurſus intra tempus ſtatutum poteſt apponi.*

1 QUæſtionem hanc pertractat *Fontanella deciſ. 29. per totam*, ubi deſtinguit inter caſum, in quo recuſatio intentatur ex alia cauſa, quæ tempore primæ recuſationis jam erat, & nota recuſanti, & in tali caſu concludit negativè, quia non permittitur hodiè proponere unam cauſam recuſationis, cras aliam; quoniam ſic nunquam eſſet litium finis, & eſſet in manu cujuſque ex quolibet capite recuſationis novum formare judicium, quod reſultaret in notabile damnum rectæ

2 adminiſtrationis juſtitiæ, & denique quia per propoſitionem primæ recuſationis reſtringendo ſe ad eam, ac eam allegando, cenſetur quis renuntiare omnibus alijs capitibus *Fontanella ſupra n.* 1 & 2.

Et inter caſum in quo recuſatio intentatur ex cauſa ſuperveniente 3
de novo, aut ex cauſa, quę licet eſſet de præterito, tamen noviter ad notitiam recuſantis veniret, ſine eo quod recuſanti aliqua culpa, aut negligentia imputari poſſet, cur eam cauſam non perquiſivit antea, ut cum alijs ſimul proponeretur, & in hoc caſu multis relatis concludit *n.* 3. & 4. novam recuſationem admittendam eſſe. *Muta deciſ.* 15. *n.* 4. 7. & 8. *de quo lib.* 4. *cap.* 1. *Gaſinus de defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 19. *nu.* 52. Sed apud nos, nec in hoc caſu eſt, admittenda *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 12. *Thome Vaas aleg.* 96. *n.* 43.

Si tamen contingeret recuſationem oppoſitam non eſſe ritè oppoſitam, vel ineptè, & ſic rejectam; nihilominus rurſus intra terminum ſtatuti, ſeu pragmaticæ, aut legis, poterit opponi, ſic *Muta ſupra n.* 13. *Doned. de remmiationib. cap.* 32. *nu.* 65. *Rovitus ſuper pragmat.* 10. *de ſuſpic. officialium n.* 1. *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.* 37. *n.* 90. ubi tenent recuſationem repulſam paſſam, tanquam 5
non ſervato juris ordine oppoſitam poſſe iterum objici, dummodo tempus per legem municipalem præſcriptum ad illam opponendam non appareat elapſum; ſemel verò repulſa tanquam non ſubſiſtens in cauſis adductis, haud poſt effluxum tempus probandi, poterit ex novis ſtabeliri, ac formari *Sanfelicius deciſ.* 80. *numer.* 8.

*mer.* 8. & 9. *Mendes in praxi lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 18.

## CAPUT XV.

An offendens, aut lædens judicem ſeu judicum officiales, poſſit judicem contrarium recuſare?

### SUMMARIUM.

1 *Judices ſuperiores, Principum conſiliarij, viri illuſtres corporis Principis pars reputantur.*
2 *Judices nuncupantur ſacerdotes.*
3 *Amici Principis, & illius parentes.*
4 *Patres Principis, & non fratres.*
5 *Domini.*
6 *Patres juris.*
7 *Et à Papa vacantur ſtellæ in æternitates permanſuræ.*
8 *Et Luminoſæ candelæ ardentes ſuprà candelabrum poſitæ.*
9 *Et Beati.*
10 *Et miniſtri Divinæ juſtitiæ, ſimulacra Dei in terris.*
11 *Sunt Capita Reipublicæ, & patres loco Regis propoſiti.*
12 *Aliquando Dij nuncupantur.*
13 *Sunt tutela publica, & nihil tam Regium, quàm judicare.*
14 *Deum, & Principem honorat, qui judicem honorat, & eos offendit, qui illum lædit.*
15 *Pæna parricidij puniuntur lædentes judicem.*
16 *Omnes tenentur ſalutare judicem, etiam exempti.*
17 *Poſt Divinam, & humanam majeſtatem, numeratur prætoria.*
18 *Principis nomen non meretur, qui lædentes judicem non punit.*
19 *In Magiſtratu repræſentatur Princeps, ſicut dominus in ſervo, Eccleſia in Miniſtro.*
20 *Nemo poteſt eſſe judex in cauſa propriâ, nec uxoris, liberorum, familiarium, aut Officialium.*
21 *Judex poteſt punire injuriam factam ſibi, uxori, liberis, familiaribus, Officialibus ratione Officij.*
22 *Injuria facta uxori, cenſetur facta marito.*
23 *Injuria facta filio dicitur facta patri.*
24 *Injuria facta famulis, cenſetur facta domino.*
25 *Injuria facta officialibus judicis, ipſi facta dicitur.*
26 *Hoc totum procedit tam in judice cauſarum civilium, quam criminalium.*
27 *De jure Regio tam judex cauſarum civilium, quam criminalium poteſt punire qualibet pænâ eum injuriantes.*
28 *Quod procedit, licet injuria nõ ſit notoria, nec certa pæna pro ea à jure impoſita.*
29 *Prout etiam quando ei fit injuria ratione odij privati, ſi ſedebat pro tribunali, vel coram populo,*

*populo, vel decem hominibus.*

30 *Poteſtque reprehendere verbis aſperis, & multcta, vel. aliâ pœna eorum injuriantes, ut privatum, ſtante notorietate facti.*

31 *Iudex non poteſt recuſari ex capite, quòd cauſa ſit propria, quando vindicat injuriam factam contemplatione officij.*

32 *Iudex non poteſt recuſari propter inimicitiam contractam ratione injuriæ, quia eſt affectata, & procurata.*

33 *Nemo poteſt reportare commodum ex malitiâ ſuâ.*

34 *Injuria facta judici, Principi facta cenſetur.*

35 *Princeps recuſari non poteſt.*

36 *Iudex injuriatus non poteſt recuſari ex alijs cauſis anterioribus, licet diverſis ab injuria.*

37 *Per injuriam factam, fit judex competens.*

38 *Iudex non poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum officialium.*

39 *Iudex poteſt cognoſcere de injuria facta ſuo officiali ratione officij, & illam punire.*

40 *Iudex licet ſit judicatus ſuſpectus, poteſt punire injuriam inferentem ſibi, vel ſuis Officialibus.*

41 *Recuſans tenetur præſtare reverentiam judici ut ſuſpecto judicato, quamvis eximatur ab ipſius juriſdictione.*

42 *Iudices Principem repreſentãt, & ut ſubrogati aſſumunt qualitatem principalem in honore, & reverentia.*

43 *Summus honor, & reverentia debetur judicibus.*

44 *Non poteſt certa regula conſtitui, qua cognoſcatur quando injuria infertur ratione officij, ideò ad conjecturas recurrendum eſt.*

45 *Injuria illata judici aliquid exequenti, vel ſedenti pro tribunali, vel actum judicialem gerenti, præſumitur facta ratione officij.*

46 *Si judici aliquid judiciale gerenti litigans dicit judicem mentiri, ei infert injuriam ratione officij.*

47 *Idem ſi dicatur ei melius eſſet aſinum Loco illius ſupponi, quià meliùs cauſæ diſcernerentur.*

48 *Idem ſi dicat perpatraſſe nefandum crimen, & pro hoc jam fuit pœna mortis impoſita*

49 *Ut cognoſcatur, an injuria ſit facta ratione officij, eſt inſpicienda origo offenſæ.*

50 *Si judex judicavit, aut carceravit, aut aliquid jurisdictionis exercuit contra injuriantem, aut aliud non appareat dicitur injuriatus ratione officij.*

51 *In dubio eſt præſumendum injuriam non fieri ratione officij, ſed ut privato.*

52 *Quando eſt dubium, an injuria ſit illata ratione officij, dãdus eſt adjunctus.*

53 Li-

53 *Licet injuria ſit facta judici ut privato, ſi eſt notoria, & pro ea injuria certa pœna, poteſt judex punire injuriantem.*

54 *Si injuria ſit judici ut privato, & non eſt notoria, nec pœna certa poteſt injuriantem ponere in cuſtodia tutâ, & querelam facere ſuperiori.*

1 Sunt ſaltem ſuperiores judices, & principum conciliarij viri illuſtres, & partes corporis Principis dicuntur *in l. quiſquis Cod. ad legem Iuliam majeſtatis*,
2 *ſacerdotes que* Nuncupantur *in l. 1. ff. de juſtitia, & jure*, nobiliſſimi *in l. 2. §. fin. ff. de excuſatione*
3 *tutorum*, & amici Principis *in l. Divi ff. de jure Patronatûs*; immò & illius parentes *in l. Divi Cod.*
4 *locat*, ac etiam Patres principis
5 & non fratres *in l. 2. Cod. de officio*
6 *diverſorum judicum*, & *domini in authentica habita cod. ne filius pro patre*, & patres juris *in l. 1. Cod. de excuſatione artificũ, lib. 10.* & Magiſtri in proœmio Digeſto
7 rum, & apud Romanum Pontificem vocantur ſtelæ in ęternitates permanſuræ *in cap. ſpecula de Ma-*
8 *giſtris*, & luminoſæ candelæ ardentes ſupra candelabrum poſitæ *in cap. glorioſus Deus de Reliqui-*
9 *ijs, & veneratione ſanctorum*, & *apud Prophetam pſalmo 105.*
10 *Beati dicuntur, qui faciunt judicium, & juſtitiam omni tempore.*
Sunt judices *miniſtri divinæ juſtitiæ, & ſimulacra Dei in terris. Cau. 15. quæſt. 1. cap. non ſolum, cap. qui malos 23. q. 5. & pro verborum cap. 8. ibi.*

*Perme Reges regnant, & legum conditores, juſta decernunt Per me principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam.*

*Cap. 1. Deuteronom. ibi*

*Quod juſtum eſt judicate quia Dei judicium eſt.*

Et ipſi Deo de eorum judicis rationem ſunt reddituri, & ſecundum qualitatem eorum gloriam. vel pænam recepturi, ut fides docet, & ex ſacra pagina probat *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap. 6. n.* 30. ſunt capita rei publicę, & patres, loco Regis pro- 11
poſiti in adminiſtratione juſtitiæ 12
aliquando Dij nuncupantur, ſunt
tutela publica, & nihil tã regium, 13
quam judicare, pluresque alias habent prærogativas, & pręvilegia, de quibus videndi ſunt *Xamar de officio judicis 1. p. q. 2. per totam, noſter Pinto Rybeiro rellatione prima per totam. Pereyra de reviſionibus cap. 5. n. 33.*

Quare Deum Principem hono- 14
rant, qui judices honorant, Deum, Principem que offendunt, qui judices lædunt, & qui eos offendũt, 15
pæna parricidij tenentur; ideoque ad ſalutandum judicem omnes te- 16
nentur, etiam exempti, & reverẽti am illis pręſtare, ut poſt alios docet *Xamar ſupra n. 28. & 29. ubi numer. 27.* ait, quod poſt divinam 17
majeſtatem, & humanam, Prætoria numeratur. Principes, qui
lædentes judices, non puniunt 18

O Prin-

Principum nomina, non mereri, citòque ſperare poſſe ſe ipſos ab eiſdem morti tradendos, docet,
19 & varijs probat exemplis *Torres*: quia in magiſtratu repræſentatur Princeps: ſicut dominus in ſervo, Eccleſia in miniſtro ſuo, *ut probatur in l.ſi Pamphilo ff. de optione legata l.annua §.à Titia ff. de optione legata, Xamar de officio judicis p. 1.q.14.n.31.latiſſimè Barb. libr.2. voto 66.per totum, & in cap. Romana 1.de pœnis in 6. Peg.ad Ord. lib.2.tit.65.§.2.n.92.*

20 Unde licet regula ſit, quod judex in cauſa propria nemo eſſe poteſt *ex L.unica Cod. nequis in ſua cauſa, L.Cornellia 5. ff. de injurijs l. Senatus Conſulto 16. §. ſi quis tamen ff. de officio præſidis, l. nullus Cod. de judicijs, Ord.libr.3. titul.*24. nec uxoris liberorum, ſeu familiarium, aut officialium, ut probant prædicta jura, & docet *latè Xamar dicta q.14.n.1.ubi infinitos citat*, tamen judex poteſt pu-
21 nire injuriam ſibi, aut uxori, aut liberis, aut familiaribus, aut officialibus illatam ratione officij, ut probatur *ex Ord. lib. 5. tit. 49. & 50.per totos, ubi Barb. infinitos citat in principio dictæ Ord.tit. 50. à n.1.uſque ad 7.Conciol.infrà Barb in cap.dejectus 11.de pœnis à nu. 1. uſque ad 6. & dicto voto 66. & in dicto cap.Romana.*

Quod procedit, nõ ſolũ quando offenſa, ſeu injuria facta eſt ipſi judici, ſed ejus uxori, ut in terminis tradit *Barb.ſupr.n.2.Hipolitus cõſ. 1.n.18.Peg.ad Ord.lib.1.tit.65.§. 25.nu.92.* vel liberis, aut famulis
*Barb.cum multis ſuprà n.3.*& ratio 22
eſt, quia injuria facta uxori, cencetur facta marito *Peg.ſupr.nu.* 131. 23
& injuria facta filio dicitur facta
patri, *Peg.nu.130. Giurba conſ.61. n.14.Valenſ.conſ.176.n.2. Paſcalius de viribus patriæ poteſtatis 1.p cap.10.n.1.* & injuria facta famu- 24
lis, dicitur facta domino *Peg. cum alijs nu.* 133. vel ejus officialibus, quia injuria facta officialibus judici illorum facta cenſetur *Peg. dicto numer. 33. ubi alios refert Conciol. cum multis reſolutione 7. num.2.* 25

Extende noſtram limitatio- 26
nem, ut procedat non ſolum in judice, ad quem de jure cauſarum criminalium cognitio pertinet, verum etiam in eo, qui cauſarum civilium tantum cognitionem habet: Hic enim judex poteſt quoque punire eos, qui eum, vel familiam ſuam intuitu officij offendunt, veluti ſi quis in diſcuſſione cauſæ civilis delictum com miſerit, ut notant *Bald.conſ.312. Vantius de nullitate tit. de nullitate ex defectu juriſdictionis n.48. Xamar de officio judicis 1.p.q.14.num.*
*37, Clarus qui de communi teſtatur* 27
*in practica criminali q.38.num.3.* qui advertunt pœnam tamen à prædicto judice Civilium imponendam pecuniariam eſſe oportere, non verò corporalem, & hujuſmodi delinquentem, licet poſſit à judice cauſarum civilium puniri,

puniri, à ſuo tamen judice nihilominus pæna ordinaria affici poſſe tradunt *Clarus ſupra quæſt. 58. num. 13. Tuſcus practicar. littera I. concluſ. 402. num. 12. & 468. num. 1. Xamar dicto num. 37.* quod apud nos non procedit; nam judex civilis poteſt corporali pæna punire, inobedientes reſiſtentes, & injuriantes *ex dicta Ord. tit. 49. & 50. Peg. ſupra num. 90. & nos latè diximus de munere judicis orphanorum tract. 5. lib. 2. capitul. 7. Barboſ. dicto voto 66. & in dicto cap. Romana.*

28 Extende etiam, ut procedat, licet factum injuriæ non ſit notorium, nec pæna à lege, aut ſtatuto certa impoſita *Xamar ſupra numer. 31. Cancer. 2. variar. capitul. 2. numer. 253. Farinacius in praxi criminali tom. 1. quæſt. 27. à numer. 36. Capicius 124. à numer. 12. Avillis in capitul. 3. Prætorum in verbo Abogados numer. 12. licet Barboſ. ad Ordin. libr. 5. titul. 50. in principio numer. 7.* requirat factum injuriæ eſſe notoriũ quibus adde, quos refert, & ſequitur *Cãciol. in ſuo opere criminali verbo judex reſol. 7. n. 6. & 7.*

29 Extende iterum, ut non ſolùm judex poſſit punire inferentem ratione officij, ſed ſibi injuriã ratione odij privati inferẽtem quãdo ei facta eſt injuria ſedẽti pro tribunali, vel coram populo, vel corã decem hominibus, quia pro dicta injuria judex poteſt procedere, etiam ſi illa ei illata ſit, uti privato, non ſolùm verbis duris, & aſperis cædentem reprehendendo ſed multa indita, vel alia pęna gravi- 30
ori cùm ſtante notorietate offenſionis, non requiratur cognitio, ſed ſolla punitio, ut voluerunt *Rolandus lib. 2. conſ. 48. num. 2. & 14. Clarus ſuprà q. 35. Gaillus lib. 1. obſ. 39. num. 4. Farinacius de delictis q. 17. num. 45. Canc. 2. variar. cap. 2. num. 253. Conciol. dicta reſol. 7. n. 3. & 4. ubi reprehendit Carleval. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 1. n. 798.* contrarium centientem, contra quem etiam ſtat cum multis *Xamar ſupr. n. 41. Barb. lib. 2. voto 66. à n. 6.*

A quibus jam infertur, quid ſit reſpondendum ad noſtram propo- 31
ſitam quęſtionem nempe in præſenti caſu recuſationem locum nõ habere, nec ex capite, quod cauſa ſit judicis, & quod in cauſa propria nemo judex eſſe poteſt, quia quando injuria eſt facta judici cõtemplatione officij, non uti privato, ſed uti judici facta cenſetur, & ideo non ipſe in ſuo negotio, & in ſua cauſa judicat, ſed uti alius procedit, & condemnat *Roland. lib. 2. conſ. 48. n. 4. Farinacius dicta q. 17. n. 46. Conciol. dicta reſol. 7. n. 4. in fine Xamar dicta q. 14. n. 33. & 44. Barb. dicto voto 66. per totum.*

Nec ex capite inimicitiæ per in- 32
juriã cũ judice cõtractæ, quia inimicitia affectata, & procurata per partem judicem non reddit ſuſpectum *ex Ordin. lib. 3. titul. 21. §. 26.* immò talis judex non ſolum

non poteſt recuſari ab injuriante,
nec quo ad cauſam criminalem
injuriæ, nec quo ad alias cauſas,
quas coram illo habebat *ex dicto*
33 §. 26. quia cum talis inimicitia,
culpâ & facto recuſantis procedat,
ei prodeſſe non poteſt, ex regula
dictante neminem ex ſuo delicto
commodum reportare poſſe
*ex l. in fundo ff. de rei vendicatione,*
*l. itaque fullo ff. de furtis, & alijs*
*adductis à Barb. axioma* 143. *n.* 3.

34 Conducit etiam, quia injuria,
& offenſa irrogata judicibus, Principi
irrogata cenſetur, ut cum alijs
docet *Barb. ad principium Ord*
*lib.* 5. *tit.* 50. *n.* 1. ubi noſtri Regis
Petri primi memorabile, immitandum,
cuſtodiendum, & præoculis
habendum factum refert
35 *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §. 25. *nu.*
133. & ſicuti Principem recuſare
fas non eſt, ut diximus *lib.* 2. *cap.* 1.
& tradit *Xamar de officio judicis* 1.
*p. q.* 14. *n.* 2. & 3. ita nec judicem,
per quem recepit injuriam, cui
per legem illius punitionem comiſit
*Barb. dicto voto* 66. *n.* 4.

36 Difficultas verò erit, utrum judex
offenſus, ſeu injuriatus poſſit
ex alia cauſa, quæ ex ipſa injuria
non habebat ortum, recuſari puta
ex inimicitia anteriori? Reſpondemus
negativè, quia inter pænas
quas incurrit offendens judicem,
eſt ipſum habere judicem, ut probatur
ex dictis *Ord. & maximè tit*
50. *in principio*, *ibi Barb. n.* 7. *Concol.*
*cum aliis dicta reſol.* 7. *n.* 1. cui
37 accedit, quod per injuriam factam
ſit judex competens, qui erat
incompetens, ut probatur *ex Ord*
*lib.* 3. *tit.* 24. ubi prohibetur judicibus
cognoſcere de cauſis ſuorum 38
officialium, & tamen de injuria il- 39
lata officiali intuitu officij, ipſe judex
cognoſcere tenetur, & injuriantem
punire, *ex Ord. lib.* 5. *tit.*
50. §. 4. quare etiam ſi judex ſit jã 40
dicatus ſuſpectus injurianti, vel
ſibi, vel officialibus ſuis, non obſtante
recuſatione, reaſſumit juriſdictionem
puniendi talem injuriantem,
qui per delictum reddit
judicem competentem, qui erat
aliàs, incompetens ex rationibus,
de quibus ſuprà, & quia li- 41
cet per recuſationem pars recuſans
eximatur à juriſdictione recuſati,
non liberatur ab obligatione
præſtandi illi reverentiam.
*Xamar ſuprà* 1. *p. q.* 2. *n.* 29. *Gratianus*
*cap.* 184. *n.* 55. *& Fuſius cap.*
184. quia judices repræſentant 42
Principem *ex l. item eorum* §. *Decuriones*
*ff. quod cujuſque Univerſitatis*,
& tanquam ſubrogati aſſumunt
qualitatem principalis, etiam
in honore, & reverentia, *gloſſ.*
*in cap. de cauſa* 2. *q.* 4. *verbo quid*
*quid*, & utuntur eadem authorita- 43
te, quam Princeps habet *ex proæmio*
*inſt.* §. *cunque*; ideoque ſummus
honor, & reverencia illis debetur,
*ex cap. ut debitus de appellationibus*,
*ibi gloſſ. & ex cap.* 10.
*eccleſiaſticis ibi Magnus judex,*
*& potens eſt in honore Xamar. nu.*
19. 27. & 36.

Cum ergo judex non poſſit recuſari

cuſari cognoſcendo de injuria ſi-
44 bi, uxori, liberis, famulis, aut of-
ficialibus, intuitu officij illata, re-
ſtat videndum, an & quando in-
juria intuitu officij illata cenſea-
tur, quo in caſu certa regula dari
non poteſt, ſed pro regula eſt tra-
dendum, quod ad conjecturas re-
currendũ eſt *Paris de Puteo de ſyn-
dicatu in verbo injuria* §. *an officia-
lis Capicius deciſ.* 130 *n.* 13. *Rolan-
dus volumine* 3. *conſ.* 1 *n.* 35. *Xamar
de officio judicis* 1. *p. q.* 14. *n.* 38. *Cõ-
ciolus verbo judex reſolut.* 7. *num.* 8.
*Cancer.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 256.
qui dicunt, quod ſi injuria facta ſit
45 ſedenti pro tribunali, vel in aliqua
executione, aut actu judiciali,
præſumatur facta ratione officij
*Barthol. in l. ſi quis obrepſerit ff. ad
legem Corneliam de falſis Farina-
cius in praxi criminali tom.* 1. *q.* 17.
*n.* 41 & 42. *Narbona ad leges Re-
gias Hiſpaniæ lib.* 4. *tit.* 1 *l.* 20 *gloſſ.*
46 18. *num.* 8. ubi ponunt exemplum,
quando circa actum, & exerciti-
um juriſdictionis judici, vel circa
quamcunque operationem reſpi-
cientem adminiſtrationem juſti-
tiæ, litigator aſſertione judicis
iratus, illi contumeliam inurit ju-
dicem mentiri aſſeverando, vel
melius, aut utilius foret aſinum
47 ipſius loco ſupponi, quo rectiùs
cauſæ diſcernerentur; quorum
meminit *gloſſa marginalis in cap.
dilectus de pœnis*, vel clamando, &
48 proteſtando judicem nefandum
perpetraſſe crimen, quod ultimũ
ſubit *Narb.* Prætori Murciæ con-
tigiſſet, & proterea injuriantem
laqueo ſuſpenſum fuiſſe. *Barb. cũ
alijs dicto voto* 66. *a n.* 6.

Hęc potius notoriæ probatio- 49
nes dici debent, quam conjectu-
ræ: quarè ad ſciendum, an inju-
ria facta judici, vel in ſe, vel per
uxorem, filium, aut famulum, ſit
facta ratione officij, vel ex odio
privato, inſpicienda eſt origo of-
fenſæ, & unde habuerit ortum, &
dependentia; & ſi inveniatur ju-
dex injuriatus ab eo contra quem 50
judicavit, aut quem carceravit,
aut contra quem aliquem actum
juriſdictionis exercuit, & non ap-
pareat alia cauſa, tunc injuriatus
ratione officij reputandus eſt *Pe-
trus Caballus caſu* 128. *nu.* 10. *Ro-
land. ſupra n.* 36. *Farinacius ſupra
n.* 43. *Xamar ſupra n.* 39. & 40.

Ceſſantibus conjecturis in du-
bio, ut maius delictum excluda- 51
tur, præſumendum eſt injuriam
eſſe factam odio privato, & uti
privato *DD. ſupra, maximè Can-
cer. dicto n.* 256. *Cõciol. n.* 8. *Xamar.
num.* 40. qui tamen advertunt ibi, 52
quod quando eſt dubium, an fuiſ-
ſet facta injuria judici, ut judici,
vel ut privato, dandus eſt adjunc-
tus, & quod quanvis certè conſtet 53
injuriam eſſe illatam uti privato,
poſſe judicem injuriantem puni-
re, quando eſt notoria, & datur
certa pœna illius, ſecùs autem
quando vel non eſt notoria, & pœ- 54
na delicti non eſt certa, quia in ta-
li caſu poteſt facere judex, ut of-
fenſor ponatur in tuta cuſtodia,

& ſuperiori querella reſervetur. Vide quos citat *Barboſa in dicto cap. dilectus de pœnis numer. 5. & dicto voto 66. ubi a num. 19.* tenet judicem ex hac cauſa poſſe recuſari.

## CAPUT XVI.

Recuſatio an, & quando locum habeat in actionibus extrajudicialibus.

### SUMMARIUM.

1 *Quid ſit judicium definitur.*

2 *Quæ ſint acta judicialia, & extrajudicialia demonſtratur.*

3 *Ab actibus extrajudicialibus aliquando appellatio recipitur.*

4 *Recuſatio eſt exceptio, quæ apponi non poteſt, niſi in judicio.*

5 *In actibus extrajudicialibus, quæ fiunt per modum juriſdictionis recuſatio locum habet.*

6 *Secùs in illis, quæ per modum juriſdictionis non fiunt.*

7 *In electionibus locum habet recuſatio.*

8 *Ad munera publica optimi ſunt eligendi.*

9 *Deploratur prava voventium intentio.*

10 *Regularium ploratur, & exponitur factionum calamitas.*

11 *Partiales in electionibus recuſari poſſunt.*

12 *Niſi parcialitas fuerit à ſuperiore permiſſa.*

13 *Recuſatio hæc à quolibet apponi poteſt.*

14 *Confirmantes etiam recuſari poſſunt.*

15 *Confirmatio electionis eſt actus qui fit per modum juriſdictionis.*

16 *Confirmatio, ſeu caſſatio electionis aliqualem cognitionem requirit.*

17 *Sententia poſt contradictionem lata vera eſt ſententia.*

18 *Æſtimatores, & partitores recuſari poſſunt.*

19 *Recuſatio locum non habet ex ſolâ novi operis ædificatione.*

20 *Nec propter timorem mali ſibi inferendi.*

21 *Nec in diſtractione pignoris.*

22 *Nec in fraude creditorum.*

23 *Nec adverſus inferentem vim.*

24 *Iudex, qui procedit extra metas juris recuſari poteſt.*

25 *Iudex recuſari non poteſt ex eo quod fuit jam judicatus ſuſpectus alicui conſanguineo recuſantis.*

26 *Nec etiam quòd judex conſanguineus recuſati fuit ipſi recuſanti ſuſpectus judicatus.*

27 *Niſi proponat recuſationem, & cauſas probet, quæ tangant recuſatum.*

28 *Non ſufficit, quòd quis ſit recuſatus in una cauſa, ut quo ad omnes maneat recuſatus.*

29 *Niſi cauſa recuſationis militet in omnibus.*

30 *Cancellarius non recuſatur ad expediendas chartas Regias.*

31 *Memoria ſuſpicionum, vulgò* rol de pejados *non admittitur.*

32 *In reviſione locum habet recuſatio.*

33 *Sed judex obtinens in reviſione, non reddit ad cauſam.*

1 Iudicium definitur: *ut ſit actus trium perſonarum, judicis, actoris, & rei, in judicio contendentium*, vel ut *ſit legitima cauſa cum forenſi ſtrepitu per judicem facta diſcuſſio Barb. ad tit. de judicijs n. 7. ubi alios refert Scatia de judicijs cap. 2. n. 5.* ergo ſequitur, quod a-
2 ctus judiciales ſunt illi, qui in judicio fiunt cum legitima cauſa diſcutione, & à contrario, quod actus extra judiciales ſunt illi, qui fiunt extra judicium ſine legitimę cauſæ diſcutione, de quibus loquitur *Ord. noſtra lib. 3. tit. 78.*

Quæſtio eſt an in actibus extrajudicialibus recuſatio locum habeat? & pro parte affirmativa
3 conſiderari poteſt: quia ab actibus extrajudicialibus datur appellatio, ut probatur ex ſupra citata Ordinatione, & ubi appellatio datur recuſatio locum habet, ut docet *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem Fermoſinus ad tx. in cap. ſiquis contra de foro competenti q. 39. per totam*, & pars poteſt gravari tam in judicio, quam extra, & ubi poteſt dari gravamen, & recuſatio procedit, ut notavimus in capite antecendi: ergo etiam in actibus extrajudicialibus recuſatio locum habere poteſt.

Contraria ſententia probatur primo: quia appellatio regulariter non habet locum in actibus ex trajudicialibus: quia non tranſeunt in rem judicatam, ut cum multis *tenet Barb. ad principium Ord. lib. 3. tit. 78. n. 1.* & ubi appellatio 4
denegatur, & recuſatio non permittitur *Pereyra ſupra n. 889. Thome Vaas alleg. 70. n. 17.* Secundo: quia recuſatio eſt exceptio, & exceptio opponi non poteſt niſi in judicio *ex cap. 1. de exceptionibus, & bis, & alijs fundamentis ita docet Barb. voto 4. n. 163. & nos diximus cap. 7. n. 27.*

Nos vero diſtinguimus inter acta extrajudicialia qui per modum jurisditionis ſunt & inter ac- 5
ta extrajudicialia, quæ per modũ juriſdictionis non fiunt; in primo recuſationem locum habere aſſeveramus; in ſecundo locum non habere actumamus deducto argumento ab appellatione, quæ locũ habet in primo caſu, ſecus in ſecundo *ex Ord. d. tit. 78. in principio, & in* §. 1. quod quidem ar- 6
gumentũ validiſſimum in jure noſtro eſt, cujus diſpoſitione attenta rectè arguitur de appellatione ad recuſationem *Barb. d. voto 4. num. 98. & in locis communibus loco 9. Scacia de appellationibus q. 16. limitatione 1. n. 8. l. apertiſſimi Cod. de judicijs cap. ſuper eo de appellationibus.*

Infertur primo: ex primo diſtictione 7

tinctionis membro, quod recuſatio habet locum in electionibus,
7 quę fiunt ab univerſitatibus, civitatibus, oppidis, conſilijs, collegijs, ordinibus, & confraternitatibus; quando præſes electionis, aut quiviscumque vovens eſt ſuſpectus: quia hujuſmodi electiones fiunt tunc permodum juriſdictionis, ut probatur *ex Ord. lib. 3. tit. 78.* in principio, & rectè appellantur, ut ex eàdem *Ord. patet* Vnde nihil mirum, quod recuſatio in illis procedat, & ita in veni judicatum ad favorem patris mei omni æuo à me & omnibus meis conterraneis memorãdi Domini. *Didaci Guerreiro Camacho*, qui meliori jam fruitur ęvo, contra auditorem provincię Auriquienſis, & optimo jure: quia ad ſubeunda munera publica optimi, &
8 meliores ſunt ſeligendi, ut late diximus in rubrica noſtri operis de munere judicis orphanorum *p. 1. & tradit Carleval de judicijs tit. 1. diſp. 1. per totam*, & electores mali bonas qualitates non inveniunt, niſi in ſuis, & ad digni-
9 tates, & officia non promovent, niſi ſuos amicos, conſanguineos, & amicos ſuorum amicorum, ſociorum, & conſanguineorum, vel promovendos proponunt: quaſi officia iſta, & dignitates jure maioratus deferantur: primum liniæ deſcendentium poſt tranſverſalium, tandem amicorum, ut raro videantur emergere, niſi qui aliquo horum graduum promotores contingant; ut his formalibus verbis ait *Carleval ſupra n. 22.*

Quod non ſolum procedit in univerſitatibus ſæcularibus, ſed 10
propter peccata noſtra in univerſitatibus regularibus, ut teſtãtur ipſimet regulares, prout videre eſt apud *Torrecilla tom. 1. de conſultas alegados equæſtiones tract.* 10. *conſulta* 3. *n.* 29. ubi per ſequentia verba miſeriam hanc exponit ibi: *quare deploranda eſt miſeria illorum conventuum provinciarum, ſeu religionum ſi quæ reperiantur, in quibus inventæ illæ Demonum ſcilicet factiones experiuntur, & vigent odio invicem ſe ſe habent factionarij de ſe invicem continuo murmurant, alter alterius notat actiones, inveſtigat, ſpeculatur, in calendario ſcribit, ne obliviſcantur, ut ſuo tempore ſuperioribus propalet interim divulgat curat adhibere teſtes ſemper alter in alterum machinatur irridet ſubſanat actiones: & quid quid à quocumque contraria factionis factum fuit culpat, maculat; & profitetur, ſe adverſarijs non credere, niſi cum dicunt domine non ſum dignus, connatur unuſquiſque in ſuã factionem trahere Novicios nõ dum habitu religionis inductos ſuum unum quodque factionis caput extollit, defendit, eorum vitia occultat protegit ne puniatur, immò favet ſecundum inclinationem, nè ab eo reſiliant, & ad adverſariam factionem tranſeant; ſi verò ſub levare voluerint alterum factionis accurrit caput, & loquitur ſublevan-*

*blevandi, plagas mortuas exſuſcitat, ignotas aperit, falſa fingit, teſtes ad omnia adhibet, ſi ſuperiores reſiſtant, proponit articulos, & juſtitiam poſtulat. Infinita prætereo, quæ præcordis anguſtia enarrare non valeo hactenus Peyrinus relatus à Torrecilla.*

11 Quare ubi fuerint factiones, quas Deus avertat, factionarij in electionibus, ſivè præſides ſint, ſivè tantum voveant, ex hac ſolum cauſa legitimè recuſantur, ut concludunt *Torrecilla Peyrinus, locis ſupra citatis*: quia electiones debent fieri liberè ita ut, quod in contrarium factæ ſint nullæ, ut probant *Oterus de officialibus reipublicæ cap.*2.*n.*32.& ſimiliter fieri non debent per factiones, & partialitates, ut infinitis rellatis docet *Oterus ubi proximè n.*37.niſi
12 partialitates ob maiora damna vitanda à principe eccleſiaſtico, ſeu ſæculari ſint permiſſæ, prout aliquando ſunt.

Recuſatio hæc apponi poteſt à quolibet univerſitatis: nam ex-
13 ceptio hęc eſt popularis, & ideò à quolibet intentari poteſt ex his, quæ latè *Oterus de officialibus reipublicæ cap.*3.*n. ult.* & *de paſcuis, & jure paſcendi cap.* 29.*per totum Curia Piſana lib.*2.*cap.*16.*per totum etiam Oterus de officialibus cap.*11.

Secundo infertur, quod non
14 ſolum elegentes, & voventes poſſunt recuſari, ſed etiam confirmantes, ſi partiales ſint alteriùs partis, vel inimici electi, vel ex aliqua cauſa, de quibus *lib.*4.*per totum* electo ſuſpecti exiſtant: tum quia confirmatio, ſeu caſſatio electionis eſt actus, qui fit per modum juriſdictionis, & ut ſupradiximus recuſatio locum habet in 15
actibus extrajudicialibus, qui fiunt per modum juriſdictionis: tũ quia confirmatio, ſeu caſſatio electionis aliqualem cognitionem ſaltem extrajudicialem requirit, 16
immò confirmationem ſiquis contradicat, ipſa judicialis efficitur, & confirmatio facta poſt contradictionem dicitur vera, & definitiva ſententia *Oterus pluribus citatis de officialibus cap.*6.*n.*22.& 23. 17
*a quibus venit rejiciendus Barb. qui lib.*1.*voto* 4.*a n.* 98. contrariũ evincere intendit.

Tertio infertur: quod ęſtimatores ſeu partitores ad ęſtimandũ, 18
& dividendum à civitate, ſeu oppido electi poſſunt recuſari, de quo jam diximus *hoc lib. cap.* 8. & *de munere judicis Orphanorum tract.*1.*lib.*1.*cap.*11. de quibus loquitur *Ord.lib.*3.*tit.*77.§.2.

Quarto infertur, quod recuſa- 19
tio non procedit quando quis novum opus ædificat, per quod alius lædatur: quia tunc læſo competit remedium nuntiationis novi operis de quo *agit Ord.d.tit.*77.§ 4.& *in toto tit.ff.* & *cod. de novi operis nuntiatione Ord.lib.*1.*tit.* 68. §.23.*ibi Pegas gloſſ.* 26.*per totam Mendes in praxi* 2.*p.lib.*1.*cap.*1.*n.* 132.& 136.*Phœbus* 1.*p. deciſ.*73.

*Fragoſ.de regimine reipublicæ* 1. *p. lib.7.diſp.*21.*n.*12; *Gomes ad l.*46. *Tauri n.*19. *Cardoſo in praxi verbo nuntiatio Farb.lib.*8.*controverſ. cap.*44.*cum ſequentibus.*

20 Quinto infertur, quod recuſatio non habet locum propter timorem, quem quis accipit ex malo ſibi inferendo: quia in tali caſu, vel poteſt adire judicem, ut pœnis ſibi viſis jubeat, ne timens lędatur ab eo, de quo timorem cõcipit *ex Ord.d.tit.*77. §. 5. ſed judex non debet procedere ad pœnas comminatorias, niſi priùs sũmariè juſtificata cauſa timoris, vel proteſtationem facere coram teſtibus contra illum, à quo damnificari timet *ex d.*§.5.&6.

21 Sexto infertur: quod recuſatio locum non habet ex timore accepto à debitore vel dato à creditore ex eo quia creditur pignus datum cum facultate vendendi ex certo tempore, vendere intendit: quia tranſactum eſt tempus redimendi: quia debitori ſubventum eſt per remedium proteſtationis, de quo in tali caſu uti *debet ex Ord lib.*3.*tit.*77.§.7.

22 Septimo infertur: quod recuſatio non babet locum ex eo: quia maior pars creditorum, vel reſpectu debiti, vel muneri perſonarum malitioſè egerit cum hærede debitoris ut adeat hæreditatem ſalva ſibi tertia, vel quarta parte hęreditatis: quia in tali caſu proviſa eſt altera pars creditorum pro teſtatione de qua uti debet ſecundum *Ord.lib.*7.*tit.*77. §. 8.

Octavo infertur: quod recuſatio locum non habet adverſus inferentem vim, ſivè impeditivam, ſivè turbativam, ſivè ſpoliativam: quia vim patiens movere poteſt contra vim inferentem remedia poſſeſſoria *ex Ord.lib.*3.*tit.*77.§.3 *de quibus in tit.Inſt. de interdictis*, & in varijs titulis ſatis notis tam in digeſtis, tam in codice, quam in jure canonico. 23

Verum quidem eſt quod ſi vis committatur in judicio à judice, vel extrajudicium à judice colore jurisdictionis, poterit ipſe judex ex hac ſola vi recuſari: quia judex, qui in procedendo metas juris, & judiciarij ordinis exceſſit recuſari poteſt *Abbas in cap.cum ſpeciali de appellationibus n.*3.*Sanch.in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.* 6. *cap.* 8. *n.*111. *Laurentius de Peyrinus de ſubdito religioſo to.*1.*cap.*19. *Barb. in votis lib.*1.*voto* 4.*n.*102. 24

Pro complemento hujus libri ſcire oportet, quod judex non poteſt recuſari ex eo, quod jam judicatus ſuſpectus fuit conſanguineo ſuo, vel quod alius judex conſanguineus judicis illi fuit judicatus ſuſpectus, niſi recuſans offerat recuſationem articulando de novo cauſas recuſationis, & probando ſimul prædictas cauſas tangere recuſatum, & conſanguinitatem intra ſecundum gradum juxta jus canonicum *ex Ord.lib.*3.*tit.* 21. §. 10.ibi *Barb.* niſi cauſa tangat honorem recuſati: quia tunc etiam extra 25 26 27

extra ſecundum gradum, imò uſ-
que ad mileſſimos procedet recu-
ſatio, prout eſt quando arguitur
macula, infamia, aut defectus no-
bilitatis in communi ſtipite: quia
tunc injuria infertur omnibus pro
cedentibus ex eadem ſtipite.

28 Notari etiam oportet, quod
non ſufficit, quod quis ſit recuſa-
tus in aliqua cauſa, ut in cæteris
omnibus recuſari valeat niſi cauſa
ex ſuâ naturâ generalis ſit quo ad
omnes prout inimicitia, aut ſimi-
lis, ſecus verò ſi cauſa ſit coarcta-
ta, ſeu limitata ad certas cauſas
29 prout eſt conſanguinitas, affinitas
ſeu quælibet alia ſimilis: ex gene-
ralibus regulis dictantibus, quod
generalis cauſa omnes compre-
hendit, & contra limitatum pro-
ducit effectum, de quibus *latè
Barb. axioma* 40. *&* 197. *per tota.*

Cancellarius recuſari non po-
30 teſt ad expediēdas chartas regias
*Cabedo* 1. *p.* 64. *deciſ.* 64. *n.* 6. *Pegas
ad Ord. lib.* 1. *tit.* 2. §. 8. *gloſſ.* 24. *nu.*
31 3. & memoria ſuſpicionum vulgo
*rol de pecados* non admittitur *ex
Ord. lib.* 1. *tit.* 1. §. 16. *ubi Pegas
gloſſ.* 99.

In reviſione etiā habet locū re-
32 cuſatio *Pereyra de reviſionibus
cap.* 24. *per totum ubi n.* 49. inquit,
quod judex recuſatus ſi in reviſio-
ne obtineat, tamen cauſam in
qua fuit recuſatus non reaſumet.

Illud denique ſupprimendū non
33 eſt quod per æquatores quos vul-
go *Lanſadores* ſeu *fintores* appel-
lamus recuſari poſſunt in per æ-
quādis collectis vulgo *ſizas uzais
pedido* & ſimilia: tum quia ubi po-
teſt dari appellatio poteſt dari re-
cuſatio ut milies diximus; ſed a
per æquatoribus datur appellatio
ad judicem ut docet *Balmaceda
de collectis q.* 14. *n.* 7. *Salgado de re-
gia protectione* 2. *p. cap.* 13. *n.* 25. *&*
26. *&* 4. *p. cap.* 3. *n.* 89. *Flores* 2. *va-
riarum q.* 21. §. 3. *n.* 138. *txt. in cap.
conſertationi de appellationibus in*
6. *ubi gloſſa & gloſſ. in l. ſi quis gra-
vatus de cenſibus & conſultoribus
& per æquatoribus lib.* 11. *ibi Peres
Avilles in cap.* 44. *prætorum nu.* 2.
*Olivanus de actionibus* 2. *p. lib.* 1.
*cap.* 14. *n.* 68. *Garcia de nobilitate
gloſſ.* 5. *n.* 10. *Scacia de appellatio-
nibus q.* 12. *nu.* 105. *Avendanh de
exequendo mandatu lib.* 2. *cap.* 14. *n.*
36. *Bobadilha lib.* 5. *politicorū cap.*
5. *n.* 35. *Solarſanus de jure indiarū
lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 6. ubi quod judex 34
poteſt alios nominare ut æſtima-
tiones & diſcuſſiones revideant,
a reviſione quorum appellatio nō
admittitur *Balmaceda ſupra n.* 10.
*Bobadilha n.* 35. *Oterus de officiali-
bus reipublicæ lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 54.
*& de paſcuis cap.* 15. *n.* 29. *Salga-
do de regia protectione* 4. *p. cap.* 10.
*n.* 149. *Tuſcus litera S. concluſione*
904. *n.* 5. *Giurba deciſ.* 35. *nu.* 7. *&
deciſ.* 66. *n.* 2. qui dicunt quod ap-
pelatio per partes renunciari vi- 35
detur, quoties reviſionis remedi-
um propuſuerunt: tum quia ubi
poteſt dari gravamen poteſt dari 36
recuſatio ut ſæpe diximus tum de-
nique quia recuſatio ſolum habet

in actibus extrajudicialibus, quæ fiunt per modum juriſdictionis: atqui perequatores per modum juriſdictionis peræquant ergo recuſari poſſunt.

Nec etiam eſt ſilentio traden-
37 dum quod cappitanij ſive aſalariati ſive auxiliares ſive quos vocamus *da ordenança* ſive quos maiores appellamus recuſari poſſunt: quia poſſunt gravare, & per modum juriſdictionis immo per verã juriſdictionẽ jubent: ſed illa recuſatio eſt aleganda gubernatori armorum illius provincię, vel cõſilio belli, ut precedente extrajudiciali informatione, audito duce, cujus juriſdictio recuſatur, juriſdictioni & poteſtati alterius non ſuſpecti recuſans committatur.

Examinatores ſive ad ordines ſuſpiciendas ſive ad confitendum, aut ad predicarium ſive ſint particulares, ſive ſint ſynodales recuſari poſſunt, quorum recuſatio, & cauſa illius eſt alleganda ei qui jubet examen ſubire, qui tenetur juſtam admittere, & ejus probationem recipere, quando cauſa probatione indigeret alias ab eo recte ad ſuperiorem appellatur ex his quæ Deo dante decemus *lib.*4. *cap.*1. *&* *lib.*6. quia nemo cogitur exameni, inimici ex alia cauſa ſuſpecti ſe ſubjicere quia agitur de honore, & fama examinãda, & ab ſuſpecto ut eſt oriri ſperare nefas eſt, & omnes famã honorẽque noſtram ſervare naturalis ratio compellit nam

*Omnia ſi perdas, famam ſervare memento,*
*Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.*

# LIBER QUARTUS

## CAPUT PRIMUM.

Recuſationis exceptio coram quo ſit proponenda, & quandò, & quomodò, quando judicis recuſati copia haberi non poteſt.

## SUMMARIUM.

1 *Recuſatio eſt proponenda coram judice recuſatio ante conteſtationem Litis, ſi ipſius copia haberi poteſt.*

2 *Recuſatio primò verbalitèr cũ expreſsione cauſæ eſt proponẽda coram judice recuſato.*

3 *Iudex verbalitèr recuſatus debet parti jubere, ut recuſationem, ad ſcripturam reducat, & ſequenti audientiâ offerat.*

4 *Si judicis copia haberi nequit ſufficit recuſationem proponere coram judice ordinario loci, vel coram Principe, ſeu defenſore.*

5 *Quandò judex copiam ſui non facit in publico, poteſt ab eo appellari coram judice ad quem, vel coram honeſtis perſonis.*

6 *Recuſationis libellus eſt proponendus in ſcriptis, nec ſufficit viva voce dicere, quòd judex eſt ſuſpectus.*

7 *Recuſatio judicis, & appellatio ab interlocutoria æquiparantur.*

8 *Appellatio in ſcriptis proferenda eſt.*

9 *Aliqui exiſtimant ſufficere recuſationem proponere viva voce; & facere notarium illam reducere in ſcriptis.*

10 *Iudex poteſt procedere in cauſa abſque periculo attentati, ſi recuſatio non offeratur uſque ad primam audientiam.*

11 *Recuſatio debet proponi ante conteſtationem litis, & ante omnes exceptiones, nè præſumatur tacitus conſenſus judicis.*

12 *Per conteſtationem litis conſentit, & approbat litigans judicem, ideò non poteſt recuſari, niſi ex cauſâ novâ.*

13 *Quandò ex intervallo poſt exceptiones dilatorias proponitur, recuſatio non valet.*

14 *Secùs verò, ſi intra triduùm proponatur, quia in continẽti*

*fiunt quæ intra triduum fiunt.*

15 *Mulier, minor, ruſticus, & ſimiles poſſunt poſt exceptiones dilatorias, etiam poſt intervallum, ante conteſtationem tamen recuſare.*

16 *In muliere, minore, ruſtico, præſumitur ignorantia juris.*

17 *Quandò in unâ, eademque ſcriptura proponitur recuſatio, & aliæ exceptiones, ſemper cenſetur poſita primò loco, licèt ultimò apponatur.*

18 *Attento jure communi erat controverſum, an recuſatio deberet apponi, etiam ante exceptiones, quæ judicium infirmant, & evacuant.*

19 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

20 *Debet eſſe priùs in ordine exceptio, quæ ordinat alias exceptiones.*

21 *Attento jure Regio recuſatio debet apponi ante exceptionem, quæ judicium infirmant, & evacuant.*

22 *Recuſatio debet apponi ante exceptionem incompetentiæ declinatoriam, poſt., minimè.*

23 *Actor, qui recepit mandatum ad aliquem citandum, ut compareat reſponſurus coram judice certæ actioni, poteſt ipſum judicem recuſare.*

24 *Recuſatio intentari non poteſt, niſi pendente causâ.*

25 *Cauſa ante citationem non dicitur pendere.*

26 *Citatio non eſt judicium, ſed præparatio ad judicium.*

27 *Oblato libello, & propoſitâ actione poteſt judicem recuſare actor.*

28 *Reus licet petat copiam actorũ judicem recuſare valet.*

29 *Comparens coram judice ſuſpecto non poteſt amplius illum recuſare.*

30 *Comparens coram judice ſuſpecto poſtquâm appoſuit incompetentiam, vel allegavit judicem ſuſpectum, non poteſt amplius illum recuſare.*

31 *Comparens coram judice ſuſpecto poſtquam recuſationem appoſuit, recuſationi renunciare cenſetur.*

32 *Comparens coram judice ſuſpecto, proteſtando ſe non conſentire, non cenſetur præſtare conſenſum.*

33 *Si recuſatus, non obſtante recuſatione, ad ulteriora progreditur, debet ab eo appellare recuſans.*

34 *Taliſque appellatio in ſcriptis eſt porrigenda.*

35 *Si aliquis cogatur cenſuris, ac pœnis comparere, & allegare de principali cauſa coram judice ſuſpecto, & proteſtetur non conſentire, conſenſum, præſtare non cenſetur.*

36 *Etſi non audeat quis ob reverentiam judicis proteſtare coram ipſo, ſufficit proteſtatio, quamvis occulta, ut non cenſeatur conſentire.*

37 *Appellans, & poſteà comparens coram judice inferiore, cenſe-*

*cenſetur renunciare appellationi, & juriſdictionem prorogare.*

38 *Comparens coram judice incompetenti debet proteſtari nolle in ipſum conſentire, nec in ipſius juriſdictionem; niſi quatenus de jure tenetur, & non aliàs, nec alio modo.*

39 *Si prædicta forma omittatur, poteſt ut contumax puniri.*

40 *Proteſtatio poteſt poni ultimo loco libelli, ſed tutius eſt illam opponere in principio antè omnia.*

41 *In unâ, eademque ſcriptura non datur prius ac poſterius.*

42 *Proteſtatio debet etiam apponi in recuſatione; quòd ſalvæ ſint proteſtanti exceptiones dilatoriæ, ſi fortè competunt.*

43 *Proteſtans hoc modo, ſi ſuccubuerit in recuſatione, poteſt poſtea proponere alias exceptiones dilatorias.*

44 *Sed quoad nos talis proteſtatio non requiritur, ut poſsint poſteà opponi exceptiones dilatoriæ.*

45 *Proteſtatio repetenda eſt in quacunque comparitione, aut inſtantiâ, aliàs cenſetur ab ea recedi, & approbari judex.*

46 *Cautè proteſtari poteſt, dicendo: proteſtatio hæc habeatur pro repetita in omni mea comparitione, & inſtantia, nec aliter comparere intendo.*

47 *Et ſi ita fiat, numquàm cenſetur comparentem conſentire in judice.*

48 *Proteſtatio, quæ fit in judicio debet repeti, non verò quæ fit extrà.*

49 *Proteſtatio non ſufficit ad excludendum conſenſum, quandò comparens fecit coram judice aliquos actus judiciales.*

50 *Si proteſtans obtinuerit jurare teſtes, vel aliud ſimile coram judice proteſtatio nihil operatur.*

51 *Proteſtatio ſolum operatur, ſi ſolùm comparetur.*

52 *Si fiant aliqui actus poſitivi, proteſtatio nihil operatur, tanquam facto contraria.*

53 *Limita ſi metu fiant, prædicti actus poſitivi.*

54 *Iudex poteſt recuſari in qualibet parte Litis a quocumque ex cauſa de novo ſuperveniente.*

55 *Iudex à partibus electus non poteſt recuſari, niſi cauſa de novo ſuperveniat.*

56 *Quæcumque exceptio dilatoria ſuperveniens litis conteſtationi, poſt illam poteſt apponi.*

57 *Exceptio delegatoria, quæ lite conteſtatâ incipit competere, tunc poteſt apponi in vim dilatoriæ.*

58 *Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio.*

59 *Vt cognoſcatur, ſi de novo emerſit exceptio debet referri juramentum recuſato.*

60 *Etiam poſt concluſionem in cau-*

ſâ

ſà poteſt apponi recuſatio ex cauſâ orta poſt concluſionem.

61 Non poteſt ſenator recuſari poſt concluſionem cauſæ ex cauſa præterita, quamvis recuſans juret de novo habere notitiam.

62 Secùs verò ante concluſionem cauſæ.

63 Iudex non ſenator poteſt recuſari etiam poſt conteſtationem litis, quamvis cauſa recuſationis ante illam habuerit ortum, dummodò ſit de novo cognita.

64 Recuſationis cauſa priùs eſt voce exprimenda, & poſteà coram ipſo judice in ſcriptis redigenda.

65 De jure Civili non eſt neceſſe cauſam recuſationis exprimere, ſed ſufficit illam allegare in genere cum juramento calumniæ, quod habetur loco probationis.

66 De jure Canonico eſt neceſſe exprimere in libello cauſam recuſationis, & illam probare, quod etiam eſt de jure Regio.

67 De jure Canonico Notarius poteſt recuſari ſolo juramento partis in omni caſu.

68 De jure Regio notarius poteſt recuſari ex levioribus cauſis, quam judex, debent tamen eſſe juſtæ, & probari.

69 Conſultor per judicem aſſumptus poteſt recuſari ſine probatione, & expreſſione cauſæ.

70 Conſultor datus à Rege, aut à partibus electus, non poteſt recuſari ſine expreſſione, & probatione cauſæ.

71 Quandò cauſâ ſuſpicionis non poteſt exprimi ſine ſcandalo, & tertij præjudicio, & perſona eſt notabilis, ſufficit partis juramentum, ubi ſervatur jus canonicum.

72 Reſolutio talis placet quando recuſatus acquieſcit, ſecùs verò ſi noluerit.

73 Iudex recuſatus ſi viderit recuſationem eſſe frivolam, poteſt illis non obſtantibus ad ulteriora procedere.

74 Poteſt tamen pars appellare, & appellatio eſt recipienda in devolutivo tantùm.

75 Poteſt cognoſci, quòd ſit frivola recuſatio ex ipſa recuſatione, v.g. ſi dicatur dediſſe judicem parti eleemoſinam.

76 Prout etiam ſi dicatur eſſe patrem, fratrem, aut conſanguineum partis, & veritas ſit in contrarium.

77 Aut ſi dicat non eſſe Doctorem, cum ſit, vel aliquid ſimile.

78 Vel ſi allegetur cauſa, quæ probata non relevat.

79 Seu ſi alleget cauſam à nullo Doctore ſaltem ſub controverſia relatam, licèt eam non amplectatur.

80 In recuſatione non datur juramentum ſupletorium ad ſuplementum probationis.

EGimus hactenus de judicibus, qui recuſari poſſunt, de perſo-

perſonis à quibus recuſari valent, & de cauſis, in quibus recuſatio intentari poteſt: Sequitur igitur recto ordine tractare apud quem recuſatio ſit proponenda, quando; & de cauſis, quæ ad recuſationem ſufficiunt, vel non, quæ materia ſatis diffuſa eſt & ſi pro dignitate ventiletur, longiori indiget diſcutione: ſed nos pictores imitantes, qui in brevi tabella univerſum orbem depingunt breviori quàm fortaſſe par eſt compendio materiam totam concludemus.

1 Recuſationis exceptio proponenda eſt coram ipſo judice recuſato ante litem conteſtatam, ſi modo ejus copia haberi poſſet, *ex l. apertiſsimi de judicijs. cap. 2. §. 3. ibi gloſſ. & in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus. Ordinatio noſtra lib. 3. tit. 21. in principio, & in §. 7. ubi Barb.* in quâ Ordinatio-
2 ne reſolvit legiſlator noſter recuſationem primo verbaliter cũ ex-
3 preſſione cauſæ, ſeu cauſarum, eſſe proponendam coram ipſo judice recuſato: ſecundo debere judicem parti jubere, ut recuſationem ad ſcripturam reducat, & in ſequenti audientia offerat. *Pereyra de reviſionibus cap. 8. nu. 22.*

4 Cæterum ſi ipſe judex, vel fuerit abſens, vel ipſius copia non fecerit, ſufficiet exceptionem recuſationis producere coram judice ordinario loci, aut coram Principe *ex tx. in l. cum ſpecialis 16. & ultima Cod. de judicijs*, ubi traditur, quod poteſt quis judicem delegatum ſibi ſuſpectum abſentem recuſare etiam non oblato ei libello, ſed defenſori, vel Principi, vel ordinario loci, & docet *ibi Barb. n. 1. & 2. Molina de juſtitia tom. 6. tract. 5. diſp. 23. nu. 3. & 4. cum antiquis Fluvius Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 45. num. 2.*

Sic etiam in ſimili videmus 5
idem contingere in appellatione, quæ licet producenda ſit coram judice à quo tamen ſi copiam ſui non fecerit in publico, poterit appellatio produci coram judice ad quem, vel coram honeſtis perſonis, ut traditur *in l. 1. §. adeundi ff. quando appellandum ſit, & in cap. fin. de appellationib. ibi Barb. n. 17. & 18. Gratian. cap. 10. Pacianus ſuprà.*

Hujuſque exceptionis libellus 6
proponendus eſt in ſcriptis, neq; ſufficeret ſi quis viva voce Iudicem ſibi eſſe ſuſpectum aſſereret; ut notat *gloſſ. in l. fin. Cod. de judicijs in verbo libellum, & gloſſ. in cap. 2. requiris §. 3. de appellat. cum antiquis tradit Pacianus ſupra, & apud nos eſt expreſſa Ord. dicto §. 7. Barb. in l. ultima nu. 4. & in dicto cap. 2. requiris 41. Gaillus obſ. 33. num. 13.*

Cũ enim recuſatio judicis, & ap- 7
pellatio ab interlocutoria æquiparentur, *ex Paciano ſupr. n. 10.* & valeat argumẽtũ de appellatione ad recuſationẽ, ut ex multis jã probavimus, quibus adde *Barb. in dict. l. apertiſsimi n. 11. & in votis deciſi-*

*voto* 4. infertur, quod ſicut appellatio in ſcriptis proferenda eſt, *ex cap.* 1. *de appellationib. in* 6. *Pa-*
8 *cianus ſuprà num.* 11. *Barb. referens infinitos in dicto cap.* 1. *à n.* 11 ita eodem modo recuſatio in ſcriptis proponi debet, ut concludunt omnes ſuprà citati.

Sunt autem, qui dicunt ſuf-
9 ficere, ſi quis viva voce recuſationis exceptionem proponat, & poſtea in actis ſcribi faciat per notarium actorum, de qua re videbis *Jacobum in dicta l. fin. num.* 12. *Pacianum ſupra num.* 12. *Barb. in dicta l. ult. num.* 5. *ubi alios citat*,
10 qui aſſerunt ſufficere eam intra triduum in ſcriptis offerre: quia apud nos eſt offerenda uſque ad primam audientiam *ex dicto* §. 4. alias judex ſine periculo attentati ad ulteriora procedere poteſt.

11 Porrò non ſolum hujuſmodi recuſatio debet proponi ante litem conteſtatam, ut ſuprà diximus, & probat noſtra Ordinatio *dicto titul.* 21. *in principio ubi Barboſ. multos citat*, & *ejus filius in dicta l. apertiſsimi num.* 1. *alios* allegat ex ea ratione, quia conteſ-
12 tando litem, conſentit quis in judicem, eumque approbare videtur, & quem ſemel quis approbavit, non poteſt amplius recuſare, niſi cauſa de novo ſuperveniat *ex Ord. in dicto principio*, & *ibi Barb. text. in cap. inſinuante* 25. *de officio*, & *poteſtate judicis delegati, ubi latè Barb. à num.* 1. *uſque ad* 6. *de quo infrà cap. inter* 20. *de ſententia*, & *re judicata, ibi Barb. num.* 2.

Verum etiam propter eam rationem præſumpti conſenſus; debet proponi ante omnes exceptiones dillatorias, quæ dantur contra libellum, vel contra actorem *Barthol. in l. non videtur ff. de judicijs Pacianus ſuprà nu.* 14. qui notant, quod ſi coram judice quis opponeret aliquam exceptionem; vel contra libellum, vel contra perſonam actoris videretur in judicem conſentire, nec poſtea poterit ipſum judicem recuſare.

Et ratio eſt, quia quando quis opponit exceptionẽ, videtur velle quod ſuper ea pronuncietur, & ob id cum in judicem conſentiat, à recuſatione ſe ipſum excludit. *Pacianus ſupra* & *in l. ſi convenerit ff. de juriſdictione omnium judicum gloſſ. in cap. inter monaſterium de ſententia* & *re judicata verbo ſubeunte ubi Barb.* & *in dicto cap. inſinuante.*

Quod profectò veriſſimum eſt quando exceptio recuſationis pro 13
ponaretur ex intervallo poſt exceptiones dillatorias, ut ait *Bald. in l. exceptione Cod. de probationib. num.* 12. *Pacian. ſupra n.* 17, ſecùs
verò quando intra triduum excep 14
tio recuſationis opponaretur, quia quę intra triduum fiunt, in continenti fieri conſentur, ut notat *Barb. in l. ultima Cod. de judicijs*, *num.* 5. & *de dictionib. dictione* 19. *n.* 2. *Gama deciſ.* 211. *n.* 2.

Aut

Aut quando opponens ex in-
15 tervallo eſſet ruſticus, minor, mulier, aut ſimiles aliæ perſonæ, quæ non cenſerentur in judicem conſentire propter ignorantiam
16 juris, quę in dictis perſonis pręſumitur, ex *Angelo in l. fin. Cod. de exceptionibus Pacianus dicto n. 17. Iazon in l. ſi Convenerit.* Vel quando in eodem tempore, & in eadem ſcriptura mix-
17 tim proponaretur una cum alijs exceptionibus: nam dato etiam quod ultimo loco ſecundùm ordinem ſcripturæ propoſita fuiſſet, tamen ſecundum ordinem intellectùs præſumeretur prius appoſita, & aliæ exceptiones cenſerentur poſtea appoſitæ conditionaliter, ſi & quatenus apparuerit eum eſſe judicem competentem *Barthol. in l. quidam conſulebat numer. 11. ff. de re judicata Iacobus de Sancto Georgio in dicta l. apertiſsimi cum omnibus ferè antiquis Pacianus dicto cap. 45. n. 18.*

18 Erat, attento jure communi, magna, & ſatis deſudata quęſtio, utrùm exceptio recuſationis proponi debeat, etiam ante illas exceptiones, quæ judicium infirmant, & prorſus illud evacuant, prout eſt exceptio in competentię, & fori declinatoria, ſeu alię ſimiles, in qua multi dixerunt exceptionem recuſationis poſſe opponi poſt prædictas exceptiones, etiam ſi foret ſequuta ſententia ſuper competentia judicis, & movebantur ex ea ratione, quia, qui apponit judicis in competentiam, carentiam juriſdictionis apponit, & ſi non adeſt, recuſari non po-
teſt, quia non entis nullæ ſunt 19
qualitates; & ideo ſi judex pronunciaverit ſe eſſe competentem, reducit juriſdictionem ad eſſe, & cum adſit merito poſt ſententiæ competentiam, recuſatio judicis opponi poterit.

Confirmant ſuam ſententiam ex originali doctrina *Bald. in l. exceptione Cod. de probationibus*, 20
ubi, ait, quod illa exceptio debet permitti in ordine, quæ ordinat alias exceptiones in proceſſu earum, non quę ordinatur ab illis, & ideo iſta exceptio [tu non eſt judex] præcedit exceptionem ſuſpicionis; item exceptio falſi procuratoris præcedit exceptionem ſuſpicionis, quia niſi foret procurator, non poteſt de recuſationis exceptione compromitti in arbitros; & ſi tu dixeris: ergo ſi judex valet pronunciare ſuper exceptione falſi procuratoris, jam eſt approbata perſona ejus, & conſequenter non poterit amplius recuſari? Reſpondent non eſſe per hoc approbatum judicem quia hoc fit ex ordine neceſſitatis opponendarum exceptionum, & neceſſitas non habet in ſe includere approbationem perſonæ. Propter has & alias rationes hanc partem tenent, ac tuentur poſt antiquos, quos referr,

& ſequitur *Fluvius Pacianus de probationibus lib.2.cap. 45.nu.19. 20.&21.Petra rictu 265.nu. 14. & 54. Carleval de judicijs titul.2. diſp.5. n. 8. ubi infinitos citat, noviſsimè De luca in praxi judiciaria cap.19.n.4.*

21 Inſpecto tamen jure noſtro patrio, contrarium eſt dicendum *ex Ord.lib.3.tit.21.§.2.* ubi legisla-
22 tor noſter reſolvit exceptionem recuſationis, ita exceptionem incompetentiæ, præcedere debere, ut ſi pręcedat declinatoria fori recuſationi locus amplius aperiendus non ſit, & rationem præſtat idem legislator, nempe, quia opponens exceptionem declinatoriam, in judicem cōſentire cenſetur. Ob quam rationem jam ſuprà allegatam, etiam in terminis juris communis hanc partem, quam amplexus fuit ordinatio, non ita veriorem eſſe tradit *Fontanella deciſ.17.n.1.&2.fuſiſſimè reſpondendo ad contraria Andreol. controverſ.430.a n.22.&23.Barboſ.in dicto* §.2.

Hinc Pullulat dubium, an ac-
23 tor, qui mandatum à judice impetravit ad citandum aliquem ad reſpondendum ad certam actionem in ſuo judicio proponendam poſſit talem judicem recuſare, & ratio dubitandi eſt: quia pars, quæ petit à judice mandatum ad citandum reum ad in ſuo judicio comparendum videtur in judicem conſentire; ſed pars, quæ in judicem conſentit amplius eum recuſare non poteſt: ergo pars, quæ à judice comparavit mandatum, ad reum citandum, ut coram ipſo judice compareat, amplius talem judicem recuſare non poterit.

Oppoſitum tamen, pędicta 24
ratione dubitandi non obſtante, 25
eſt dicendum: quia ex noſtra Or- 26
dinatione *lib.3.tit.21.§.3.* recuſa-
tio intentari non poteſt, niſi pen- 27
dente cauſa, ut jam diximus, & cauſa ante citationem pendere non dicitur, nec citatio eſt judicium, ſed preparatorium ad judicium; ideoque oblato libello, ſeu propoſita actione, poterit actor judicem recuſare, & ei non obſtat citatio juſſu judicis facta: ſicut reo non obſtat, quod copi-
am actorum petat, à judice quem 28
recuſare intendit, *ex Ord.ſuprà* §. 1. quia non ſunt actus ob quos inducatur conſenſus; immò potius neceſſarij ad præparandam recuſationem.

Diximus comparentem coram 29
judice ſuſpecto illum amplius nō poſſe recuſare *ex l.ideo ff. de condictione furtiva, l.ſed, & ſi ſuſceperit in principio ff.de judicijs l.fin. Cod. de exceptionib. cap. inter* 20. *de re judicata, ibi Barb. Maſcard. de probationib.concluſ.953.nu.34. Ripol.variar.cap.2.nu. 86. Covas practicar.cap.26. ubi latiſsimè Faria Iranzo de proteſtatione cap. 4. n.1.2.&3.*

Quod adeo verum eſt, ut ha- 30
beat locum ſi coram judice compareat

pareat

pareat poſteaquam appoſuit in-
31 competentiam, vel allegavit judicem ſuſpectum: quia videtur renuntiare hujuſmodi exceptioni *Iranzo ſuprà num. 4. Salgado de ſupplicatione ad ſanctiſsimum 2.p. cap.2.n.43.& nos latè diximus de munere judicis orphanorum cap. 14 tract.1.lib.8.*

32 His poſitis, quęritur, an comparatio cum proteſtatione de non conſentiendo, excludat conſenſum; & pro parte affirmativa reſolvunt *Lancellotus de attentatis 2.p.cap.6.n.30.& 36.Iranzo dicto cap.4.n.5.Ripol.dicto cap.2.a num. 115.Scacia de judicijs cap.101.nu. 28.Gratian.cap.100.n.28.Galeratus de renunciationib. lib. 5. cap. 6. n.27.Barb.de clauſulis, clauſul.20 Iacob. Laurent, de judice ſuſpecto cap.14.n.53. Poſtius de manutentione obſ.85.per totam Fermoſinus in cap.ſignificaſti 18. de foro compet. ti q.3.n.1.* & ſi judex recuſatus nō
33 obſtante recuſatione, ad ulteriora procedat, tunc recuſans debet appellationem interponere ab ulteriori progreſſu cauſæ *Iranzo ſu-*
34 *prà n.6.* ubi cum alijs tradit hanc appellationem eſſe in ſcriptis porrigendam.

35 Doctrina, quæ ampliatur, ut procedat, quamvis comparens coram judice ſuſpecto, aut competenti cogatur cenſuris, ac pænis comparere, & allegare de cauſa principali à præfato judice, tunc enim pręmiſſa proteſtatione, eti-
36 am occulta [ ſi non audet ob reverentiam coram judice proteſtari ] non cenſebitur in judicem conſentire; quoniam in hoc caſu non videtur liberè, & ſpontaniè comparuiſſe, ſed metu coactus, in qua ſpecie talis comparitio nihil operabitur. *Iranzo dicto cap.4.n.8.& 9.Salgado de ſupplicatione ad ſanctiſsimum 2.p.cap.17.n.5.*

Confirmatur omne ſupradictum, ex eo quia appellans comparens coram inferiore judice abſ- 37
que proteſtatione cenſetur renuntiare ſuæ appellationi, & juriſdictionem ejuſdem judicis inferioris prorogare, *ex cap.ſolicitudinem de appellationib. cap. gratum de officio delegati, ubi cum multis Barb. Ord.lib. 3. tit. 70. in principio, ubi cum alijs Barb. Iranzo ſupra n.* 18. *Salgad.de protectione 1.p.cap.5.n. 76.Scacia de appellationib.q.17. limit.2.a n.12.*& tamen ſi compareat cum proteſtatione de non prorogando, ei non nocet talis comparitio.

Proteſtatio facta in comparitione coram judice in competenti, 38
ita fieri debet, ut dicat proteſtans nolle in ipſum conſentire, nec in ipſius juriſdictionem, niſi quatenus de jure tenetur, & non aliàs, nec alio modo, aliàs enim omiſſa hac forma, tanquam contumax, 39
puniri poteſt. *Ripol. ſuprà n.* 117. *Iranzo ſupra n.* 10. quæ proteſtatio reſpiciens judicis recuſationem, aut illius incompetentiam, 40
tutius eſt quod præmittatur ante omnia contenta in libello, ſeu

Q3 ſcrip-

ſcriptura, quæ proponitur coram
judice, id eſt ante omnes alias ex-
ceptiones, quamvis ſi opponatur
proteſtatio ultimo loco, non ideo
41 minus utilis erit, cum in eadem
ſcriptura non detur prius ac poſ-
terius, *ex* §. *ante hæredis inſtituti-
onem*, *Inſt. de legatis*, prout tenet
in terminis *Iranzo ſuprà num.* 12.
*Coſta de ſcientia*, *& ignorantia
centuria* 1. *diſtinct.* 88. *a num.* 16.
42 Talis quidem proteſtatio, etiam
in eodem libello, in quo propo-
nitur recuſatio, debet opponi,
[ſi aliæ competant exceptiones
dilatoriæ) quod illæ ſalvæ ſint
proteſtanti, ut eas poſſit poſtea
apponere, ſi fortè ſuccumbat in
43 cauſa recuſationis; ac utique in-
terveniente reſervatione, & pro-
teſtatione, non amittit proteſtans
jus opponendi alias dillatorias.
*Iranz. ſuprà dicto n.* 12. *Miranda
ordinis judicialis q.* 21. *art.* 2. *&* 4.
*num.* 34. *tom.* 2. quæ proteſtatio
quo ad nos non requiritur, ut cæ-
44 teræ dilatoriæ exceptiones ſalvæ
maneant, cum apud nos opponi
non poſſint ante recuſationem,
ut ſupra notavimus.

45 Hæc proteſtatio repetenda erit
in quacunque comparitione, aut
inſtantia aliàs videtur ab ea receſ-
ſum, & comparens ſimpliciter abſ
que illa in judicem conſenſiſſe, il-
liusque perſonam approbaſſe.
*Gratian. dicto cap.* 100. *num.* 27.
*Iranzo dicto cap.* 40. *n.* 13. *Lancel-
lot. dicto cap.* 6. *n.* 30. *Fermoſinus in
cap. ſi quis contra* 4. *de foro compe-
tenti q.* 21. *n.* 19. *Barb. voto* 4. *num.*
106. *lib.* 1. *Morla diſp.* 7. *cap.* 6. *dub*
14. *n.* 151. niſi proteſtatio ita fue- 46
rit concepta, ut ipſa non ſolum 47
habeatur pro facta in prima inſ-
tantia, ſeu comparitione, verùm
& repetita in omnibus, & ſingu-
lis comparitionibus, & inſtantijs,
& quod proteſtetur, quod aliter
non intendit comparere niſi repe-
tita proteſtatione argumento *txt.
in l.* 3. *ff. quibus modis uſusfructus
amittatur Iranzo ſupra n.* 14.

Illud enim datur diſcrimen in-
ter proteſtationem, quæ fit in ju- 48
dicio, vel extra; quod illa eſt re-
petenda in quolibet judiciali, non
utique hæc: nam iſta ſufficit quod
ſemel fiat, ut docent *Iranz. ſuprà
n.* 15. *Ramon. conſ.* 56. *n.* 10. *Grati-
an. cap.* 959. *nu.* 22. *Duard. de cen-
ſibus*.

Ad evitandum conceſſum præ 49
ſumptum ex comparitione coram
judice ſuſpecto, aut in competen-
ti, non ſufficit proteſtatio, quan-
do comparens fecerit coram eo-
dem aliquos actus judiciales, ut ſi
verbi gratia, obtinuerit jurare te- 50
ſtes, vel ſimiles, quia interveni-
entibus ſimilibus actibus poſiti-
vis, proteſtatio nihil operari po-
teſt, ut diximus de munere judi-
cis orphanorum *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.*
11. *& tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. ſolum- 51
que proteſtatio operabitur, ſi re-
maneat ſola comparitio cum pro-
teſtatione; aliter enim ſi fiant ac-
tus poſitivi, proteſtatio dicitur fa-
cto contraria, ideoque non rele- 52
vat,

vat, niſi fecerit tales actus, metu
53 interveniente: nam cùm id egerit
involuntariè, idem eſt ac ſi non
feciſſet *Iranz.de proteſtatione cap.*
40.*num.*17.

54 Diximus etiam comparentem
coram judice non poſſe illum am-
plius recuſare, quæ concluſio in
ſe licet veriſſima ſit, ut ex hacte-
nus dictis ſufficienter patet; eſt
tamen intelligenda ex cauſis præ-
cedentibus comparitionem, non
verò ex cauſis ſupervenientibus,
& poſt illam de novo emergenti-
bus; quia ex cauſa orta poſt con-
teſtationem litis, & poſt compa-
ritionem, etiam ſpontaneam, &
voluntariam, judex recuſari po-
teſt, ut probatur *ex tx.in cap. inſi-*
*nuante* 25.*de officio & poteſtate ju-*
*dicis delegati, ubi Barb.nu.*1. *&* 5.
*infinitos citat, & ex Ord.lib.*3. *tit.*
21.*in principio, ubi ejus pater Barb*
*alios dat concordantes n.*4. *Pereyra*
*in promptuario juris verbo judex*
*quo ad recuſationem n.* 890. *Thome*
*Vaas alleg.*96.*n.*7.8.*&* 9.*late Fon*
*tanella deciſ.*17.*&* 18.*per totas.*

55 Ampliatur, ut adeo vera ſit,
quòd licet judex à partibus, ſeu à
parte electus, non poſſit aparte
qui illum petivit, recuſari; ex au-
thentico *offeratur Cod. de litis con*
*teſtatione cap.cum olim* 7. *de cauſa*
*poſſeſſionis, & proprietatis, ibi*
*Barb.n.*2.*Gratian. cap.* 100. *num.*
31, *Maranta de ordine judiciorum*
*p.*6.*actu* 1.*n.*76. *Maſcard. de pro-*
*bationib.concluſ.*952.*n.*42. *Vlaſc.*
*de partitionib.cap.*9.*nu.*23. *&* 24.
*Scobar de ratiocinijs cap.*9.*nu.*14.
*Barb.in dicto principio Ord.nu.*5.
tamen ſi aliqua nova cauſa ſuper-
veniſſet, quæ redderet judicem
ſuſpectum, poterit ab elegente
recuſari, utpotè ſi poſtquam fuit
electus familiaritatem, vel mag-
nam amicitiam cum parte adver-
ſa contraxit, ut docent omnes ſu-
prà citati, quibus adde quos re-
fert *Barb.in dicto cap.inſinuante n.*
5.*& cum multis n.*6.

Hujus ampliationis duplex ra- 56
tio aſſignari poteſt. Prima, quia
exceptio quæcunque dillatoria
ſuperveniens poſt litem conteſta-
tam poſt illam, apponi poteſt.
*Barb.in dicto cap.inſinuante nu.*4.
*Covas practicarum cap.*16.*nu.*2.
*ibi cum infinitis Faria*; ideo excep- 57
tio delegatoria, quæ lite jam con-
teſtata incipit competere; poteſt
tunc apponi in vim dilatoriȩ *Co-*
*vas* 1.*variar.cap.*16.*n.*13.*ibi Fa-*
*ria Barb.ſupra n.*6.*Fontanella de-*
*ciſ.*17.*&* 18.

Secunda eſt, quia quæ de no-
vo emergunt, novo indigent au- 58
xilio *ex l.de ætate §.ex cauſa de in-*
*terrogatorijs actionibus Barb.in di-*
*cto principio n.* 4. *ejus Filius Barb.*
*in cap.cum olim* 7.*de cauſa poſſeſſi-*
*onis, & proprietatis n.* 2. & ſuper 59
hoc deferendum eſt juramentum
ipſi recuſato; *uterque Barb. locis*
*citatis Gratian.cap.*100.*n.*31.*An-*
*frerius intit.de recuſationib.q.ulti-*
*ma Fontanella deciſ.*17.

Ex quibus rationibus procedit,
quod etiam poſt concluſum in 60
cauſa,

çauſa recuſatio intentari valet, dummodo cauſa recuſationis habeat ortum poſt concluſionem. *Barb. in dicto principio Ord. lib. 3. tit. 21. num. 4. in fine Gratian. ſupr. n. 32. Barb. in cap. inſinuante 25. de officio & poteſtate judicis delegati n. 3. Covas practicar. cap. 26. num. 2. ibi cum multis Faria Maſcard. de probationib. concluſ. 951. n. 36. & probatur ex dicta Ord. dicto*
61 *tit. 21. §. 5.* ubi legislator noſter
reſolvit Senatorem non poſſe recuſari ex cauſa de præterito poſt concluſionem in cauſa, quamvis recuſans juret ſe de novo habere
62 notitiam: ergo à contrario ſenſu,
ex cauſa, quę ſupervenit poſt cõcluſionem poterit Senator recuſari. *Thome Vaas alleg. 96 num. 43 44. & 45. Pereyra in promptuario juris, verbo judex quo ad recuſationem num. 895. & 906. omnino videndus Valaſc. conſ. 115. per totam Phœbo 2. p. areſt. 41. Pereyra in promptuario verbo ſuſpicio num. 1841. in fin. Mend. in prax. 1. p. lib. 3. cap. 19. n. 30.*

63 Extra caſum de quo proximè, & extra Senatores, de quibus ſuprà cæteri judices, etiam poſt litem conteſtatam poſſunt recuſari ex cauſa, quæ ante conteſtationem litis habuit ortum, dummodo tunc ad recuſantis notitiam perveniat, & recuſans ſic juret, aliàs non obſtante recuſatione, poterit judex ad ulteriora procedere. *Fontanella deciſ. 18. ubi latè* de probatione novæ notitiæ, quando ponuntur recuſationes extra tempus.

Diximus denique cauſam re- 64
cuſationis eſſe prius voce exprimendam, & poſtea coram ipſo judice in ſcripturam redigendam & ita probatur *ex noſtra Ord. lib. 3 tit. 21. §. 4. ubi Barb. n. 1. 2. 3. & 4. penè infinitos citat.*

Sciendum tamen eſt, quod inter jus Civile, & Canonicum plu 65
res in materia recuſationis dari diverſitates, inter quas una, & multùm præcipua eſt, nam jure Civili recuſationis cauſa non eſt neceſſario exprimenda, ſed ſufficit allegatio ſuſpicionis in genere cum juramẽto de calumnia, quod calumniosè ſe non recuſat, & erit hoc juramentum loco probationis *ex leg. apertiſsimi 18. l. cum ſpecialis ult. cod. de judicijs, ubi Barb.* 66
*multos citat*; at jure canonico cauſa recuſationis in libello recuſatorio exprimenda, & probanda, *ex tx. in cap. cum ſpeciali 61. de appellationib. ubi Barb. multos citat, & in cap. 2. requiris 41. §. 1. eodem tit. ubi etiam Barb. alios dat Gaillus lib. 1. ob. 33. n. 14. Xamar. de officio judicis 1. p. q. 12. n. 127.* quam juris Canonici diſpoſitionem amplectendam eſſe tradit *Ord. noſtra in dicto* §. 4. ut ibi advertit *Barb.* & ferè in toto chriſtiano orbe juris Canonici diſpoſitio in hac materia ſervatur, ut teſtes ſunt omnes ſuprà citati, & illi quos affatim citat uterque *Barb.* in locis allegatis, quibus adde alios, quos

refert

refert & ſequitur *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. n. 1. & 2*

67 Solet limitari hæc diſpoſitio juris Canonici, & per conſequens noſtræ Ordinationis diſpoſitio, quæ recipit ampliationes, & limitationes à jure, à quo deſumpta eſt, in aliquibus caſibus, & primò in Notario, qui indiſtinctè, attento jure canonico, ratione ſuſpicionis, ſolò juramento partis recuſari poteſt, ut tenet *Xamar ſuprà n. 123. Alexand. conſ. 4. n. 2. ubi plures ad hoc allegat Gaillus*
68 *obſ. 33. à n. 17.* Sed hanc limitationem, quam recipit jus Canonicum, non patitur noſtrum jus ſecundum quod licet Notarius ex levioribus cauſis recuſari poſſit, quam judex nihilominus ex juſta, & legitima cauſa probata venit removendus, *ex Ord. lib. 3. tit. 23. Cabedo deciſ. 45. in fin. p. 1. Gratian. cap. 100. nu. 53. & 58.* & ſic ſe habet conſuetudo univerſalis noſtri Regni.

69 Secundo ſolet limitari in conſultore per judicem aſſumpto: quia poteſt ſuſpectus recuſari ſine probatione cauſæ, cum agatur de levi præjudicio. *Fluvius Patian. de probationib. lib. 2. cap. 45. n. 3. & 53. Tuſcus practicar. verbo ſuſpicio concluſ. 907. num. 13. & concluſ. 413. nu. 30.* ubi ait, quod recuſatur ſine expreſſione cauſæ *Xamar de officio judicis 1. part. quæſt. 12. numer. 125. Gabriel Berart. in ſpeculo viſitationis ſecula-*
70 *ris capitul. 6. numer. 31. & 32.* quę limitatio, etiam attento jure noſtro, nobis vera videtur niſi conſultor ſit à Rege datus, ſeu à partibus electus, quia tunc recuſari non poteſt abſque expreſſione, & probatione cauſę, ut advertit *Berart. dicto n. 32.*

Tertio ſolet limitari in judice, 71
quando cauſa ſuſpicionis non poteſt exprimi ſine ſcandalo, & præjudicio tertij maximè ſi ſit notabilis perſona, tunc etiam ubi ſervatur jus canonicum, ſufficit partis juramentum, ut poſt alios tradunt *Patian. dicto capitul. 45. numer. 58. Xamar dicta quæſt. 12. num. 124. Cancer. 1. varian. cap. 21. num. 35. & noviſsimè Deluca in praxi judiciaria capit. 17. num. 9.* quam limitationem recipimus;
quando recuſatus acquieſcit, ſecus verò ſi judex acquieſcere noluit, & reſpondeat, quod occurrant ſuo Marte ſuſpiciones *Deluca dicto nu. 9. Fontanella deciſ. 3.* & meritò quia alias ſi ex hoc tantum poſſit involuntarius recuſari ſuſpectus, eſſet in manu partium aſſerere, & jurare judicem ſibi eſſe ſuſpectum ex cauſa, quæ ſine ſcandalo exprimi non poteſt *latè Fontanella deciſ. 3. per totam*, ubi quid faciendum quando non vult à recuſatione ſe abſtinere *Cabedo 1. p. deciſ. 45. num. 6. Pereyra in promptuario juris, verbo judex quoad recuſationem n. 904.* 72

Recuſationibus oblatis, ſi judex recuſatus eas viderit, & agnoverit eſſe frivolas, poterit, 73

R illis

illis non obſtantibus ad ulteriora
procedere quia judex ipſe poterit
recuſationes frivolas per ſe rejice-
re, & illis non obſtantibus ad ul-
teriora procedere, ut cum infini-
tis tradidimus de munere judicis
orphanorum *tract. 2. lib. 8. cap. 14.*
*limitatione 3. & hoc tract. lib. 1.*
*cap. 19.* quibus adde *Deluca in*
*praxi judiciaria cap. 19. numer. 2.*
*Fontanella decis. 7. per totam Ga-*
*ſinus de defenſione reorum defenſ.*
*1. cap. 21. num. 63. latè Andreolus*
*controverſ. 430. num. 32.* à qua re-
jectione poterit pars ad ſuperio-
rem appellare, & talis appellatio
74 recipienda eſt in devolotivo tan-
tum: quia ſicut recuſatio frivola
falſa, & fruſtatoria judicis offici-
um non ſuſpendit, ita appellatio
à rejectione ſuſpendere non de-
bet, cum appellatio, & recuſa-
tio à pari procedant, & de una
ad alteram validiſſimum ſit argu-
mentum latè *Fontanella decis. 7.*
*num. 11. & 12. & 17. Cortiada*
*decis. 19. n. 67. & 68. & nos lib. 5.*
*cap. 1.*

Frivola, falſa, & fruſtatoria,
75 quæ dicatur recuſatio, ut ab ipſo
judice ſine periculo attentati, &
abſque eo quod de damno, & ex-
penſis recuſanti teneatur legitimè
hic interrogabis? *Deluca ſupra*
*dict. n. 4. Petraritu 265. n. 52.* di-
cunt recuſationem eſſe frivolam,
fruſtatoriam, & falſam, ſi ex ipſa
recuſatione appareat illam eſſe
frivolam, ut puta, ſi dicat judi-
cem dediſſe parti eleemoſinam
vel eſſe patrem, aut fratrem, aut
conſanguineum partis, quod non 76
ſit verum, vel dicat non eſſe 77
Doctorem, aut ſimilia; quæ eſ- 78
ſe à veritate aliena conſtat, vel 79
ſi deducatur cauſa, quę probata
non relevaret, vel alleget cau-
ſas, quæ non ſint de ennumera-
tis per ſpiculatorem *in titul. de re-*
*cuſationibus, ut tradit Fontanel-*
*la decis. 7. numer. 6. & 7.* vel ab
aliquo Doctore, quamvis ſub
controverſia: & ratio eſt; quia
toties quoties allegatur cauſa re-
cuſationis de qua nullus Doctor
egit talis cauſa cenſenda eſt frivo-
la, & fruſtatoria, ex his quæ *Ca-*
*bed. 1. p. decis. 45. n. 2.* ubi docet ju- 80
ramentum ſuppletorium non dari
in ſupplemento probationis recu-
ſationis, quia hic caſus non inve-
nitur numeratus à DD. inter ca-
ſus, in quibus pro ſupplemento
probationis juramentum ſupple-
torium admittatur; quare ſi cau-
ſa recuſationis allegata non fuerit
ex his, quas nos in hoc tractatu
dabimus, frivola, & falſa, ac fruſta-
toria erit reputāda; quia omnes
traditas à DD. fideliter dabimus,
ita ut nulla alia nobis aſignetur.

Eſt tamen advertendum, quod
ad hoc ut recuſatio, tanquam fri-
vola rejiciatur, non ſufficit,
quod ſecundum opinionem non
ſit admiſſibilis, ſed neceſſario
requiritur, quod nullum pro ſe ha-
beat Doctorem, quia cum hæc ma-
teria ſit arbitraria judici, ut dice-
mus, ſufficit, quod ſit opinativa,
ut

ut frivola non dicatur. *Gaſinus defenſ. 1. cap. 21. n. penult. de quo vide infra cap. 9. illactione 18. §. ex omni latere.*

## CAPUT II.

An, & quando Iudex ex capite inimicitiæ recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Referuntur Doctores de hac materiâ agentes, & numerus cauſarum, quem referunt.*

2 *Inimicitia eſt una ex principalioribus cauſis recuſandi judicem.*

3 *Non ſolum judex inimicus, ſed etiam omnes de familia, & domo illius recuſari valent.*

4 *Quod etiam procedit in inimicitia orta à recuſante ante litem.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu valet, dum non datur diverſa ratio.*

6 *Poteſt recuſari ex capite inimicitiæ præſumptæ ille, qui eſt conſanguineus partis, aut cum illa contraxit parentelam*

7 *Poteſt etiam recuſari ille, qui contraxit amicitiam particularem cum parte, poſtquam ipſa fuit mea inimica.*

8 *Conjuncti, & confœderati præſumuntur eſſe ejuſdem intentionis.*

9 *Iudex amicus inimici mei poteſt recuſari, nec citatus teneor coram illo comparere.*

10 *Si filius, aut filia judicis fuerunt repudiati ad contrahendum matrimonium à parte, poteſt judex propter hoc recuſari.*

11 *Prout etiam quandò repudiatur conjunctus.*

12 *Si judex aliquandò intulit injuriam parti, vel ſuis, poteſt recuſari.*

13 *Iudex poteſt recuſari, quando eſt ſubditus unius partis.*

14 *Quamvis judex ſe non oſtendat inimicus poteſt recuſari, ſi pars probet juſtam cauſam inimicitiæ.*

15 *Ad recuſandum judicem ſufficit quælibet cauſa probabilis inimicitiæ, etiam nõ capitalis, ſeu quòd inimicus, reputetur.*

16 *Si judex eſt amicus reconciliatus partis, poteſt ab ipſa recuſari.*

17 *Teſtis reconciliatus repellitur à teſtificando.*

18 *Iudex æqualitèr inimicus utriuſque partis, poteſt recuſari.*

19 *Par odium, & par affectio idẽ non operantur.*

20 *Poteſt recuſari judex, ſi deſinit ſalutare partem, prout anteà ſolebat.*

21 *Inimicitia præſumitur quotiès quis non alloquitur, nec ſalutat eum, quem prius alloqui, aut ſalutare ſolebat.*

22 *Commiſſa cauſa cum clauſula [recuſatione remota] non intelligitur remota recuſatio propter inimicitiam.*

 23 *Alle-*

23 *Allegatio inimicitiæ non ſufficit, ut removeatur judex, niſi probetur, & cauſa, undè fuit orta.*

24 *Nemo præſumitur proximum ſuum odio habere.*

25 *Inimicitia probatur conjecturis.*

26 *Per teſtes ſingulares deponentes de diverſis actibus tendentibus ad eundem finem probatur inimicitia.*

27 *Index non poteſt recuſari, quandò inimicitia eſt procurata, & affectata à recuſante, ut judicem recuſare poſſit.*

28 *In Gallia graviter puniuntur procurantes, & affectantes inimicitiam, ut judicem recuſent.*

29 *Qui infamat judicem per plateas, & domos de criminibus, & erroribus officij, ut poſſit judicem recuſare, illum ſuſpectum dicere nequit.*

30 *Nec etiam qui quærit occaſionem rixandi cum judice, vel judicis libero, famulo, aut conſanguineo judicem recuſare poteſt.*

31 *Poterit tamen recuſari judex, ſi ſe oſtenderit inimicum.*

32 *Iudex nequit recuſari, quando pars eum fecit citare ad aliquam litem cum eo agitandam cujus cauſa ante cognitionem judicis exiſtebat.*

33 *Pars injurians judicem poſt quam coram illo cæpit litigare, non illum poteſt recuſare, licèt ex injuriâ oriatur inimicitiâ reciproca.*

34 *Arbitrio judicis relinquitur judicare, quæ inimicitia ſufficiat ad recuſandum judicem.*

35 *Quotiès eſt veroſimile judicem fuiſſe commotum ad odium ex offenſione recuſari poteſt.*

36 *Sufficit, quòd detur inimicitia, ſeu odij cauſa, licèt non oſtendatur, ut judex recuſari valeat.*

37 *Si recuſans cum eſſet judex condemnavit civilitèr, aut criminalitèr judicem, aut ejus parentes, fratres, conſanguineos, propinquos, aut familiares, illum recuſare poteſt.*

38 *Si judex aliquandò protulit verba injurioſa, aut minatoria contrà recuſantem, recuſari poteſt.*

39 *Iudex ſi fuerit ex aliqua familia, quæ habet graves inimicitias cum familia recuſantis, recuſari poteſt.*

40 *Ita ſimiliter ſi judex fuerit oriundus ex una terra, quæ habet graves inimicitias cum alia.*

Adeſt in præſenti prima cauſa recuſationis, quarum 28. refert *Cardozo in praxi verbo recuſatio* 40. Iacobus de S. Ieorgio *in l. apertiſſimi* 14. *Cod. de judicijs*, alteras 40. Maranta *de ordine iudiciorum p.6. à n.*27. Similes *Calvacan. deciſ.*28. & *Gaſinus de defenſione reorum defenſ.* 1. *cap.* 21. .84 Au- 1

Aufrerius *in cap. 1. cſtremo de appel*
*dationibus* 90. *Carraſcus ad novã*
*recopilationem cap.* 9. 110. *Api-*
*cella in tutamine pauperum tit. de*
*de ſuſpicionibus officialium*, quas
ferè omnes dedit *Fermoſinus in*
*cap. ſi quis contra* 4. *de foro compe-*
*tenti*, & nos remiſſivè dedimus *in*
*tract. de inventario lib.* 1. *cap.* 11. &
nunc in individuo, & numero de
omnibus agemus, abſque eo quod
in longum diſtrahatur calamus
reducendo omnes ad quatuor cau
ſas, de quibus *in tx. in cap. quatuor*
78. *cauſa* 11. *q.* 3. à quibus, tan-
quam à fonte omnes fluunt. Scili-
cet, odium, amor, timor, & cupi-
ditas.

Inimicitia eſt una ex principa-
2 lioribus cauſis recuſandi judicem
ut docet *Fontanella deciſ.* 14. *n.* 1.
latius *Carolus de Graffis de excep-*
*tionibus exceptione* 24. *Cardozo in*
*praxi verbo recuſatio n.* 30. *Queſa-*
*da Pilo controverſ. forenſ. cap.* 37.
*per totum tx. in cap. Quamvis, ibi*
*gloſſ. de Procuratoribus in* 6. *ex ta-*
*tionibus de quibus lib.* 1. *cap.* 1. *per*
*totum Barb. in cap.* 2. *requiris de ap*
*pellationibus n.* 7. *&* *voto* 66. *n,* 21.
3 Ampliatur primo, ut non tan-
tum judex inimicus poſſit recuſa-
ri, ſed etiam omnes de familia, &
domo illius *ex l. unica §. de illo Cod*
*ſi quacunque prædiorum. Fonta-*
*nella ſupra n.* 4. *Graffis dicta except*
24. *n.* 26. *Maſtrillus deciſ.* 151. *nu.*
48. *Barb. ſuprà Gaſinus cum multis*
*de defenſione reorum defenſ.* 1. *cap.*
21. *n.* 5. *&* 6.

Ampliatur ſecundo, ut proce- 4
dat quanvis Inimicitia habeat ini-
tium à recuſante ante litem *Fon-*
*tanella n.* 10. *Graffis except.* 29. *Ale*
*xand. Ambroſius* 2. *p. deciſ.* 50. *nu.*
48. *&* *apud nos* probatur *ex Ord.*
*lib.* 3. *tit.* 21. §. 26. deducto argumẽ
to à contrario ſenſu, quod vali-
diſſimum eſt in jure, dum diver-
ſitatis ratio non apparet, ut ex in-
finitis probat *Barb. in locis commu-*
*nibus loco* 27. *&* *ita in terminis do-*
*cet Barb. lib.* 2. *voto* 66. *n.* 21. *&* 22

Ampliatur tertio, ut procedat 5
non ſolum quando inimicitia eſt
vera, ſed præſumpta tantum, quæ
ſufficit *ex Fontanella num.* 9. *Vi-*
*vius deciſ.* 363. *Graffis &* *Ambro-*
*ſius ubi proximè Cardozo dicto nu.*
30. *Barb. in dicto cap.* 2. *requiris n.*
7. *tum infinitis Berart. in ſpeculo vi*
*ſitationis cap.* 6. *nu.* 55. *Gaſinus ſu-*
*prà.*

Unde infertur primo, quod ex 6
capite inimicitię pręſumptæ, po-
teſt recuſari judex, qui eſt con-
ſanguineus partis, vel cum illo
contraxit affinitatem, aut ſtric- 7
tam amicitiam cum illo, qui mihi
factus eſt inimicus, ſi ante illam
particularem amicitiam non ha-
bebat, ut docet cum multis *Car-*
*dozo dicto nu.* 30. & merito, quia
inimicitia probatur eo ipſo quod
quis contrahit affinitatem, ami-
citiam particularem cum inimico 8
meo: nam conjuncti, & confœde-
rati præſumuntur ejuſdem inten-
tionis eſſe, & ob hanc rationem
dici ſolet, quod judex amicus ini- 9

mici mei, poteſt tanquam ſuſpectus recuſari, nec ab eo citatus tenetor coram eo comparere, ut ex multis probat *Pacianus de probationib.cap.45.n.25. Barb.ſuprà n.7.& 8.*

10 Infertur ſecundo, quod poteſt judex recuſari ex capite inimicitię, ſi vel ipſe, vel ejus filiæ, aut filij ad contrahendũ matrimonium fuerunt repudiati: quia inimicitia contrahitur per repudiationem matrimonij in perſonam judicis,
11 vel filiorum, vel aliorum conjunctorum *Petra ritu 265.n.161. De-luca in praxi judiciaria cap.19.numer.16.*

12 Infertur tertio quod judex poteſt recuſari ex capite inimicitiæ præſumptæ, quando aliquando à recuſante accepit injuriam, vel in ſe, vel in ſuis, quia inimicitia præſumitur inter injuriatum, & injuriantem reciprocè *Fontanella ſupra n.43. Menoch. de præſumptionib.lib.5.præſumpt.43.n.17.*

13 Infertur quarto, quod judex poteſt recuſari ex capite præſumptæ inimicitiæ, quando inter judicem & recuſantem fuerunt lites, vel de præſenti adſunt: quia inter litigantes inimicitia, & odium prçſumitur *Fontanella ſupra n. 25 Vrvius ſupra n.4. Maſtrillus ſuprà num.58. Mainard.lib.1. deciſ.92. Cardozo ſuprà nu.32. Barb.lib.2. voto 66.n.21.*

14 Infertur quinto, quod judex poteſt recuſari ex capite inimicitiæ præſumptæ, quando judex eſt ſubditus unius partis; quoniam timore illius poteſt partem illam gravare, ut ſatisfaciat ſuo ſuperiori, ut docet *Cardozo ſuprà nu. 30. Barb.ſuprà n.7.& 8.*

Infertur ſexto, quod judex poteſt recuſari ex capite præſumptæ 15
inimicitiæ; quando recuſans oſtendit juſtam cauſam inimicitiæ, etiam ſi judex non ſe præbeat inimicum. *Vrvius ſuprà. Ambroſius ſuprà Graffis except.24.n.29. Fontanella n.9.& 21.& 22. Berart. nu.48. & 49. Barb. dicto voto 66. num.21.*

Ampliatur quarto, ut ſufficiat 16
ad judicem recuſandum qualiſcunque probabilis cauſa inimicitiæ, etiam non capitalis, immò quod inimicus reputetur, licet inimicitia illa non habeat fomitem veritatis *Vrvianus deciſ. 363. Fontanella dicto nu.9. Innocentius in cap. cum ea de re judicata Barb. cum alijs infra n.7.& 8. Fontanella deciſ.14.n.21. Gaſinus dicto cap 21.n.8. Barb.dicto voto 66. n. 22.*

Ampliatur quinto, ut proce- 17
dat quamvis judex ſit cum parte recuſante reconciliatus, ſivè de præterito, ſivè de præſenti, aut recentèr, ut cum multis docet *Apicella de tutamine pauperum tit de ſuſpicionibus officialium nu. 98. Abbas in cap. poſtremo 36. de appellationibus num. 5. ibi Phellipus n.35. Cardozo ſuprà n.31.* quia eti- 18
am teſtis reconciliatus à teſtimonio reppelitur ſecundum prædictos cum infinitis *Berart. in ſpeculo viſita-*

*viſitationis ſecularis cap.6.nu.* 48.
*&* 49.*Gaſinus ſuprà n.9.*

19 Ampliatur ſexto, ut judex poſ-
ſit ex capite inimicitiæ, tanquàm
ſuſpectus recuſari, quamvis utri-
uſque partis ſit æqualiter inimi-
cus; quia utrique nocere poteſt,
& non idem operatur par odium,
& par affectio *Deluca in praxi ju-*
20 *diciaria cap.* 19.*n.*16. *verſ. uterque*
*Barb.in cap.*2. *requiris* 41. §.3. *de*
*appellationib. nu.*7. *&* 8. *cum alijs*
*Queſada dicto cap.*37.*n.*27.

Ampliatur ſeptimo, ut ſuffi-
21 ciat ad judicem recuſandum ex
capite inimicitiæ, quod judex
partem ſalutare, ac viſitare deſi-
nat prout antea faciebat *Barb. in*
*cap.*2.*requiris* 41.*num.*8. *Maſtril-*
*lus deciſ.*151.*nu.*49.*p.* 2. *Carraſco*
*ad leges Regias cap.*9.*n.* 316. *Gra-*
*tian. cap.* 284. *&* 538.*n.* 57. *Fa-*
*rinacius in fragmētis verbo judex n.*
873. *&* 871. *Barb. cum multis ad*
*rubricam Ord.lib.*3.*tit.* 21.*nu.* 33.
ubi reddit rationem: quia inimi-
22 citia præſumitur quando quis non
alloquitur, nec ſalutat eum, quem
prius alloquebatur, nec ſalutat e-
um, quem prius alloqui, & ſalu-
tare ſolitus erat *Farinacius in pra-*
*xi criminali q.*49.*n.*54.*Berart. cum*
*alijs ſupra n.*50.*Gaſin. infrà.*

Ampliatur octavo, ut adeo ve-
33 ra ſit, quod etiam commiſſa cau-
ſa, recuſatione remota, non in-
telligatur remota recuſatio ex ca-
pite inimicitiæ *Fontanella deciſ.*
14.*n.*3.*ubi plures citat Fermoſinus*
*in cap.ſi quis* 4. *de foro competenti*
*q.*27.*numer.* 3.

Limitatur primò, ut non ſuffi- 24
ciat ad removendum judicem cau
ſa inimicitiæ allegata niſi probe-
tur, quia inimicitia non præſumi-
tur, ſed illa eſt probanda, cum
nemo præſumatur proximum ſu- 25
um odio habere, maximè Chriſ-
tiani ob pręceptum ſalvatoris *Lu-*
*cæ cap.*10. *Diliges proximum tuum,*
*ſicut te ipſum Menoch. lib.* 5. *præ-*
*ſumpt.*43. *in principio* cum cauſa
à qua ortum habere dicatur *Me-*
*noch.n.*2.*Ciriacus contr.*409.*n.*70.
*&* 71.*Giurba conſ.*13.*num.*7. Sed
probatur per conjecturas, ut cum 26
pluribus probat *Conciolus in ſuis*
*reſolutionibus criminalibus verbo*
*inimicitia, reſolut.*2.*nu.* 3. *Berart.*
*ſupra n.*56.

Nec non per teſtes ſingulares 27
deponentes de diverſis actibus tē-
dentibus ad eundem finem, ut
cum multis docet *Conciol. num.*6.
*Queſada Pilo contr.*12.*n.* 22.

Limitatur ſecundo: quando 28
inimicitia eſt procurata, & affec-
tata à recuſante ad illum finem ut
judicem recuſare poſſit; quoniam
recuſans non debet ex ſuo dolo
commodum reportare, ut diximus *lib.*3.*cap.*16. in ſimili, & tra-
dit *cum multis Cardozo verbo re-*
*cuſatio n.* 31. *Fontanella deciſ.* 14.
*num.*14. *&* 15. ubi tradit quod in
Gallia hujuſmodi recuſantes gra- 29
viter puniuntur.

Hinc infertur non poſſe judi-
cem recuſare, qui ad effectum il-
lum recuſandi per forum, & pla-
teas,

teas, & domos judicem de crimi-
nibus, & erroribus in officio cō-
31 miſſis, infamat, vel occaſionem
quærit rixandi cum judice, vel ju-
dicis libero; aut famulo, ſeu con-
ſanguineo, ut judicem in litibus
recuſare poſſit, quia hujuſmodi
cauſa recuſationis eſt doloſa affe-
ctata, & ut talis potius punienda;
32 quàm attendenda venit ex dictis,
niſi judex ſe oſtendat inimicum,
quia judex non repellitur à judi-
cando, ex eo quod habeat juſtam
inimicitiæ cauſam cum parte, ſi
ſe non oſtendat inimicum *Fonta-
nella deciſ.* 14.*n.*9. ſed cōtra ſupra.

Sequitur etiam quod judex nō
33 repellitur à judicando, quando
pars poſt litem illum citare nego-
tiatus eſt ad litem aliquam cum
eo agitandam, quam antequam
judex, de cauſa in qua eſt, cog-
noſcere cæpit, movere poterat;
quia talis lis potiùs cenſetur mota
dolo partis ad recuſandum judi-
cem, quam aliquo juris funda-
mento, & ita eſt expreſſum in no-
ſtra *Ord.lib.*3.*tit.*21.§.25.*ibi Barb
Pereyra in promptuario juris ver-
bo judex quo ad recuſationem n.*890
*Thome Vaas alleg.*96.*n.*7.& 8.

34 Limitatur tertio, quando pars
poſtquam coram aliquo judice
cæpit litigare, ei aliquam infert
injuriam, ex qua oriatur inimici-
tia reciproca inter judicem, &
partem: quia ex capite talis inimi-
citiæ, eum recuſare non poterit,
*ex Ord.lib.*3.*tit.*21.§. 26. *Pereyra
ſupr.n.*909.*Thome Vaas ſupr.n.*10

Quæ autem inimicitia ſit ſuf- 35
ficiens, vel non ad removendum
judicem, certa regula determina-
ri non poteſt; & ideo judicis pru-
denti arbitrio committitur, qui
attenta qualitate facti, & perſo-
nę, judicare debet, an quę alle-
gatur inimicitia ſufficiens ſit ad
removendum judicem à judican-
do, ut pluribus docet *Menoch. de
arbitrarijs caſu* 110. *per totum Fō-
tanella deciſ.*7.*num.* 8. *ubi alios re-
fert.*

Sed ſi aliqua regula in pręſenti 36
dari poſſet, eſſet, quod ſuſpicio-
nes procedunt cum eſt veroſimile
commotum aliquem ad odium
fuiſſe ex aliqua offenſione *Fari-
nacius de teſtibus q.*53.*nu.*20. *Fon-
tanella n.*21. & 22. *Brunus à ſole
in compendio reſolutionum juris,
verbo inimicus*, ubi hęc verba: *Ini-
micus non ſolum dicitur, qui odium
in mente habet, ſed etiam qui cauſas
inimicitiæ habet, vel habere præ-
ſumitur. Giurba in conſ. crimin.*37.
*num.*2. ubi docet ſufficere inimi- 37
citiam, vel odij cauſam ſub eſſe,
licet odium quiſque non oſten-
dat.

Evidenter colligitur ex hoc re
ctè procedere recuſationem ad- 38
verſus judicem, quem recuſans,
cum eſſet judex, vel civiliter, vel
criminaliter, condemnavit, vel
ejus parentes, fratres, conſangui-
neos; propinquos, aut familiares:
quia inimicitia præſumitur in con
demnato adverſus judicem con-
demnantem, licet ſecundum jus
con-

condemnaſſet, ut diximus *in 2. part. rubricæ de munere judicis orphanorum*, & probat *tx. in cap. non eſt crudelis 23. q. 5. Fontanella deciſ. 5. n. 25. in terminis Matheu de re criminali controverſ. 65. Menoch. de arbitrarijs caſu* 121. *Carleval de Iudicijs tit. 2. diſp. 1. n. 6.*

39 Etiam colligitur rectè procedere recuſationem, ſi judex verba injurioſa, aut minatoria contra recuſantem aliquando protuliſſe probetur, quia ex verbis minatorijs inimicitia pręſumitur, prout ſi judex aliquando de recuſante conquæſtus fuiſſet. *Landim de ſyndicatu cap. 6. n. 14. ubi alios refert Gaſinus de defenſione reorum defenſ. 1. cap. 21. num. 39. Paris de Puteo de ſyndicatu verbo ſuſpicio num. 4.*

40 Colligitur rurſus rectè procedere recuſationem ex capite inimicitiæ pręſumptæ, ſi judex eſſet ex aliqua familia, quæ haberet graves inimicitias cum familia recuſantis, vel quando judex
41 eſſet oriundus ex oppido, quod haberet graves inimicitias cum civibus litigantis. *Gaſinus ſuprà n. 63. referens alios Paris de Puteo ſupra n. 10.* niſi committatur cauſa perſonæ valdè fidei dignę, de qua nulla poſſit haberi ſuſpicio.

## CAPUT III.

Iudex an & quando ex capite amicitiæ, & familiaritatis, recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Amicitia, aut familiaritas, quam Iudex habet cum parte eſt ſufficiens ad illum recuſandum.*

2 *Iudicium humanum prævertitur cupiditate, timore, odio, amore.*

3 *Et qualibet ex dictis quatuor cauſis ſufficit ad recuſationem.*

4 *Amicus eſt alter ego.*

5 *Amantium judicia ſunt cæca.*

6 *Vinculum amicitiæ eſt arctius, quam fraternitatis.*

7 *Amici loco patris habentur.*

8 *Amicitia eſt magno pretio æſtimanda, & eſt magis neceſſaria, quam ignis, & aqua.*

9 *Sine amicis nemo poteſt dici felix, nec potens.*

10 *Sine benevolentià amicorum nec in adverſa, nec in ſecunda fortuna quiſque vivere poteſt.*

11 *Nullius boni poſſeſsio ſine ſocio jucunda eſt, nec mali ſine ſocio ſolatium eſt.*

12 *Amicus fidelis eſt medicamentum vitæ, & immortalitatis.*

13 *Sine amicis periculoſa eſt conſervatio.*

14 *Vt Iudex recuſati poſsit, non requiritur amicitia magna, ſed ſufficit illa, per*

*quam veroſimilitèr præſumatur judicem ſe inclinaturum in favorem partis.*

15 *Collega unus non eſt legitimus judex in cauſa alterius collegæ litigantis cum non collega.*

16 *Inter Collegas præſumitur amicitia, & dicuntur perſonæ conjunctæ.*

17 *Senator de jure Regio non poteſt recuſari in cauſa alterius Senatoris Collegæ.*

18 *Canonicus poteſt recuſari in cauſa alterius canonici.*

19 *Iudex Corrivalis poteſt recuſari.*

20 *Iudex commenſalis alterius partis recuſari poteſt.*

21 *Quod non procedit quando fuit commenſalis unà vice, aut duobus tantùm, maximè ſi facilè ad convivia accedat.*

22 *Non poteſt recuſari judex, ſi ſit commenſalis ex cauſa neceſſariâ, ut puta in itinere.*

23 *Iudex conſocius, ſeu compatriota partis recuſari poteſt, ſi ſint in partibus remotis.*

24 *Melior opinio eſt, quod arbitrio judicis remanet ponderare, an cauſa quòd ſit compatriota ſufficiat ad recuſationem.*

25 *Iudex loquens ad aures partis, vel faciens cum ea conventicula, recuſari poteſt; niſi ſtatim referat, quod dixit, vel audivit ſecretè.*

26 *Si pars alloquitur ad aurem judicis, & Iudex non refert ſtatim, quod pars dixit recuſari valet.*

27 *Quamvis pars accedat ad judicem occultè, judex recuſari nequit.*

28 *Iudex ſolitus ire frequentèr ad venationem, aucupationem, aut piſcationem cum parte, poteſt ab alia recuſari.*

29 *Poteſt recuſari judex ab una parte, ſi ſolitus ſit ludere cum altera, ſed hoc eſt arbitrarium.*

30 *Quando judex habitat cum parte, poteſt recuſari.*

31 *Iudex poteſt recuſari, ſi ſit familiaris alterius partis.*

32 *Secùs ſi familiaritas eſt modica, & urbana, cujus aliqua exempla vide.*

33 *Quilibet tenetur ad familiaritatem, & converſationem mutuam proximo ſuo.*

34 *Iudex poteſt recuſari quando uni parti nimis favet, & gratiam oſtendit alteram gravando.*

35 *Poteſt recuſari judex, qui fuit petitus ab una parte per alteram.*

36 *Idem ſi procurator affectavit illi cauſam committi.*

37 *Iudex poteſt recuſari quandò cauſa vertitur inter amicos, dummodò amicitia non ſit æqualis.*

38 *Conſanguineus æqualitèr conjunctus recuſari nequit.*

39 *Se-*

39 *Secùs ſi ſit in diſpari gradu, quia tunc à remotiori recuſari poteſt.*

40 *Diſpoſita in conſanguineis, in amicis diſpoſita cenſentur.*

41 *Iudex poteſt recuſari, licèt pars, cujus eſt amicus non ſit æqualis qualitatis cum ipſo judice.*

42 *Solum inter pares eſt firmiſſima amicitia, & fallit tamen hoc aliquandò.*

43 *Iudex poteſt recuſari, licet pars, cujus dicitur amicus ſit pauper, & adverſa fortuna conculcata, & quaſata.*

44 *Iudex poteſt recuſari ex amicitiâ, licèt ſit in juſta, utpotè, proveniens ex lenocinio, ſcorto, latrocinio, aut ſimilibus.*

45 *Iudex poteſt recuſari, ſi pars fuerit amica patris, aut filij ipſius judicis.*

46 *Cenſura juris pater, & filius ſunt una, eademque perſona.*

47 *Iudex poteſt recuſari, ſi ejus filius, aut pater fuerit commenſalis voluntarius partis.*

48 *Iudex ſocius totorum bonorum, vel partis alicujus negotiationis cum aliqua parte recuſari poteſt.*

49 *Inter ſocios amicitia præſumitur.*

50 *Poteſt recuſari judex, ſi pars aliquando pro eo tulit ſententiam, vel depoſuit in cauſa criminali.*

51 *Attento jure noſtro facilius præſumitur amicitia, quàm inimicitia.*

52 *Inimicitia eſt contra naturam, & jus Divinum.*

53 *Appellatione amicitiæ venit, quæ provenit ex charitate Chriſtiana in favorabilibus, ſed non quoad recuſationem.*

54 *Vt judex recuſetur tamquàm amicus, debet amicitia vel vera, vel præſumpta eſſe magna, & non levis, proveniens ex urbanitate.*

55 *Appellatione amicitiæ ſolùm venit magna, & non levis, nec iſta propriè dicitur amicitia.*

56 *Appellatione amicitiæ ſolùm venit proveniens ex nudo amore.*

57 *Sed hodiè, & quo ad intentum præcipuè attenditur amicitia proveniens ex intereſſe, & non nuda.*

58 *Iudex recuſationis debet inquirere commoda recuſati de præſenti, vel de præterito in amicitià cum parte, & ſi nulla invenerit, ex hoc recuſationem rejiciet.*

59 *Si pars de divitijs ad paupertatem, de felicitate ad infelicitatem mutetur, non facilè debet attendi amicitia firmata tempore proſpero.*

60 *Argumentum a communitèr accidentibus eſt validiſſimum.*

61 *A rarò accidentibus non fit*

argumentum.

62 *Si concludenter probetur nuda amicitia, & vera, judex recuſari poteſt.*

1 SEcunda, & juſta recuſationis cauſa, erit amicitia, quam judex habet cum parte adverſa, vel familiaritatem, *gloſſ. in capit. poſtremo de appellationibus tx. & ibi gloſſ. in cap. inſinuante 25. de officio, & poteſtate judicis delegati in verbo familiaritatem. Maranta de ordine judiciorum p. 6. n. 27. Novellus reg. 33. in principio & 104. Aufrerius de recuſationib. num. 9. Menoch. de arbitrarijs caſu 252. num. 10. Tuſcus practicarum verbo ſuſpectus concluſ. 908 num. 21. Berart. in ſpeculo viſitationis cap. 6. num. 41 latiſſimè Fontanella deciſ. 15. per totam Landim de ſyndicatu cap. 6. Cardozo cum multis in praxi verbo recuſatio num. 18.* Cujus conclusionis duplex poteſt aſſignari
2 ratio; quia judicium humanum pervertitur cupiditate, timore, odio, & amore, *ex cap. quatuor 78. cauſa 11. q. 3. Creſpus de Valdaura obſ. 9. n. 52. & nos diximus latè in 2. p. rubricæ de munere judicis orphanorum*, & Divus Gregorius in dicto cap. quatuor ibi: *quatuor modis pervertitur humanum judicium, timore, dum metu poteſtatis alicujus veritatem loqui pertimeſcimus; cupiditate, dum præmio animum alicujus corrumpimus; odio dum contra quemlibet adverſarium molimur; amore dum amico, vel propinquo complere contendimus:* ibi *Barb. Tiraquellus de pœnis temperandis cap. 51. nu. 81.* ex quibus quatuor modis omnes juſtæ & legitimæ recuſationis cauſæ oriuntur. 3

Altera poteſt eſſe, quia amicus ut eſt in parœmijs, eſt alter ego ſecundum Tullium, qui ait quod *affectus amicitiæ eſt ut unus fiat ex pluribus*; ideoque amantium cæca ſunt judicia, ut ex pluribus probat 5 4
*Tiraquel. de cauſis temperãdis cauſa 51. n. 81.* amicitiæ, quam fraternitatis artius vinculum. *Tiraquel. ſuprà cauſa 22. num. 2.* & pro- 6
bant illa pulcra verba Valerij Maximi *lib. 4. cap. 7. ibi contemplemur nunc amicitiæ vinculum potens, & pervalidum, nec ulla ex parte ſanguinis, viribus inferius; hoc etiam certius, & exploratius, quia illud naſcendi fortuitum opus hoc unius cunque ſolido judicio inchoata voluntas contrahit.* Et amici loco pa- 7
tris habentur *Tiraquel. dicta cauſa 22. ubi a n. 63.* cum pluribus aſſeclis, plures effectus, quos de jure parit, amicitia refert.

Quarè amicitia magno pretio 8
eſt habenda: nam amicus dicitur igne, & aqua magis neceſſarius, ab Ariſtotele, & alijs laudatis *à Tiraquel. n. 83.* & divitię magnæ ex Plautino ibi: *ubi amici, ibi opes & ſine amicis nemo felix dici poteſt* 9
ex ſententia Ariſtotel. nec potens, quia potentia amicorum facit hominem excellentem. *Bald. in cap. ſuper eo de teſtibus ubi Panormitanus*

*nus ait*, quod quis propter amicos eſt potentior, & meritò, quia ſine amicorum benevolentia, nec
10 in adverſa, nec in ſecunda fortu-
11 na quisque vivere poteſt, ex *Tullio*, quia nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt, nec nullius mali ſine ſocio jucundum ſolatium eſt. Vnde merito dixit idem *Tullius* quando dixit: ſolem à mundo tolunt, qui amicitiam mũdo tollunt; & cantavit Britanus Martialis, quando bracteato carmine ſic cecinit.

*Quid tibi jucundum ſub motis eſſet amicis,*
*Cuncta tibi quanquam ſint cumulata bona.*
*Alter ego eſt verus, multumque probatur amicus.*
*Quo nobis debet carius eſſe nihil.*

12 Quia *ex cap.6.*eccleſiaſtic. *amicus fidelis medicamentum vitæ, & im-*
13 *mortalitatis*, & ſine amicis periculoſa conſervatio, ut agnovit Vvenius.

*Cur ſimilis ſimilem ſibi quærit, amicus*
*Amicum uno nemo poteſt in pede ſtare diu.*

His ita breviter datis rationibus, optimo jure concluditur ratione amicitiæ cum parte adverſa
14 poſſe judicem recuſari, quæ doctrina procedit non ſolum in amicitia magna, ſed in quacunque amicitia; per quam veroſimiliter præſumitur judicem inclinare in favorem alterius partis, quia generalis concluſio in hac materia eſt quod judex poſſit recuſari tanquam ſuſpectus ex omni cauſa, per quam veroſimiliter præſumitur inclinare in favorem alterius partis, ut nos docent *Maſcard. concluſ.913.n.30.cum alijs Guaſin. de defenſ.reorum defenſ.*1.*cap.*21.*nu.*15.*Bertazianus conſ.*8.*nu.*4. & 8.

Ex qua regula infertur primo,
quod collega unus non eſt legiti- 15
mus judex in cauſa alterius collegæ litigantis cum altero non collega, ita docent *Fontanella deciſ.*15.*n.*7.*Gerardus Mainardus lib.*1.*deciſ.*82.*Alexand. Raudenſis lib.*
1.*conſ.*47.*num.*31. quia præſumi- 16
tur inter eos amicitia, & dicuntur perſonæ conjunctæ, ex ſuprà relatis DD. qui plura nocumenta, & damna quæ indè reſultant, & reſultare poſſunt, referunt quæ ſunt cognitu facilia veluti [inquiunt] *de ſenatu Romano ſcriptum legitur, qui ſe veri inter cæteros ſolis ſenatoribus, quaſi deſimulatione quadam mutua parcunt, nempè ut idem fiat ſi vel propria, vel amicorum cauſa in judicium deducitur, & demum ne hujuſmodi periculo partes litigantes exponerentur, atque ut amplius exiſtimari non poſſet hujuſmodi in cauſis inter judices inter cedere tacitas quaſdam, & in mente retentas conventiones, haud abſimiles contractui illi innominato, facio ut facias referunt quandam in Francia factam conſtitutionem, certo modo tractandam cauſam collegarum extra Collegium, & ſenatum, cujus ſunt collegæ, cum minori*

*periculo, quam fieri poteſt*: *hactenus Fontanella nu.9.* & *10.* Cujus verba an applicari poſſint ſenatoribus noſtri Regni, non diſputamus, ſed tantum aſſeveramus eſſe optimam Franciæ conſtitutionem, ſaltem ad evitandas ſolitas quærimonias partium litigantium cum ſenatoribus, aſſerentium ſe eſſe victas ex injuria collegarum; & ideo ſimilem conſtitutionem in noſtro Regno deſideramus, prout in Cathalonia *Fontanella ſupra n.* 12. deſiderat, & ea

17 deficiente, prout defecit, non procedit in noſtro Regno recuſatio appoſita ſenatori, ex eo quod eſt judex in cauſa alterius ſenatoris Collegę; quia non eſt in Regno, qui de cauſis ſenatorum cognoſcere poſſit niſi ſenatus, & ex hac ratione ita concludit *Fontanella nu.*11. obſervari in Cathalonia.

18 Infertur ſecundo, quod Canonicus recuſari poteſt in cauſa alterius Canonici ex capite præſumptę amicitiæ, ut probatur *ex tx. cum R.*35 *.de officio delegati* ubi hæc verba leguntur: *exceptis Canonicis Genuenſibus, quos cum ſint ejuſdem ſocij, meritò habet pars adverſa ſuſpectos*: *ibi Barb.nu.*1. *Fontanella deciſ.* 15. *n.* 14. & 15. *Mainardus lib.* 1. *deciſ.* 85. *Cardozo in praxi verbo recuſatio nu.* 14. *Gaſinus de defenſ.reorum defenſ.*1. *cap.* 21.*a n.*43.

19 Infertur tertio, quod judex corrivalis repellitur tanquam ſuſpectus, ut docet *Gaſinus ſuprà n.* 22. *Abbas in cap. debitus de appellationibus Fontanella deciſ.*

Infertur quarto, quod judex recuſari poteſt ex capite præſumptę amicitiæ, quando eſt commenſalis alterius partis, *Cardozo cum multis ſuprà nu.* 14. *Gaſinus dicto cap.*21.*nu.* 23. *Fontanella deciſ.*9. *n.*23. ibi: *quo fit, ut ſiquid ex prædictis probetur*, & *maximè quoad convivia litigātis alicujus, aliquando fuit*, & *communi menſa uſus, legitimè recuſari ex hac cauſa poteſt* quia nec leges noſtræ, nec ſupremus Rex, qui hoc prohibuerunt, benè de illis ſentiunt: quod intellige ſi ſæpè commenſalis ſit partis adverſæ; nam ſi una vice tantum, vel duabus; non ideo judicatur ſuſpectus, maximè ſi judex ſolitus ſit, & facilis ad convivia accedere *Deluca in praxi judiciaria cap.* 19. *n.* 16. *Carraſcus ad leges Regias cap.*2.*n.*117. ubi tradit judicem non poſſe recuſari ſi ex cauſa neceſſaria commenſalis ſit partis, puta in Collegio, capitulo, nuptijs, vel itinere, quia tunc amicitia non præſumitur, ex Vvem. 20 21 22

*Qui ſocius menſæ eſt, verum non reris amicum,*
*Tolle epulas, noſces quam tibi fidus erat.*

Infertur quinto, quod judex conſocius, ſeu conterraneus alicujus ex partibus ex capite præſumptę amicitiæ, poteſt ab altera recuſari. *Gaſinus de defenſione reorum* 23

*rum defenſ.1.cap.21.n.* 12. *Abbas in dicto cap.poſtremo, & ibi Franchis Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio num.* 17. *ubi multos citat*, qui docent prædicta procedere, quando ſunt in remotis partibus quia tunc ſolent conterranei uti fratres ſe diligere. *Franchis*
24 *ſupra & Gaſinus dicto nu.* 12. ubi docet quod etiam in hoc caſu, hoc non eſt abſolutè verum, ſed quod remaneat in arbitrio judicis, conſiderata perſonarum qualitate, & circunſtantijs *Barb. in cap. accedens 2. ut lite non conteſtata n.* 4.

25 Infertur ſexto, quod judex, qui aloquitur, & vellicat, ut ita dicam, ſecretò aures partis, vel facit cum ea occulta conventicula ex capite amicitiæ præſumptę, recuſari poteſt ut cum multis docet *Barb. ad rubricam Ord. libr.* 3. *tit.* 21, *nu.* 15. niſi ſtatim referat, quod dixit, vel audivit ſecretò, ut ipſe *Barb.* cum omnibus ab eo relatis docet *n.* 15. *Franchis in dicto cap. poſtremo n.* 20. *Cardozo ſuprà nu.* 29. ſic in pręſenti caſu diſtinguit, & reſolvit quod vel judex ſecretè ad aures partis muſſitat, & in tali caſu tradit judicem manere ſuſpectum, vel pars alloquitur ad
26 aurem judicis, & in iſto caſu ſub diſtinguit inter caſum, quo judex ſtatim refert, quod ei pars dixit, & in tali caſu affirmat judicem nō manere ſuſpectum, & inter caſum quo judex tacet, & tali caſu contrarium affirmat, & has ſuas diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones multis DD. comprobat, quibus adde, quos refet & ſequitur *Gaſinus dicto cap.* 22. *n.* 28.

Nota quòd quamvis pars accedat occultè ad judicem, ex hoc 27
ſolum recuſari non poteſt, quia paſſim partes, & advocati accedunt ad judices loquendo occultè & clandeſtinè, & ſi tales exceptiones proponerentur contra judicem, & attenderentur, nullus eſſet judex qui recuſari non poſſit, ut conſiderat *Gaſinus dicto numer.* 28.

Infertur ſeptimo, quod judex 28
poteſt recuſari ex capite amicitiæ præſumptæ, quando ſolitus eſt cum parte adverſa ire ad venationem ferarum, aut ad aucupationem avium, aut ad piſcationem piſcium, & frequentatione harū pręſumitur amicitia quia hi actus inter amicos, ferè frequentari ſolent *Larrea deciſ.* 48.

Infertur octavo, quod judex 29
poteſt recuſari ex capite præſumptę amicitiæ quando cum parte adverſa ſæpe ludere ſolitus eſt: quia ex aſſiduitate ludendi amicitia præſumitur, & veroſimiliter credendum judicem favendum potiùs eſſe parti, cum qua ludere conſueverat, quam alteri. *Mainardus lib.* 1. *deciſ.* 80. *Fontanella deciſ.* 15. *nu. ultimo*; ſed nos in tali caſu, & in propoſito in illatione præcedenti, hoc totum prudentis judicis arbitrio committimus, qui conſiderata qualitate perſonarū, & circunſtantia occurrentis caſus, judica-

judicabit an detur timor, ut judex uni potiùs quam alteri parti faveat.

30 Infertur nono, quod judex poteſt recuſari ex capite præſumptæ amicitiæ, quando cum altera parte habitat: quia inter ſimul habitantes præſumitur amicitia *Gaſin. dicto cap. 21. Creſpus de Valdaura obſ. 9. n. 73.* ubi declarat cohabitationem non repellere teſtem, niſi ſit continua, & non interrupta.

31 Infertur decimo, quod judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus ex capite amicitię præſumptæ, ſi ſit familiaris alterius partis: quia ex familiaritate arguitur amicitia. *Fontanella deciſ. 9. nu. 22.* ubi hęc verba leguntur. *ne viſitent litigatores, eorum domus, ne ſimul cum eis curſitent, deambulent, edant, & ſimilia faciant. Creſpus dicta obſ. 9. nu. 70. & 41. Gloſſ. in cap. inſinuante 25. de officio delegati Graffis de effectibus inimicitiæ n. 63. & in tract. de exceptionibus except. 24. n. 60. Cardozo dicto verbo recuſatio n. 18.* qui omnes adver-
32 tunt hoc non procedere in familiaritate modica, & urbana, pro ut ſi judex partem viſitet in tribus diebus, ſcilicet nativitatis, reſurrectionis, & ſpiritûs ſancti, vel in diebus primis anni, aut in occaſione gaudij, ſeu luctûs, & cum parte deambulat raro, vel accidentalitèr: quia talis familiaritas non reddit judicem ſuſpectum; nam ſi hoc ſufficeret, quilibet poſſit recuſari, cum quilibet tene
atur proximo ſuo ad familiarita- 33
tem, & mutuam converſationem ut docet *Cardozo ſuprà Gaſin. ſuprà n. 21. Creſpo ſuprà n. 71. Farinacius in fragmentis verbo judex n. 827.* qui dicunt familiaritatem non eſſe ſufficientem ad recuſandum judicem, quando procedit ex virtute charitatis, veluti ſi judex tempore neceſſitatis, infirmitatis, & luctûs ei tanquam chriſtianus ſuccurrit.

.Infertur decimo primo, quod
judex poteſt recuſari ex capite 34
amicitiæ præſumptę, quando ipſe judex alteri parti nimis favet, demonſtrando ei nimiam amicitiam, & alteram partem gravando *Francus in dicto cap. poſtremo n. 20. Maranta p. 6. in verbo appellatio n. 43. Gaſinus dicto cap. 21. n. 38.* ubi tamen declarant quando favet nimio favore, quia modicus favor, vel modica amicitia non ſufficeret, & judicis arbitrio relinquunt quando dicatur nimis favorabilis. *Cardozo verbo recuſatio n. 18.*

Infertur decimo ſecundo quod
judex poteſt recuſari tanquam ſuſ 35
pectus, quando fuit datus ad petitionem alterius partis, quia ex hoc ſolo poteſt per alteram partem recuſari ex capite præſumptę amicitię, quia nemo petit judicem non ſibi amicum. *Maranta dicto verbo appellatio n. 53. Gaſinus dicto cap. 21. nu. 43. Franch. in
dicto cap. poſtremo nu.* 20. qui ſub- 36
dunt

*dunt* idem eſſe ſi procurator affectavit illi cauſam committi *Bertazanus conſ.* 8. *numer.* 5. *lib.* 1. *Cavalcanus de brachio Regio p.* 3. *num.* 344. *cum alijs Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n.* 37.

37 Infertur decimo tertio, quod judex poteſt recuſari ex capite amicitię, etiam quando lis, ſeu cauſa vertitur inter amicos ejuſdem judicis, dummodo amicitia non ſit æqualis, quia tunc ex parte illius, cujus judex non eſt tam intimus amicus, poteſt recuſari: quia veroſimile eſt, quod judex potius faveat magis amico, quàm minus amico, quia licet æqualiter conjunctus utrique
38 parti, recuſari non poſſit, *ex txt. in cap. poſtremo* 36. *de appellationibus*, *ibi Barb. nu.* 9. *Gratian. forenſ. cap.* 100. *nu.* 19. *Tuſcus verbo ſuſpectus concluſ.* 908. *nu.* 35. *Farinacius ſuprà verbo judex n.* 842. tamen judex inæqualiter conjun-
39 ctus poteſt recuſari à conjuncto in remotiori gradu, ut docent ſuprà citati, & nos, Ieſu duce, dicimus in capite ſequenti, & ita ſimiliter eſt dicendum de amicis, quia diſpoſita in conſanguinijs
40 cenſentur diſpoſita in amicis *ex Barboſ. in dicto cap. poſtremo n.* 10. *Menoch. de arbitrarijs caſu* 88. *nu.* 59. & *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 124. *Farinacius in praxi criminali q.* 13. *a n.* 31.

Infertur decimo quarto, quod
41 judex poteſt recuſari ſuſpectus ex capite amicitiæ, quamvis pars reſpectu cujus præſumitur amicus non ſit æqualis qualitatis ipſius judicis: nam licet vera amicitia, non pręſumatur inter inæquales, quia *tantum firmiſſima eſt inter* 42
*pares amicitia*, *ſecundum quintum curtium*: quare reſpondit. Vvem Reges paucos habere amicos, quia paucos pares habent.

*Dic cur tam pauci regum inveniuntur amici?*
*Sunt quoniam pauci Regibus [Aulle] pares.*

Hoc tamen ſemper verum non eſt nam ut teſtantur hiſtoriæ, inter multos diſpares vera intèrfuit amicitia.

Infertur decimo quinto, quod
judex poteſt recuſari ex capitè amicitiæ, quamvis pars, cujus amicus ab altera dicitur judex, ſit 43
pauper, & adverſa fortuna conculcatus, & quaſſatus; nam licet pręſumptio ſit quòd infelices, & ad ſtatum miſerum venientes non habeant amicos, ut quidam poeta graphicè dixit.

*Dum ſol obſcurum radijs illuminat orbem,*
*Eſt individuus corporis umbra comes.*
*Quam primum liquidus nebulis effunditur aer.*
*Ecce repentè deſerit umbra latus.*
*Te bona dùm ſplendet fortuna, ſequantur amici.*
*Ut te dũ lucet ſol, ſolet umbra ſequi.*

Veruntamen hęc præſumptio in contrarium admittit probationem, & aliquibus exemplis convincitur.

44 Infertur decimo ſexto, quod judex poteſt non tantum recuſari ex capite amicitiæ juſtę, ſed amicitiæ injuſtæ, quæ ſecundum Tullium potentior eſt ad conſiliandum, quam juſta, ibi: *ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia, quam virtus.* Ideoque ad removendum judicem ſufficit quod amicitia probetur, etiam ex cauſis injuſtis, veluti ex lenocinio, ſcorteo, latrocinio, & his ſimilibus, aut ex adulatione, cui nulla clauſa porta eſt, ut quidam poeta optimè dixit:

*Blandus adulator per totam curſitat aulam,*
*Principis in primis, nobiliumque fores:*
*A pedibus ſic nomen habens mala beſtia totum.*
*Infeſtat corpus, præcipuèque caput.*

Infertur decimo ſeptimo,
45 quod judex poteſt recuſari ſuſpectus in cauſa ſuę amaſiæ, ut docet *Barboſ. ad rubricam Ord. lib. 3. tit. 21. num. 13. ubi refert Rebuſum* aſſerentem ſe vidiſſe judicare ſuſpectum quendam judicem juvenem luxurioſum in cauſa pulcherrimæ mulieris facilè cadentis; & ſi noſtrum in materia liberum eſt interponere judicium, aſſeveramus judi-
cem luxurioſum in cauſa cujuſ- 46
cunque mulieris ſivè facilis conventionis, ſivè deficilis, recuſari poſſe, ſi talis mulier ſit pulcherrima, & coram judice appareat, vel judici reſcribat: quia.

*Victrici veneri Committit prælia Cæſar,*
*Invictum Alcidem magnus ad arma vocat.*
*Pugnator, vincit Cæſar, venuſque alma triumphat,*
*Corruit Alcides, omnia vincit amor.*
*Et quia furor amoris cæcus, & modum habere neſcit,*
*Nō frater fratri cũ furor ille venit.*
*Igneus ille furor neſcit habere modum.*

Quarè juſtè amore captus ebrio æquiparatur per DD. quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad tx. in cap. cum inſinuante de præſumptionibus num. 5. & in cap. veniens 10. de ſponſalibus.*

Infertur decimo octavo,
quod judex poteſt recuſari ſuſ- 47
pectus ex capite amicitiæ quando aliqua ex partibus fuerit a- 48
mica filij, vel patris ipſius judicis, quia cum pater, & filius cenſura juris pro una eademque perſona reputentur, evidenter ſequitur amicum patris, vel filij, aut è contra cenſeri amicum patris, & filij, aut è contra, & ex hac ratione docet *De lu-*
*ca in praxi judiciaria capit. 19.* 49
*numer. 16.* quòd eodem modo, quo judex comenſalis voluntarius partis,

partis, recuſari poteſt; ita & ſimi-
liter ſi filius judicis, aut pater fue-
rit voluntarius comenſalis alicu-
jus partis.
50 Infertur decimo nono, quod
judex poteſt recuſari tanquam
ſuſpectus ex capite amicitiæ,
quando eſt ſocius, vel uniuerſalis
omnium bonorum, vel particula-
51 ris alicujus negotiationis: quia in-
ter ſocios amicitia præſumitur,
ut docet *Felicius de ſocietate lib. 1.*
*cap. 1. Duardus de ſocietate lib. 1.*
*q. 1. ferè per totam.*
52 Infertur vigeſimo, quod ju-
dex poteſt recuſari tanquam ſuſ-
pectus ex cauſa amicitiæ præ-
ſumptæ, quando altera pars, vel
pro judice aliquando tulit ſen-
tentiam, vel pro eo in cauſa cri-
minali depoſuit; nam ſicut inimi-
citia præſumitur contra eum, qui
aliquem condemnavit, ut dixi-
mus in capite antecedenti, &
contra eum qui in cauſa crimina-
li contra aliquem teſtimonium
dedit, ut docent *Farinacius de*
*inditijs & tortura q. 49. num. 76.*
*Maſcard. de probationib. concluſ.*
898. *numer.* 17. *Menoch. de arbi-*
*trarijs caſu* 487. *numer.* 3. *cum*
*multis Conciol. alleg.* 83. *num.* 34.
ita eodem modo amicitia præ-
ſumitur erga eum qui pro alio ſen
tentiam ſcripſit; aut teſtimonium
præbuit.
Quamvis attento jure noſtro,
53 facilius amicitia præſumatur,
quam inimicitia, cum præſump-
54 tio amicitiæ dicatur præſumptio
naturæ, & deficilius inimicitia,
cum ſit contra naturam *ex l. ut*
*vim 3. ff. de juſtitia & jure*, & con-
tra jus divinum ex Divo *Lucá cap.*
10. ibi: *diliges proximum tuum ſi-*
*cut te ipſum*, & ita nos doceant
*Menoch. de præſumptionibus lib.*
5. *præſumpt.* 43. *in principio Maſ-*
*cardus concluſ.* 898. *n.* 2. *Farinaci-*
*us dicta q.* 49. *n.* 126. *Hondend. lib.*
2. *conſ.* 87. *n.* 46. *Conciol. alleg.* 83. *n.*
6. *& alleg.* 85. *n.* 7. *&* 8. *&* 90. *nu.*
12. ubi infinitos refert, ideo-
que facilius probetur quam ini-
micitia.
Advertendum eſt primo, 55
quod licet amicitia, quę prove-
nit ex charitate amicitiæ appel-
latione veniat, ut ex multis pro-
bat *Barb. appellativo* 16. *num.* 1.
hoc procedit in materijs favora-
bilibus, non verò in odioſis; qua-
lis judicis recuſatio, quæ proce-
dere non debet contra judicem
ex charitate chriſtiana partis a-
micum, ut jam notavimus: quia
utrânque partem æqué diligere
tenetur.
Advertendum eſt ſecundo,
quod ad effectum, de quo loqui- 56
mur, debet amicitia, vel vera,
vel præſumpta eſſe magna; quia
nomine amicitię magnę non ve- 57
nit amicitia, quæ tantum pro-
cedit ex mera, & nuda urba-
nitate hominum, quia tales
ſunt tantum leves amici, & le-
ves amici non proprie dicun-
tur amici *ex l. late* 213. §. *amicos*
*ff. de verbor. ſignificatione Gratian.*

*cap.200.n.18.Barb.ſupra nu.2.* & ideo ad hoc ut amicitia repellat teſtem, requiritur quod ſit magna *Barb.n.3.* ubi refert multos, & in terminis, de quibus agimus, ita docet cum infinitis *Fontanella deciſ.15.n.1.*

58 Advertendum eſt tertiò, quod licet amicitiæ appellatione tantum veniat ea, qua diligimus alterum ex nudo amore, & non ea, qua alterum propter noſtras utilitates amamus, ut docet *Barb. dicto loco 16.n.1. quia qui ſunt ob utilitatem amici* [ teſte Ariſtotele *lib. 8. Ethicorum* ] *hi ſimul cum utilitate diſſolvuntur: non enim hi ſe mutuo ſed utilitatem amabunt, & quia amicus ſocius menſæ non permanebit in die neceſſitatis,* ut docet ſacra pagina *cap.6. Eccleſ.* quare Tullius ait: *me ipſum ames oportet, non mea ſi veri amici futuri ſumus;* plura tradit *Pacheco in apolecta utriuſque juris verbo amicitia.*

Verumtamen cum amicitia ta-
59 lis inter homines intercesſiſſet, cum hodie non detur niſi ob intereſſe, quo ceſſante ſolvitur amicitia, ut ex Ariſtotele refert Laertius & ideo qui cauſa utilitatis aſſumptus eſt, tandiù placebit, quandiù utilis fuerit, & amicitia ſit in queſtu, ut ex pluribus probat *Pacheco ſuprâ*, & Canit Vvem ſic.

*Illud amicitiæ quondam venerabile nomen:*
*Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.*

Ac ingemuit Tullius quando ſcripſit, quod *multi* virtutem vindicationem, dicunt; quare meritò idem Vvem ſic iterum cantavit.

*Millibus ex multis unus vix fidus amicus.*
*Hic albo corvo rarior eſſe ſolet.*

Cautus debet eſſe judex recu- 60
ſationis in inquirendis propoſitæ amicitiæ utilitatibus, & commodis, quæ ex illa recuſato, vel de præterito reſultarunt, vel de præſenti reſultant, aut de futuro à recuſato ſperare poſſint, & ſi inveniat nulla commoda, nullas utilitates, aut intereſſe recuſato, nec de præterito, nec de præſenti ex tali amicitia proveniſſe certè, & ſecurè recuſationem ex hac cauſa rejicere poteſt, quia

*Temporibus noſtris quicunque placere laborat.*
*Det, capiat, quærat, plurima pau canibid.*

Nam hę amicitię ſunt, quas tempus noſter conſervat, & populus temporaneas vocat, *Pacheco ſuprà*, niſi apertè per legitimas probationes de vera amicitia, & non temporanea conſtet: quo in caſu ſi judex eſſem recuſationem rejicerem: quia homo qui temporibus noſtris veræ amicitiæ legibus obtemperat, non debet diverti à jure propter amicum cum inter veræ amicitiæ leges, illa etiam habeatur, quod *amicis uſque ad aras favendum eſt*, & quod ſecundum Tullium *prima lex amicitiæ*

*citiæ ſciatur, ut non niſi honeſta pro amicis faciamus, & quæ nobis non noceant.*

*Eſto memor caro ſemper prodeſſe ſodali.*
*Vt tibi non noceat præſtita ſodalitas.*
*Sic utare tuis, egeas ne rebus amicis,*
*Sarcina namque humeris ſola ferenda tuis.*

Quam ſervare prçſumendum eſt de illo, qui leges veræ amicitiæ cuſtodit.

Inſpicere etiam, & attendere debet ſtatum partis, virtute cujus
61 amicitiæ judex intenditur recuſari; nam ſi pars de divitijs ad paupertatem, de ubertate ad penuriam, de felicitate ad infelicitatem, de rebus fecundis ad adverſa, de potenti ad impotentem mutationem ſtatûs patiatur, difficilius que judicabit recuſationē procedere; quamvis tempore proſperitatis cum judice probetur amicitia, quia iſta ſimul cum illo mutationem ſtatûs pati ſolet, juxta illud:

*Donec eris felix, multos numerabis amicos,*
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*

Et juſta illud:

*Quem tibi divitiæ peperere, eſt falſus amicus.*
*Argumentum non te diligit ille tuum.*
*Invenies multos ſi res tibi floret amicos.*
*Si fueris pauper; nullus amicus erit.*
*Rebus in adverſis patientia vera probatur.*
*Rebus in adverſis vera probanda fides.*

Hæc omnia communiter accidere ſolent, & ad hoc probandum 62
univerſos mundi homines teſtes appellamus; & argumentum à communiter accidentibus, ut *tradit Barb. loco 20. num.* 4. eſt validiſſimum in materia probationū: quare concludimus, quod licet negari non poſſumus, hodiè adhuc exiſtere inter aliquos veram amicitiam; attamen cum rariſſima fit, & ab illis, quæ raro accidunt, non fit argumentum *ex Bar* 63
*boſ. n.* 8. pro conſtanti habemus rarò procedere recuſationem ex cauſa amicitiæ, ſi aliqua ex alijs non concurrat, & ideo volumus judices recuſationis monitos, ut potius alijs, quam huic attendant, ni- 64
ſi concludentèr hæc probetur.

## CAPUT IV.

An, & quando judex ex capite conſanguinitatis recuſari poſſit.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex conſanguineus poteſt recuſari.*
2 *Conſanguineus eſt pars corporis noſtri quodammodò*
3 *Cauſa noſtrorum conſanguineorum*

 *rum*

*rum noſtra dicitur.*

4 *Nemo poteſt eſſe judex in cauſa ſui conſanguinei uſque ad quartum gradum incluſivè.*

5 *Nec de conſenſu partium poteſt quis eſſe judex in cauſa conſanguinei ſui uſque ad quartum gradum incluſivè.*

6 *Et ſi fuerit factus proceſſus, corruit, & eſt ſine effectu.*

7 *Appellatione conſanguinei venit agnatus, cognatus, fæmina, & mas, pater, & quilibet aſcendens, vel deſcendens, legitimus, vel naturalis, aut ſpurius.*

8 *Computatio gradùs in hac materia debet fieri ſecundum jus Canonicum.*

9 *Ubi non fuerit expreſſum, quomodò computandi gradus conſanguinitatis, poterit eſſe quæſtio, an ſecundum Canonicum, vel Civile debeat fieri computatio.*

10 *Iudex æqualitèr conſanguineus partium recuſari nequit.*

11 *Iudex non poteſt jus dicere in cauſa ſuorum.*

12 *Poteſt tamen jus dicere in cauſa æqualiter conjunctorum.*

13 *Æqualis præſumitur affectio quoad æquales gradus.*

14 *Si Iudex eſt magis amicus unius conſanguineorum exiſtentium æquali gradu, recuſari poteſt.*

15 *In materia recuſationis non ſolum attenditur gradus, ſed etiam aliæ circumſtantiæ.*

16 *Iudex in materia recuſationis non debet ſolùm ſe adſtringere uni ſpeciei probationis.*

17 *Iudicum ſuſpicio eſt multùm arbitraria.*

18 *Licet conſanguineus Iudex ſit perſona valdè religioſa, in qua non cadat ſuſpicio, recuſari poteſt.*

19 *Lite cæpta cum conſanguineo judicis, licèt conſanguineus moriatur, & extraneus ſuccedat, nihilominùs judex recuſari poteſt.*

NOn eſt cauſa conſanguinitatis ad removendum ju- 1
dicem à cauſa amoris, & amicitiæ aliena: immò ob amorem, & amicitiam inter conſanguineos præſumptam, removetur judex à judicando in cauſis conſanguineorum; quia conſanguinei noſtri
ſunt quodammodo corporis noſ- 2
tri partes, ut probatur *ex tx. in l. quiſcimus cod. de agricolis, & conſt. lib.* 11. id circo nemo carnem ſuam odio habuit, ut dixit *Divus Pau-*
*lus ad Epheſios* 5. *& tx. in cap. in-* 3
*æſtimemus* 13. *q.* 2. & conſanguineorum noſtrorum cauſa noſtra dicitur *à Tiraq. de pœnis temperandis cauſa* 51. *nu.* 75. & his, & alijs rationibus noſtram concluſionem tenent *Fontanella deciſ.* 11. *num.* 3. *cum ſequentibus Gaſim. de defenſ. reorum, defenſ.* 1. *cap.* 21. *num.* 19. *Philippus Francus in cap. poſtremo* 36. *de appellationib. n.* 67. *&* 8. *cum multis Barb. in dicto cap. poſtremo num.* 2.

*ſum.2. Tuſcus verbo ſuſpectus concluſ.908.n.17. Farinacius in fragmentis 2.p.verbo judex nu.* 830. *&* 837. *Menoch. de arbitarijs caſu* 192. *à nu.*3. *Barb. ad Ord.lib.*3. *tit.*
4 24. quæ Ord. diſponit, quod nemo judicet in cauſa ſuorum conſanguineorum uſque ad quartum gradum incluſivè *Leitam de jure Luſitano tract.* 3. *q.*8. *à n.*12.

5 Adeo vera eſt ſupra poſita reſolutio, ut nec de conſenſu partium poſſit quis eſſe judex in cauſa ſuorum conſanguineorum intra quartum gradum, *ex Ordin. lib.*3. *tit.*24. *in principio Leitam ſuprà*, qui materiam hujus Ordi-
6 nationis benè explicat: alias proceſſus corruit, & eſt ſine effectu. *Parada in praxi delegationum criminalium n.*59.

7 Conſanguineorum appellatione veniunt agnati, cognati, fæminæ, & mares, pater, & quicunque alius aſcendens, nec tantum legitimi, ſed etiam naturales *Barb. in locis communibus loco* 57. *à num.*8. & ſi conſanguinitas procedat ex damnato coitu, ut interminis, de quibus agimus, docet *Barb. in dicto cap. poſtremo n.*2. *Farinacius ſuprà n.*845.

8 Computatio gradùs in hac materia eſt facienda ſecundum jus canonicum, ex expreſſa diſpoſitione noſtræ Ordinationis *lib.* 3. *tit.*24. *in principio, latè Fontanella deciſ.* 12. *per totam*, ubi tradit quod in Cathalonia ſecundum jus Canonicum, etiam in hac materia recuſationum computatio graduum fit, qui *nu.* 9. refert plures DD. aſſerentes computationem graduum in materia recu- 9
ſationum eſſe faciendam ſecundũ jus Civile, quorum ſententia examinanda ubi hęc quęſtio non fuerit jure patrio definita.

Noſtra reſolutio ſolet limitari 10
quando judex utrique patri in pari gradu eſſet *Gaſin. ſuprà nu.* 20. *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.*37. *num.*15. quia tunc affectio ſubæqua comenſurari trutina, præſumitur *gloſſ. in cap. poſtremo de appellationibus Menoch de arbitrarijs caſu* 106. *num.* 19. *Calvacan. deciſ.*29. *n.*6. *&* 7. quæ opinio fundatur *in l. qui juriſdictioni* 10. *ff. de juriſdictione omnium judicum, & in Ord. noſtra dicto tit.* 24. ubi 11
licet judex non poſſit jus dicere in cauſa ſuorum, fallit quando judex 12
inter duos pariter conjunctos, in- 13
ter quos cum ſit cauſa affectionis coæqualis, ſcilicet cognatio, effectus etiam, nempe affectio æqualis pręſumitur. *Deluca in praxi judiciaria cap.*19. *n.*16. *l. non ſolum §. denuo ff. de ritu nuptiarum cap. Deus, & ibi gloſſ.*2. *q.*1. *Giurba obſ.*95. *n.*10.

Nota verò, quod licet judex 14
ex capite conſanguinitatis, recuſari non poſſit, quando judex eſt utrique parti ęquè conjunctus, benè poterit recuſari ex alia cauſa, utpotè quia judex utriuſque conſanguineus, non eſt utriusque æqualis amicus, quia gradus amicitię

citię non trutinatur per gradus
conſanguinitatis, cum remotiores
in gradu plus quandòque diliguntur;
quam proximiores, ut
experientia nos docet, & de ea
teſtatur *Fontanella deciſ.* 11.*n.* 30.
quarè eidem *Fontanellæ dicta de-*
15 *ciſ.* 11. *num.*20. placet quod in ma-
teria recuſationum reſpectu con-
ſanguinitatis non attendantur ſo-
lum gradus, ſed etiam alię cir-
cunſtantiæ: immò judex ex di-
16 verſis animi motibus debet induci
ad judicandum, non ſe reſtringẽ-
do ad unam ſpeciem probationis:
17 *Fontanella n.*31. cum ſuſpitionum
judicum materia ſit multum arbi-
traria, *ex eodem Fontanella deciſ.*
11.*n.*32.

Similitèr limitari ſolet quando
18 conſanguineũs eſſet perſona val-
dè religioſa, in quã non caderet
aliqua ſuſpicio. *Barb. in dicto cap.*
*poſtremo n.*2, *Gaſinus dicto cap.* 21.
*n.* 20. *quæ limitatio non eſt admit-*
*tenda ex his quos citavimus lib.* 1.
*cap.*12. *&* *lib.*2.*cap.*10. *quibus ad-*
*de quos refert, & ſequitur Iacob*
*Laurent. de judice ſuſpecto cap.* 11.
*n.*23. *& quos refert Barb. dicto nu-*
*mer.* 2.

19 Demus tamen caſum, quod
quis incipit litigare cum perſona,
quę erat conjuncta judici intra
quartum gradum, qua mortua,
ſucceſſit alius, qui eſt extra, vel
omnino extraneus; an judex in
tali caſu recuſari poſſit ex cauſa
conſanguinitatis, dubium eſt,
quod pro parte affirmativa reſol-
vit *Fontanella deciſ.* 11.23. *&* 24.
tum quia hæres defunctum repræſentat
cum omnibus ſuis qualitatibus;
tum quia principium cujuſcunque
rei eſt attendendum.

## CAPUT V.

An, & quando judex ex cauſa affinitatis recuſari poſsit.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex affinis recuſari poteſt.*
2 *Valet argumentum de conſanguinitate ad affinitatem, & è contrà.*
3 *Aliquandò diligit quis plus affinem, quam conſanguinium.*
4 *Non valet proceſſus, nec ſententia judicis Conſanguinei, vel affinis intrà quartum gradum.*
5 *Solutio ad implicantiam Ordinationis lib.*3.*tit.*21. *cum Ordin.lib.*3.*tit.*24.
6 *Non valet proceſſus, nec ſententia judicis de jure non judicis propter prohibitionem legis, ſecùs ſi tantùm poteſt rejici, & non rejicitur.*
7 *Limita in his, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ.*
8 *Affinium appellatione venit vir, uxor, & cæteri affines, ſivè aſcendentes, ſive deſcendentes intrà quartum gradum.*
9 *De jure Regio poteſt recuſari affi-*

*affinis uſque ad quartum gradum.*

10 *In Cathalonia eſt controverſum, an uſque ad quartum, vel ſecundum gradum extendatur affinitas ad recuſationem.*

11 *De jure communi affinitas quoad recuſationem non extenditur ultrà primum gradum.*

12 *Affinitas initiata per ſponſalia de futuro ſufficit ad recuſationem.*

13 *Controvertitur, an affinitas etiam diſſoluta ſufficiat ad recuſationem.*

14 *De jure Regio nemo poteſt judicare in cauſa ſuorum affinium uſque ad quartum gradum, durante affinitate.*

15 *Solutâ affinitate ceſſat amor.*

16 *Causâ affinitatis diſſolutâ, diſſolvitur effectus.*

17 *Diſſolutâ affinitate, ſocrùs, non dicitur ſocrus, ſed olim ſocrus, gener non dicitur gener, ſed olim gener.*

18 *Qui erat affinis, illâ finitâ poteſt eſſe teſtis.*

19 *Iudex ſemèl recuſatus ex aliqua causâ, illa ceſſante non reddit iterum ad cauſam.*

20 *Iudex ſuſpectus reſpectu primæ perſonæ litem introducentis, remanet etiam ſuſpectus reſpectu ſucceſſorum illius.*

21 *Solutâ etiam affinitate, præſumitur durare affectionem.*

22 *Aliqui exiſtimant, quòd ſi diſſolvitur affinitas, & remanent liberi, poteſt judex recuſari, ſecùs verò ſi non remanent liberi.*

23 *Alij dicunt, quod ſi ante affinitatis diſſolutionem fuit recuſatus, non poteſt eſſe judex poſt, non poſſe tamen poſt illam diſſolutam recuſari.*

24 *Ceſſante causa, non ceſſat effectus jam conſumatus.*

25 *Iudex ſemel recuſatus non reddit iterum ad cauſam, ceſſante ſuſpicione.*

26 *Inimicus poſt pacem factam non eſt integer judex, nec teſtis.*

27 *Veritas eſt, quòd remanentibus reliquijs, etiam ſolutâ affinitate, procedit recuſatio, non remanentibus, judex arbitrabitur.*

28 *Inimicitiâ contractâ cum affine judicis intrà quartum gradum, ſufficit ad recuſandum illum.*

29 *Quod etiam procedit in affinitate ex damnato coitu.*

30 *Affines cenſentur viri duarum conſobrinarum quoad recuſationem.*

31 *Iudex æqualitèr affinis, partibus recuſari non poteſt.*

32 *Omne, quod dicitur de conſanguineis quoad recuſationem, eſt extendendum ad affines æqualitèr.*

EX eadẽ ratione preſũptę amicitię, & amoris qua removentur

tur judices cōſaguinei à judicādo in cauſa ſuorum conſanguineorum, repelluntur etiam judices affines, quia de conſanguinitate ad affinitatem, vel è contra va-
2 let argumentum, & quo ad recuſationem affinitas, & conſanguinitas pari paſſu procedunt ambulant. *Fōtanella deciſ.* 11. *n.* 13. ideo que cauſa conſanguinitatis, & affinitatis à DD. conjungitur, & ſub eadem concluſione tractatur, ut videre eſt apud omnes, quos allegavimus in capite antecedenti per totum; quibus adde, quos referunt, & ſequuntur *Cardozo in praxi verbo recuſatio n.* 12. *ibi infi-*
3 *nitos citat. Deluca in praxi judiciaria cap.* 19. *n.* 16. & meritò quia aliquando affinis plus diligit affinem quàm conſanguineus conſanguineum, ut docet *Fontanella deciſ.* 11. *n.* 5. *&* 16.

4 Quæ reſolutio apud nos adeò vera eſt, ut non valeat ſententia, nec proceſſus formatus à judice, vel conſanguineo, vel affine intra quartum gradum: quia differentia quæ apud nòs eſt inter *Ord. lib.* 3.
5 *tit.* 21. *&* *Ord. tit.* 24. eſt: nam *Ordin. tit.* 21. procedit quando judex de jure eſt judex, ſed ſuſpectus,
6 quo in caſu ſi judex ſuſpectus in forma *dicti tit.* 21. proceſſit in cauſa, exceptione non oppoſita, valet proceſſus; at verò *Ord. tit.* 24. procedit; quando judex de jure non eſt judex propter prohibitionem legis, quo in caſu non valet ſententia etiam non oppoſita recuſatione: *Parada in praxi delegatio-*
*num criminalium n.* 59. *Thome Va-* 7
*zs alleg.* 29. *n.* 19. qui ambo declarant hoc procedere in his, quæ ſunt juriſdictionis contentioſę, nō verò in his, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ. *Barb. in dicta Ord. n.* 2 *&* 8. *De jure communi affinitas* 11

Affinium appellatione continentur vir, & uxor, & cæteri affines, ſive aſcendentes, ſive deſcendentes, aut colleterales intra quartum gradum *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 24. *in principio, atè Barb. de appellativis appellativo* 12. *per totum. Fontanella deciſ.* 11. *n.* 28. *&* 29. 8

Affinitas, cauſam judicem removēdi legitimam præbet uſque 9
ad quartum gradum, *ex noſtra Ord lib.* 3. *tit.* 24. *in principio*, & generali conſuetudine, tenent *Queſada Pilo controverſ. forenſ. capit.* 37. *n.* 44. *Mainard. lib.* 1. *deciſ.* 98. *Vrſell. legalium concluſionum tom.* 1. *concluſ.* 76. *n.* 10. *Fontanella deciſ.* 11. Diverſas Senatus Cathaloniæ 10
in hac materia, refert deciſiones, nam *n.* 12. *&* 17. duas citat deciſiones, in quibus judicatū fuit, quod affinitas in recuſatione non proſit ultra ſecundum gradum, & *n.* 20. aliam qua definitum fuit, quod affinitas uſque ad quartū gradum in recuſatione proſit licet de jure cōmuni non ſe extendat, niſi ad pri- 11
mū, *ex Bald. conſ.* 472. *n.* 6. *volum.* 1 *Cancer.* 1. *variar.* 1. *p. cap.* 21. *n.* 55. *Queſada ſupra n.* 44.

Contrahitur, & provenit ex affi- 12
nite initiata, ſcilicet per ſponſalia con-

contracta, per verba de futuro;
ut judicatum tradit *Queſada Pi-*
*lo dicto cap. 37. num.* 44. in termi-
nis cujus deciſionis quidam judex
fuit pro ſuſpecto judicatus, ex eo
quia erat inimicus patris mulieris
cum qua recuſans ſponſalia con-
traxerat per verba de futuro.
*Apicella de tutamine pauperum*
*tit. de ſuſpicionibus officialium num.*
133. *in fine littera T. & ibi Mau-*
*ricius filius additionator.*
13 Ardua profectò eſt in hac
materia quæſtio, utrùm affinitas
ſit ſufficiens cauſa ad recuſatio-
nem etiam diſſoluta: in qua pars
negativa videtur probari primo
ex noſtra *Ord. lib. 3. titul. 24. in*
14 *principio*, ubi legislator noſter
reſolvit, quod nullus poſſit judi-
care in cauſa ſuorum affininm in-
tra quartum gradum durante affi-
nitate; à qua Ordinatione à con-
trario ſenſu colligitur, quod diſ-
ſoluta affinitate, poterit quiſque
judex eſſe in cauſa ſuorum affini-
um intra quartum gradum.
15 Secundo probari poteſt, quod
ſoluta affinitate ceſſat amor. *Fon-*
*tanella deciſ. 13. num. 2. Seſſe deciſ.*
414. *n. 20. volum. 4. Farinacius de*
*teſtibus q. 54. nu.* 32. ac per conſe-
quens ſuſpicio.
16 Tertio probari poteſt, quia af-
finitatis cauſa eſt diſſoluta; ac
perconſequens affinitas ipſa, &
omnis effectus, qui poterat cau-
ſari ab ipſa affinitate *ex l. tui eo-*
*rum §. affinitas ff. de poſtulando*
*gloſſ. optima in l. ſed & hoc ff. de*
*re judicata in verbo ſuccurren-*
*dum. Vivius deciſ.* 181. & 376.
*per totam*, ubi ſignanter, quod
diſſoluta affinitate, ſocrus non 17
eſt ſocrus, ſed olim ſocrus, nec
gener, gener, ſed olim gener. *Cor-*
*teada n. 4. deciſ.* 18.
Quarto probari poteſt, quia
affinitate diſſoluta, affinis, qui e- 18
rat, poteſt eſſe teſtis *Farinacius*
*de teſtibus q. 54. nu. 32. Fontanella*
*deciſ. 13. nu. 3. Phæbo deciſ. 91. per*
*totam 1. p.* ergo ſimiliter poterit
eſſe judex, & ita tenent *Seſe ſupra*
*n. 25. Milanenſis deciſ. 16. num. 17.*
*Barreto conſ. 138. Carolus de Graf*
*fis de exceptionib. except. 24. nu.* 29.
*qui alios citant.*
Affirmativa probatur primo,
quia judex ſemel recuſatus, ceſſan 19
te ſuſpicione, & cauſa illius, non
reddit ad cauſam. *Franch. deciſ.*
719. *Thoro in compendio deciſionum*
*verbo officialis recuſatus. Fontanel-*
*la deciſ. 13. n. 12. & 13. & deciſ. 11*
*n. 26.* ubi quod judex ex aliqua cau
ſa declaratus ſuſpectus, non ſit ha-
bilis, ex quo poſtea ceſſet illa cau-
ſa, quod idem tradit *Franch. &*
*Thorus ſuprà Ricius collectaneo*
445. & judex ſuſpectus reſpectu 20
primæ perſonæ litem introducen-
tis ſuſpectus etiam dicitur reſpec-
tu ſucceſſorum illius *Fontanella*
*deciſ. 11. n. 27.* quia affectio, quæ à
principio eſt; & ſuſpicio, quæ inde
oritur præſumitur durare *Fonta-*
*nella dicta deciſ. 11. n. 27. & 28.*
Probatur ſecundo, quia ex eo
ceſſaret recuſatio, quia ceſſaret af- 21
fectio;

fectio, ſed affectio etiam diſſoluta affinitate, durare, præſumitur. *Fontanella deciſ.13.nu.9. Michael Ferretus in 3.p.obſervat. cap.119. Milanenſis ſuprà*: ergo recuſatio rectè procedit, ſoluta affinitate, & cum his, & alijs hanc partem defendunt *Bertrad.conſ.93.nu.1. Gratianus cap.100.n.14. Tiraq.in tract.ceſſante cauſa n.17. Apicella ſupra n.127. Tuſcus litera S. Concluſ.44.n.5. Ferretus dicto cap.119*

22 Alij mediam viam elegerunt, diſtinguentes inter caſum, quo affinitas fuit ſoluta, nullis remanentibus filijs, ſeu filiabus, aut liberis, & inter caſum, quo affinitas fuit ſoluta, remanentibus reliquijs; ita ut in primo caſu ſententia negativa ſit amplectenda, ex fundamentis illius; at in ſecundo affirmativa, ex illius fundamentis, cum hac appendice, quod filij affinium remanent invicem conſanguinij, & invicem ſucceſſibiles; *Fontanella deciſ.13.nu.10.* & quia dum remanent reliquiæ, durat cauſa amoris *Fontanella n.9 qui n.8.* ſic deciſum tradit *nu.* 8. in ſenatu Cathaloniæ, ubi hæc diſtinctio fuit recepta *De luca in praxi judiciaria cap.19.n.16.*

Contra hujuſmodi diſtinctionem fortiter invehuntur *Queſada Pilo controverſ.forenſ.cap.37.nu.40. Milanenſis deciſ.16.lib.1. Frãch.deciſ.719. Seſſe deciſ.114.nu.25. Rovitus in pragmatic.1. de ſuſpectione officialium n.21. & conſ.10.n.7.lib.1. Gamba obſ.95.n.10. Egyptius in obſ.ad Capicium Latr.deciſ.81.n.11. Vrcellus legalium Concluſ tom.1.verbo affinitas nu.9. & 10.* aſſerentes procedere recuſationem ex cauſa affinitatis, licet affinitas ſit ſoluta ſine reliquijs, & ita judicatum tradit *Pilo dicto n.40.*

Quare alij in hac quæſtione ſic diſtinxere: vel enim judex fuit pro 23
ſuſpecto recuſatus ante affinita- 24
tis diſſolutionem, vel poſt? ſi an- 25
te rectè procedit recuſatio, etiam
ſoluta affinitate, quia ceſſante 26
cauſa non ceſſat effectus jam conſumatus, ut in ſpecie tradit *Fontanella* cum alijs *deciſ.13.num.12.* quapropter judex ſemel recuſatus, ceſſante ſuſpicione non redit ad cauſam ut ſuprà diximus, & inimicus poſt pacem factam, non eſt integer judex, nec integer teſtis, ut diximus hoc *lib.cap.3.* & probat *Fontanella deciſ.13.n.14. Rovitus deciſ.50.per totam*; ſi poſt cum jam ſit ſoluta affinitas recuſatio ex ea non procedit, quia cauſa, ceſſante effectu non conſumato, ceſſat neceſſario effectus *Barb.axioma 40.n.4.*

Nos verò in hac quęſtione re- 27
ſolvimus, quod remanentibus reliquijs, etiam ſoluta affinitate, procedit recuſatio ex DD.primæ deſtinctionis, & non remanentibus, totum prudentis judicis arbitrio committimus, qui penſatis omnibus, inſpectiſque circunſtantijs reſolvere debet, an inter affines perſiſtat idem amor, eademque amicitia, & mutua familiaritas, quę

inter eos erat tempore affinitatis, & tunc procedere recuſationem putamus, non ex affinitate diſſoluta, ſed ex amicitia continuata, & ita poſt longum examen concludit *Fontanella deciſ.13.n.9.*

28 Inimicitia contracta cum affine judicis intra quartum gradum cauſam legitimam inducit ad recuſandum illum; prout docent *Abbas in cap. accedens, ut lite non conteſtata in primo notabili. Mila. nenſ. deciſ.11. num.5. lib.1. Borrell. conſ.23. n.52. Centuria 1. Donad. de renunciationib. cap.32. n.78. &*

29 *79. Queſada ſupra nu.42.* qui duo ultimi adjungunt hanc ſuſpicionem procedere, licet affinitas ex damnato coitu procederet cum *Maſcard. Rebuff. Amic. conſ.78. num.51.*

30 Affines intelliguntur viri duarum ſororum conſobrinarum, ad hoc ut recuſatio vim habeat, deciſum ſic fuiſſe refert *Sanfelicius deciſ.254. Thoro in ſupplemento verbo affines. Queſada Pilo ſupra nu.43.* licet *Fontanella deciſ. 8. num. 9. contrarium* doceat.

31 Judex utrique parti æque affinis ex cauſa affinitatis, recuſari non poteſt, prout dicimus de judice æquè conſanguineo in cap. antecedenti, cujus doctrina data quoad conſanguineos procedit, quoad affines, quia cauſa conſanguinitatis, & affinitatis in mate-

32 ria recuſationis pari paſſu ambulant, & de una ad alterã valet argumentum, ut jam notavimus, ideo, quæ de conſanguineis tradidimus ad affines extende.

## CAPUT VI.

Cognatio ſpiritualis, aut civilis an, & quando reddat judicem ſuſpectum.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex compater litigatoris, qui filium, aut filiam ſacro baptiſmate levaverit, recuſari poteſt.*

2 *Oritur conjunctio ſpiritualis inter prædictas perſonas.*

3 *Si pars ſacro baptiſmate levaverit filium judicis, aut filiam, recuſari poteſt Iudex ab altera parte.*

4 *Filius ſpiritualis poteſt recuſari in cauſa patrini.*

5 *Mortuo filio ſpirituali, poteſt compater recuſari, maximè ſi cum compaternitate concurrat amicitia.*

6 *Compatres ex amicis invitantur.*

7 *Recuſari non poteſt judex, qui tanquam procurator alicujus elevavit ad ſacrum baptiſmatis fontem filium partis.*

8 *Iudex compater utriuſque partis recuſari non poteſt.*

9 *Aliqui exiſtimant, quod ſi judex fuerit miræ bonitatis propter compaternitatem, recuſari non poſſe, ſed hoc non placet.*

 10 *In-*

10 *Iudex in cauſa ſui Confeſſoris, vel pænitētis recuſari nō poteſt niſi ſit magna amicitia, aut familiaritas.*

11 *Cognatio Civilis, quæ eſt inter adoptatum, & adoptantem, adrogatorem, & adrogatum ſufficit ad recuſationem.*

12 *Adrogans, ſeu adoptans non poteſt eſſe judex in cauſâ adrogati, ſeu adoptati, & è converſo.*

13 *Appellatione filiorum aliquandò veniunt adoptivi, & adrogati.*

14 *Parentum appellatione aliquandò veniunt adoptivi, & adrogatores.*

1 Ratione præſumptæ amicitiæ, & familiaritatis, & cōjunctionis ſpiritualis judex compater litigatoris qui filium, aut filiam litigatoris à ſacro baptiſmate levaverit, tanquam ſuſpectus recuſari poteſt, propter conjunc-
2 tionem ſpiritualem, quæ inter eos exoritur, & ita docent *Fontanella deciſ.* 15. *n.* 22. *Mainard. lib.* 1. *deciſ.*89. *Carolus de Graffis except.* 24. *n.*66. *Deluca in praxi judiciaria cap.* 19. *n.* 16. *Petra ritu* 255. *n.* 131 *Gaſin. de defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 21, *n.* 51. & 61. *Paris de Puteò de ſyndicatu in verbo ſuſpicio cap.* 1 *n.* 20. *Berart. in ſpeculo viſitationis*
3 *cap.* 6. *Cardozo. in praxi judicum verbo recuſatio nu.* 19. qui omnes docent procedere, ſi ipſe litigator tale chriſtianæ charitatis officium ipſi judici præſtiterit elevando ejus filium, aut filiam ex ſacrō lavaminis fonte; quia ſicut cognatio carnalis eſt cauſa ſufficiens ad judicem recuſandum, ita potiori jure cognatio ſpiritualis, cum ſit maior: unde compater poteſt 8
recuſari in cauſa compatris, ſeu filij ſpiritualis, & ita filius ſpiritualis in cauſa patrini, ut cum 4
multis docet *Cardozo dicto n.* 19. ubi meritò id docet de compatribus in ſacramento confirmationis ex quo reſultat eadem cognatio ſpiritualis, quę ex ſacramento baptiſmatis provenit, ut docent omnes de quibus *nos de munere judicis orphanorum tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9.

Cognatio ſpiritualis poſt mor- 5
tem baptiſati. an cauſa ſit recuſandi judicem ſuſceptorem illius in cauſa cum patre defuncti baptizante? Negativè deciſum refert *Petra ſupra n.* 135. *Deluca dicto n.* 16. Licet compater ex cauſa compatrinitatis ſit recuſabilis Verum quid quid dicant ſupra dicti: nos autem affirmative reſolvimus; quia licet ceſſet cauſa affinitatis reſpectu cęterorum affinium per mortem; non tamen ceſſat reſpectu maris, vel ſoceri nurus; licet defunctus ſit filius ut *Petra dicto n.*135. *Berrecta conſ.* 133. *reſolvit Deluca ſupra*, qui ſic hanc quæſtionem decidere cenſendus eſt; nam poſtquam dixit Petram aſſenſiſſe, quod cauſa ſuſpicionis ex capite compaternitatis ceſſaret per

per mortem baptizati addit hæc formalia verba ibi: *at vide infra de affinitate ob mortem ſoluta*, & maximè ſi cum compaternitate concurrerit amicitia, prout præſumitur: nam ut plurimum com-
6 patres, ut amici invitantur *Xamar de officio judicis q.14. n. 64. & 69, 1. part.*

7 Recuſabilis an ſit judex in cauſa illius, cujus filium uti procurator alicujus elevavit à ſacro baptiſmatis fonte? Negativè decretum refert *Deluca in praxi judiciali cap.19. nu.16. Petrà ritu, 165. n.134. ex Sanch. de matrimonio lib. 7. diſp. 59. n.10.* vide, quę diximus *de munere judicis orphanorum tract 2. de diviſionibus lib. 1. cap.9.*

Duplici ex capite reſolutio no-
8 ſtra eſt limitanda, ex primo, ſcilicet quando judex fuerit utriuſque partis compater, dummodo baptiſati exiſtant, & judex ex capite amicitię maioris erga unum ex compatribus ſuſpectus non ſit. Ex ſecundo, videlicet quando judex
9 ita fuerit vir mirę bonitatis, ut veròſimile non ſit, quod à juſtitiæ tramite divertat ex cauſa compaterninatis, prout de judice affine dicit *Fontanellà deciſ.13. nu.7.* ſed limitatio ex hoc ſecundo capite, nobis non placet ex eo quod bonitas judicis cauſam juſtam recuſandi judicem non excludit; ut in poſterioribus capitibus, & in alijs diximus.

10 Ex eadem cauſa præſumptæ affectionis afferunt plures, & magni nominis DD. recuſari poſſe judicem in cauſa ſui confeſſoris, vel pænitentis, contra quos inſurgit *Fontanella deciſ.15, n.23. Thoro in compendio deciſionum Neapol. verbo ſuſpicio, ubi docet* contra ſuſpiciones fuiſſe declaratum, & id tradit *Deluca in praxi judiciaria cap. 19. n. 16. verſiculo pænitens*, quorum ſententiam libenter amplectimur, niſi ex cauſa reſultaret amicitia, & inter tales magna ſit familiaritas, quia tunc ex cauſa recuſari poſſe, nemo dubitabit, & ſic intelligimus DD. contrariæ ſententiæ, quos refert, & ſequitur *Carolus de Graſſis de exceptionib, except.24. n.66.*

De cognatione civili, quæ oritur inter adoptantem, & adopta- 11
tum, & inter adrogatorem, & adrogatum, non eſt dubium, quod ſit ſufficiens cauſa ad recuſationem, ex his quæ late tradimus *de munere judicis orphanorum tract. 2. de diviſionibus lib. 1. cap. 8. per totum*; immò putamus, quod etiam 12
recuſatione non appoſita non poſſunt tales inter ſe eſſe judices ex prohibitione noſtræ *Ord. lib. 3. tit.* 24. ubi prohibitur ne quis judicet in ſua cauſa, ſuorum que conſanguineorum, & affinium uſque ad
quartum gradum incluſivè, & ap- 13
pellatione filiorum aliquando veniunt adoptivi & arrogati, & pa- 14
rentum appellatione aliquando comprehenduntur parentes adoptantes & arrogantes, ut diximus *in dicto cap.* 8. ubi videre eſt ſi occaſio poſtulet.

CAP. VII.

## CAPUT VII.

Iudex an, & quando recuſari poſſit in cauſis ſuorum officialium.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex non poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum officialium, niſi pars conſenſerit.*

2 *Neceſſe eſt, quòd partes expreſſè conſentiant, ut quis poſſit eſſe judex in cauſa ſuorum officialium.*

3 *Non ita tamen poterit judex cognoſcere de cauſis proprijs, vel conſanguineorum.*

4 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*

5 *Per titulum prohibitivum tollitur poteſtas alitèr faciendi, etiam per renunciationem partium.*

6 *Si judex cognoverit in cauſa propriâ, vel conſanguineorũ acta ſunt nulla, ſi pars de nullitate oppoſuerit.*

7 *Si pars conſenſerit in judice, officialis non poteſt judicem recuſare, eo quòd ſit ejus officialis, poterit tamen ex aliâ cauſa.*

8 *Confidentia in ſuſpectum judicem ſuſpecta eſt.*

9 *Advocatus conſtitutus judex a ſuo proprio cliente, ſi pars adverſa in eum conſenſerit, recuſari poteſt.*

10 *Si pars, cui de jure competit judicem recuſare, hoc neglecto aſſiſtit, & comparet, pars alia ex hoc ſolùm poterit judicem recuſare.*

11 *Etiam de jure communi ſuſpicio oriens ex una parte, non poteſt apponi niſi ab alia parte, ſeu adverſario.*

12 *Iudex impetratus ab una parte, ab ipſo recuſari non valet.*

13 *Cliens non poteſt allegare ſuſpectum ſuum advocatum.*

14 *Niſi ſuſpicio reſultet ex confidentia alterius partis, junctâ alia, quamvis levi conjectura.*

15 *Quando non adeſt lex prohibitiva poteſt de conſenſu partis cognoſcere.*

16 *Vnuſquiſque poteſt renunciare juri ſuo.*

17 *Quæ ſunt juris publici renunciari nequeunt.*

18 *Recuſatio eſt juris publici ſecundarij.*

19 *Quæ ſunt juris publici ſecundarii renunciari poſſunt.*

20 *Officiales dicuntur de familia judicis.*

21 *Quando cauſa vertitur inter duos, vel plures officiales judicis, ipſe cognoſcere poteſt, ſi detur paritas in reliquo.*

22 *Iudex poteſt judicare inter duos æqualitèr amicos, affines, ſeu conſanguineos.*

23 *Iudex poteſt cognoſcere de delictis commiſſis in officio, & eos punire abſque timore ſuſpicionis ex hac cauſâ.*

2 Pro-

24 *Pront etiam de notorijs delictis commiſſis extra officium.*

25 *Secùs verò in non notorijs.*

26 *Iudex recuſari non poteſt, ſi cognoſcat uſque ad conteſtationem litis de cauſa officialis, cujus actio erat tempore peritura.*

27 *Iudex fiſci poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum officialium abſque eo, quòd recuſari poſſit.*

28 *Princeps poteſt judici committere cauſam remotâ certâ cauſâ recuſationis.*

29 *Auditor Baſilicæ publicæ Vlyſſiponis, & judices Baſilicarum regni cognoſcunt privativè de cauſis civilibus, & criminalibus ſuorum officialiũ.*

30 *Qui tenentur aſſiſtere alicui negocio non poſſunt ab eo divertere.*

31 *Prædicti talitèr non avelli à ſuo judice; ut nec ab orphano avelli poſſunt.*

32 *Officiales, quibus conceditur, ut poſſint, ſeu debeant conveniri coram ſuo judice, ab eo avelli nequeunt.*

33 *Iudex non poteſt recuſari in cauſa advocati advocantis coram illo.*

34 *Appellatione officialium non veniunt advocati.*

1 APud nos nõ indiget pars colligitans cum officiali alicujus judicis recuſationis exceptione ad removendum judicem ne judicet in cauſa ſuorum officialium, ſed ſufficit non conſentire, ex *Ord. lib. 3. titul. 24. in principio ibi. Barboſa, latiſſimè Almeyda alleg. 17. per totam ubi nu.* 3. tradit quod 2
de cauſis officialium poterit judex cognoſcere, ſi partes adverſæ 3
expreſsè conſentiant. non ità tamen de cauſis proprijs, vel conſanguineorum: nam cum prædicta Ord. expreſsè concedat quod ex partium conſenſu judex judicet in cauſis officialium, id quidẽ negaſſe cenſetur in cauſis proprijs vel conſanguineorum, quia incluſio unius eſt excluſio alterius *ex l.* 4
*cum prætor ff. de judicijs l. quod labeo ff. de compenſationib. l. maritus cod. de procuratoribus cum ſimilibus.*

Confirmatur hoc, quia dictæ *Ord. tit.* 24. eſt prohibitivus ac pro 5
inde à partibus renunciari nequit ex multis, quos refert, & ſequitur *Almeyda ſupra n.* 4. nam per titulum prohibitivum tollitur poteſtas aliter faciendi, ex alijs quos etiam refert, & ſequitur *Almeyda n.* 4. atque ita cum judici prohibeatur nè judicet in cauſis proprijs, vel conſanguineorum, ei etiam partibus conſentientibus poteſtas cognoſcendi tollitur, ex his quę *Almeyda dicto nu.* 4. *Carvalho ad cap. Reinaldus* 2. *p. n.* 40. *noviſſimè Parada de delegatione criminali n.*
59. & ſi judex contrarium faciat, 6
erunt acta nulla, ſecundum *Almeyda numer.* 1. *Barb. cum alijs ad dictam Ord. n.* 8. ubi declarat, quod ad hoc ut acta maneant, requi-

requiritur quod pars opponat, aliàs judex poſſit judex eſſe in cauſa propria, & ſuorum. *Fontanella deciſ.*10.*à n.*6.*cum ſequentibus.*

7 Conſentiente parte, ita judex efficitur judex in cauſa ſuorum officialium, ut non poſſit officialis judicem recuſare ex eo capite, quod ſit ejus officialis, niſi aliam ex cauſis juris recuſationis allegaverit, & probaverit, ut expreſſe habetur in dicta *Ord. titul.* 24. *in principio*, quæ Ordinationis diſpoſitio ſi defficeret, dicemus, quod quando pars adverſa colligitans cum officiali alicujus judicis in talem judicem conſentit, poſſe officialem ipſum recuſare ex eo ſolo capite quia eſt ſuus officialij, & pars adverſa in id conſentit.

8 Quia confidentia in ſuſpectum judicem; ſuſpecta eſt, ut tradit *Giurba obſ.*95. *num.*21. *Sanfelicius alleg.* 80. 3. *part.* 1. *cum Rollando Ludovico, & alijs, Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.*13.*n.*29. *Abbas in cap. accedens, ut lite non conteſtata*, atqui partem adverſam habere in caſu confidentiam in judicem ſuſpectum negari non poteſt: ergo hæc confidentia ſuſpecta erit ac per conſequens ex illa ſola judex ab officiali recuſari poteſt.

9 Comprobatur hęc ratio: quia Advocatus judex cõſtitutus à ſuo proprio cliente, ſi pars adverſa in eum conſenſerit recuſari poteſt ex eo ſolum, quia confidentia, quam præſtat in hoc caſu adverſarius ſuſpicionem inducit, quæ ſufficiens eſt ad judicem recuſandum, ut cum communi ſententia tradit *Protel. ad Molinam verbo Advocatus num.* 116. *Tapia deciſ.*40. *num.* 11. 12. *&* 13. *Maſtrillus deciſ.* 251. *num.* 35. *Marta pragmat.*3. *num.*10. *Fontanella deciſ.*10. *a num.*1. *Theod. alleg.* 3. *num.* 3. quos laudant, & ſequuntur *Giurba obſ.*95. *numer.* 21. *& obſ.* 99. *Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap.*13.*n.*30.

Quorum veſtigijs inhærendo, collige generalem regulam in hac recuſationis materia, quod ubicũque pars adverſa, cui de jure competit, & aſſiſtit juſta recuſandi cauſa, illa negleta coram judice comparet, ex hac ſola cauſa confidentię poſſit altera pars judicem ipſum recuſare. 10

Verum his non obſtantibus rectè ſecundum jus commune procedit reſolutio noſtrę Ordinationis, ſecundum quod communis eſt traditio, quod ſuſpicio oriens ex una parte, non poteſt apponi, niſi ab alia, ſeu adverſario. *Fontanella deciſ.*10.*n.*3. *Innocentius in cap. inſinuante* 25. *de officio, & poteſtate judicis delegati, & probatur ex tx. in cap. offertur* 3.*q.*3. ubi diſponitur judicem impetratum ab una parte, vel ejus procuratore non poſſe ab eadem parte recuſari, ibi *latè Barb. gloſſ. in cap. dilecto verſ. recuſabilis de teſtibus*, ubi docet clientem non poſſe allegare ſuſpectum ſuũ advocatũ, & ita cũ probabiliori ſententia cõtra aliam ſupra relatam 11 12 13

ctam docent *Farinacius in fragmentis litera I. verbo judex numer. 861. Tapia deciſ. 40. num. 7. Novar ad pragmat. 17. de ſuſpicionibus officialium collectaneo 7. num. 3. Ganaver. deciſ. 11. num. 6. & 33.* quæ
14 opinio eſt ſequenda, niſi talis ſuſpicio, quæ reſultat ex tali confidentia alia conjectura adjuvetur, quamvis levi, per quam præſumatur judicem cum parte confidente colluſiſſe, quia hæc levis conjectura juncta cum tali confidentia judicem reddit ſuſpectum.

Fulcitur noſtra reſolutio, ex eo
15 quia judex poteſt per partem, cujus intereſt, ſuo conſenſu habilitari, quando non adeſt lex prohibitiva in contrarium, quia ſuo jure unuſquiſque poteſt renuntiare, ut
16 latè diximus *in tractatu de privilegijs familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis lib. unicus cap. 7. ferè per totum.*

Neque dicas, quod recuſatio
17 eſt boni publici, cui convenit, nequis coram ſuſpecto judice litiget, & quod ea, quæ boni publici ſunt, nequeunt à partibus renuntiari *Barboſa axioma 135. per totum Fontanella deciſ. 10. nu. 14.*
18 quia reſpondemus verum quidem eſſe recuſationem eſſe boni publici ſecundarij, ſed non boni publici primarij, ex his quę *Fontanella*
19 *dicta deciſ. 10. n. 15.* & quod ea quę ſunt boni publici ſecundarij, & privati, benè poſſunt renuntiari *ex Fontanella dicto n. 15. Barb. dicto axioma* 135. *per totum, & nos dicto cap. 7. per totum.*

Iudex, quamvis ſine conſenſu 20
partium, non poſſit judicare in cauſa ſuorum officialium probatur ex ea ratione, quia officiales dicuntur de familia judicis, & quodammodo in famalatu judicis eſſe dicuntur, ut ex pluribus *diximus de munere judicis orphanorum tract. 2. de diviſionibus lib. 8. cap. 15* tamen hęc regula limitatur quando cauſa vertitur inter duos, vel 21
plures officiales, vel inter duos 22
æqua charitate, & amicitia, vel parem affinitatis, aut conſanguinitatis gradum attingentes: nam tunc cum par affectionis ratio omnem fraudis ſuſpicionem removeat *ex l. non ſolum §. de inoff. de ritu nuptiarum,* poterit quidem judex cognoſcere, & cauſam definiri abſque eo, quod ex hac cauſa recuſari poſſit. *Almeyda alleg. 17. n. 11. Gratian. cap. 100. n. 16. & 17. cum alijs Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 24 in principio n. 10. 11. & 12.* niſi alia ſubſiſtat cauſa, ex qua judex reddatur ſuſpectus.

Eodem modo poterit judex 23
cognoſcere de delictis ſuorum officialium commiſſis in officio, & eos pæna condigna punire abſque eo, quod officialis ex hoc capite poſſit judicem recuſare *ex Ord. dicto tit. 24. §. 2. l. 2. cod. de ſportulis. Almeyda ſupra num. 5.* ubi alios refert, & de delictis notorijs extra officium commiſſis *ex dicto* 24
*§. 2.* ſecus in non notorijs *Barb. cum multis ad dictum §. dummodo* 25

judex ex alia cauſa non recuſetur. *Xamar n.*50.

26 Non poterit etiam judex recuſari ex hoc capite ſi cognoſcat uſque ad litis conteſtatioeem de cauſa intentata virtute actionis tempore periturae *ex l.ſenatus con ſulto ff.de officio præſidis, ibi Barthol.& arg.Ord.lib.3.tit.9.in principio. Almeyda ſupra nu.*10. dummodo ex alio capite non recuſetur *Xamar de officio judicis q.* 14.

27 Præfectus, ſeu judex fiſci cognoſcere poteſt de cauſis ſuorum officialiũ, abſque eo quod ex hoc capite recuſari poſſit, quia per regimen fiſcale *cap.*46.hac cauſa recuſationis non obſtante, eì permittitur & injungitur cognoſcere de cauſis ſuorum officialium, &

28 Princeps valet cauſam committere, certa cauſa recuſationis remota, ut *ex pluribus docet Barb.ad rubricam Ord.lib.*3.*tit.*21.*n.*25. *Phæbo deciſ.*77.*n.*7.

29 Auditor Baſilicæ publicæ Vliſiponenſis, & judices Baſilicarum Regni cognoſcunt privativè de omnibus cauſis tam civilibus, quã criminalibus officialium ſuorum, & *ex Ord.lib.*1.*tit.*52.§.10. cæteri judices ex regiminibus, & rationem præſtat *Ord.dicto* §. 10. quia

30 qui tenentur aſſiſtere alicui negotio, vel occupationi, non poſſunt ab ea diverti, & *ita docet Pegas in* §.10.*gloſſ.*12.*nu.*4.ubi tradit,

31 quod tantum hoc procedit,ut nec ab orphanis poſſint ex hoc judicio avellere, ut judicatum tradit *Phæb.*1.*p.areſto* 16. quod an ſit verum diſputavimus *de munere judicis orphanorum tract.* 5. *de proceſſu Civili coram judice orphanorum formando lib.* 1. *cap.* 3. quarè partes collitigantes cum talibus officialibus non poſſunt judices tales recuſare ex hoc capite, quod 32
idem eſt tradendum de omnibus judicibus, quibus in regiminibus ſuis, conceſſum fuerit de cauſis ſuorum officialium cognoſcere.

Portuenſi in ſenatu fuit aliquãdo diſputatum, an judex poſſit re- 33
cuſari in cauſis Advocatorum, qui pro partibus ſolet in judicio judicis patrocinium præſtare, ex eo capite, quia ipſius judicis eſſent officiales? Et negativè judicatum tradit *Barb. ad principium Ord. lib.*3.*tit.*24.*n.*13. & merito, quia appellatione officialium non 34
veniunt Advocati. *Landim de ſalario judicum Advocatorum, & officialium.*

## CAPUT VIII.

Iudex an, & quando recuſari poteſt, ut non ſit judex, vel in cauſa propria, vel tangente ipſius judicis commodum, aut incommodum.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex poteſt recuſari in cauſa propria.*

2 *Amor proprius eſt omnium fortiſsimus.*

3 *Sua quiſque inventioni favet.*

4 *Magis aliena vitia, quam propria exhorremus.*

5 *Potens ſuo corpori rationabiliter imperare Regia poteſtate non caret.*

6 *Facile erat homini amorem proprium vincere, ſi ſe ipſum cognoſceret.*

7 *Vide multa curioſa circa amorem proprium.*

8 *Nemo poteſt eſſe judex in cauſa propria.*

9 *Quod procedit tam in civilibus quam in criminalibus.*

10 *Prout etiam in cauſis conſanguineorum.*

11 *Et hoc procedit etiam ſi partes conſentiant.*

12 *Nemo poteſt ſibi ipſi imperare.*

13 *Bene poteſt quis eſſe arbitrator in ſua cauſâ.*

14 *Vt repellatur judex non eſt neceſſarium recuſare illum, ſed ſufficit opponere, quod eſt cauſa propria.*

15 *In criminalibus etiam parte nõ opponente, non poteſt quis eſſe judex in cauſa propriâ.*

16 *Nemo poteſt ſe ipſum ad mortem condemnare, etiam ſi cognoſcat ſe illa dignum.*

17 *Nemo, licèt magnæ qualitatis, & bonitatis poteſt eſſe judex in cauſa propria.*

18 *Iudex miræ bonitatis ex juſta cauſa poteſt recuſari etiam in cauſa aliena.*

19 *Statutum abſolutè diſponens, quòd quilibet poſſit eſſe judex in cauſa propria non valet.*

20 *Quamvis aliquis poſſit eſſe Iudex in cauſa ex qua aliquo reſpectu recepit commodum, tamen pro ea parte, in qua recipit recuſari poteſt.*

21 *Habens cauſam ſimilem recuſari poteſt.*

22 *Quod procedit tam in judice ordinario, quam delegato.*

13 *Similis cauſa ex deciſione illius concurritur ad deciſionem cauſæ, quam judex habet privatus.*

24 *Habens ſimilem cauſam decimalem, juris patronatûs, aut electionis, recuſari nequit.*

25 *Habens ſimilem cauſam repellitur a teſtificando.*

26 *Similitudo nominis non ſufficit ad recuſandum judicem.*

27 *Ille, qui ſollicitavit eſſe judex poteſt recuſari.*

28 *Iudices reciproci, ut quia unus impetravit alium, poſſunt recuſari.*

29 *Recuſari poteſt ille, qui habet cauſam conſanguinei pendentem coram parte.*

30 *Iudex legatarius poteſt in cauſa teſtamentaria, & in illa, qua agitur de viribus hæreditatis, quando non eſt opulenta recuſari.*

31 *Legatarius poteſt eſſet teſtis in teſtamento.*

32 *Facilius repellitur quis à judicando, quàm à teſtificando.*

33 *Executor teſtamenti relictus judex recuſari poteſt.*

34 *Quandò judex tenetur ex evictione, vel fidejuſtione recuſari poteſt.*

35 *Prælatus non poteſt eſſe judex in cauſa ſuæ Eccleſiæ.*

36 *Si cauſa fuerit menſæ Prælati ſufficit oppoſitio.*

37 *Conſanguineus Epiſcopi, vel Rectoris poteſt recuſari in cauſis Eccleſiæ, Epiſcopi, vel Rectoris.*

38 *Gubernator alicujus Eccleſiæ, vel loci recuſari poteſt, etiam ſi actu gubernium non exerceat.*

39 *Iudex poteſt recuſari in cauſa ſuæ communitatis, Collegij, Vniverſitatis, aut Civitatis,*

40 *Quilibet poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuæ communitatis, ſi non habet commodum particulare.*

41 *Poteſt quilibet eſſe judex in cauſa qua teſtimonium protulit, ſed à parte contra quam juravit recuſari poteſt.*

42 *Secùs ſi depoſuit nihil ſcire.*

43 *Si judex ſcit veritatem cauſæ, poteſt recuſari, ut poſtea teſtificetur.*

44 *Poteſt recuſari judex, qui prius fuit advocatus in cauſa.*

45 *Nemo poteſt eſſe aſſeſſor in cauſa, qua fuit advocatus.*

46 *Si judex tulerit ſententiam in cauſa, qua advocavit, quin recuſetur, ſententia valet.*

47 *Iudex, qui fuit advocatus in cauſa recuſari non poteſt ab eo pro quo advocavit.*

48 *Iudex poteſt poſteà eſſe advocatus illius, pro quo ſententiam protulit.*

49 *Nec de conſenſu partium poteſt quis eſſe judex in cauſa, qua conſilium dedit, vel patrocinium.*

50 *Sufficit, quòd quis ſit advocatus, vel procurator generalis, ut poſſit recuſari in omnibus cauſis ſui clientis.*

51 *Quod procedit, etiam ſi poſtquam fuit, nullum patrocinium dedit.*

52 *Poterit tamen abſque timore recuſationis eſſe iudex advocatus ſi in ipſa cauſa numquàm aliquid egit, licèt in alijs fecerit.*

53 *Advocatus poteſt recuſari, ut non ſit judex in cauſa adhærenti illi, in qua patrocinium præſtitit.*

54 *Iudex à quo, ſi eſt judex ſubrogatus in cauſa appellationis recuſari poteſt.*

55 *Doctor dans libros typis, & reſolvens quæſtionem recuſari non poteſt.*

56 *Iudex, qui jam in alia cauſa ſimili & eandem quæſtionem exaravit, & votum dedit, recuſari nequit.*

57 *Iudex poteſt recuſari, ſi ante ſententiam votum propallavit.*

58 *Eſt ſuſpectus judex, qui ante ſententiam votum propallat, ſivè expreſsè, ſivè tacitè, dum modò cognoſcatur animus.*

59 Idem

59 *Idem dicendum, ſi poſt ſententiam, ante publicationem tamen votum propallavit, valet tamen ſententia.*

60 *Quilibet habens munus publicum recuſari poteſt, ſi ante tempus ſuum votum aperiat.*

61 *Non ſolum judex, ſed etiam quilibet habens munus publicum recuſari poteſt.*

62 *Qui aperit, ſeu primittit votum ſuum, recuſari poteſt.*

63 *Admonitio Iudicibus juſtitiæ diſtributivæ, nè aperiant vota ſua ante tempus, & aſſerit etiam poſſe recuſari.*

64 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem recuſari nequit, etiam in cauſâ propriâ.*

65 *Prout etiam Civitas ſuperiorem non recognoſcens.*

66 *De honeſtate tamen debet Princeps cauſam judicibus delegare, vel arbitris.*

67 *Sed hoc totum procedit quoad ſubditos, & ſubjectos.*

68 *Conſuetudine poteſt quis in aliquo caſu particulari eſſe judex in cauſa propriâ.*

69 *Poteſt quis eſſe judex arbitrator in cauſâ propriâ.*

70 *Licèt quis ſit miræ bonitatis, & qualitatis, non poteſt eſſe judex in cauſa propria.*

71 *In facto notorio poteſt quis eſſe judex in cauſa propriâ.*

72 *Prout etiam quando ei fit offenſio ratione dignitatis, ſecus ſi ratione particulari.*

73 *In illis, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ poteſt quis eſſe judex in cauſâ propria.*

74 *Conſul, vel Præſes poteſt apud ſe ipſum emancipari, & in adoptionem dare.*

75 *Pater poteſt ſervum ſuum manumittere coram filio familias ſuo.*

76 *Iudex cognoſcens, an ſua ſit juriſdictio, poteſt judicare, quin recuſari valeat.*

77 *Intellige, ſi controverſia eſt inter ipſum judicem, & partem, ſecùs eſt inter duos judices, quia tunc ſuperior cognoſcet.*

78 *Iudex nequit cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, ſi ſportulæ, aut alia cōmoda litis fuerint magnæ quantitatis, ſecùs ſi parvæ.*

79 *Poteſt quis eſſe judex in cauſa propria ob defectum judicis competentis, & periculum in mora.*

80 *Quando eſt tempore peritura poteſt quis eſſe judex in cauſa propria uſque ad conteſtationem.*

81 *Poteſt judex delinquentem capere & eum detinere, dum ſuperiori notificat.*

82 *Iudices incompetentes tenentur capere delinquentem, & eum remittere ad ſuperiores.*

83 *In cauſis brevibus, & levibus poteſt quis eſſe judex in cauſa propria.*

84 *Subſiſtente manifeſtâ, & rationabili cauſâ, ſpectante ad dignitatem, & honorem Eccleſiæ,*

*cleſiæ, poteſt Epiſcopus eſſe judex in cauſa propria.*

85 *Quod intellige, licet in conſequentiam detur utilitas Epiſcopi.*

86 *Epiſcopus ſtante manifeſtâ, & rationabili causâ, poteſt clericos cogere ad charitativum ſubſidium.*

87 *Epiſcopus ex aliqua rationabili causà poteſt in cauſis ſuæ æccleſiæ recuſari.*

88 *Manifeſta, notoria evidentia, & publica ſunt ſynonima, eundem que habent ſenſum, quandò materia ſubjecta non repugnat.*

89 *Idem ſi mens diſponentis non repugnet.*

90 *Notorium, & patens eſt illud, quod nulla probabili tergiverſatione celari poteſt.*

91 *Vel aliter eſt illud, in quo nulla probatione, ſeu examinatione opus eſt.*

92 *Iudex poteſt procedere contrà turbantes; & impedientes ſuam juriſdictionem, quin poſſit recuſari.*

93 *Poteſt quis eſſe judex in cauſa, qua ſibi licet jus dicere.*

94 *Dominus feudi eſt judex in cauſa feudali, niſi negetur feudum ad dominum pertinere.*

95 *Non poteſt cognoſcere dominus feudi ſi quæſtio eſt intervaſſallum, & tertium.*

96 *Si contigerit, quòd dominus emphyteuſis ſit judex ratione loci, non poteſt recuſari in cauſa emphyteutæ circa emphyteuſim.*

97 *Niſi commodum peculiare habeat.*

SI amicitia, & amor reſpiciens alienum commodum, ſeu incommodum, juſta eſt cauſa recuſationis, ut hactenus vidimus, a fortori erit juſta recuſationis cauſa amor proprius, qui omnium amorum eſt fortiſſimus, quo omnes homines cæciunt: *quia ſuæ quiſque inventioni favet*, ex Plinio juniori, & juxta Quintilianum magis aliena vitia, quam propria exhorremus, & rationem præſtat ſic Vvem. 1 2 3 4

*Cur aliena magis quam crimina noſtra videmus.*
*An, quia noſtra procul verum aliena prope.*

Quarè meritò tradit Proſpero, ſic ſcribens: *non caret regia poteſtate, qui corpori ſuo noverit rationabiliter imperare, verè dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ; nec poteſt fieri ut grandi pondere minæ ſuper hominē voluntas propria cadat, ſi voluntati ſuæ ſuperioris extollendo eam præponat.* Et Sęneca dum dixit: *qui dominatur animo ſuo melior eſt expugnatore urbium: & quando ſcripſit: nosmet ipſos ſuperare deficilius, quam hoſtes & quod bis vincit, qui ſe in victoria vincit.* 5

Facilis rès erat proprium amorem vincere ſi ſe ipſum homo agnōſceret, quia ſe ipſum diſpiceret 6
homo

homo, ſi ſe ipſum intus noviſ-
7 ſet qui ab alio tentari non poſ-
ſit, niſi prius à ſe ipſo tentaretur,
juxta illud.

*Tentator tuus, ipſe tuus decep-*
*tor eſt idem.*
*Te qui tẽtaret, tu niſi nullus erat.*

Vel illius memoriam ſubiret
certæ mortis recordatio cum dicî
in certitudine, nam.

*Mors incertarum rerum certiſ-*
*ſima cunctis,*
*Incertum quando, certum ali-*
*quando mori.*
*Nullus ab occaſu procul eſt homo,*
*nullus ab ortu,*
*Nec tamen illius, nec memor hu-*
*jus homo.*

Quid eſt naſci, niſi ægrotare.
Quid eſt vivere? niſi mori. Quid
eſt cor niſi cura. Quid caro; niſi
triſte cadaver, ut bellé dixit. Vvẽ.

*Cor, niſi cura, nihil caro nil niſi*
*triſte Cadaver,*
*Naſci ægrotare eſt: vivere ſæpè*
*mori.*

Quæ, ſi homo cogitaret,
minimè ſuperbiret: ſed quia
homo vivere ſolet interitus im-
memor, & ſepulcri, interro-
gatus Ptholæmeus Ægiptiorum
Rex, quid judicibus eſſet om-
nium deficilius, *ſe ipſum vincere*,
ſecundum *Queſada Pilo contr. fo-*
8 *renſ. cap. 37. n. 36.* reſpondit.

Ideo merito jus noſtrum non
patitur, ut quis in ſua cauſa judi-
cet *ex l. Iulian. ff. de judicijs, l. qui*
*juriſdictioni* 10. *ff. de juriſdict. omni*
*um judicum, l. unica cod. ne quis in*
*ſua cauſa Ord. lib. 3. tit. 24. per totũ*
*ibi latè Barb. cum multis, quibus ad-*
*de latiſsimè Xamar de officio judicis*
*p. 1. q. 14. a n. 1. uſq; ad 87. & infini*
*tos, quos refert & ſequitur Barb. ad*
*tx. in l. unica cod. ne quis in ſua cauſa*
*ibi 30. & 2. Zoeſius & Peres.*

Ampliatur hæc regula, ut pro- 9
cedat, & habeat locum in cauſis,
ſive civilibus, ſivè criminalibus,
ſivè ſint propriè ejuſdem judicis, 10
ſivè ſint conſanguineorum, aut affi
niũ, aut officialiũ ejuſdẽ judicis, *ut*
*latè docuimus in proximis capitibus.*

Ampliatur ſecundo, ut procedat
licet partes in ipſum judicem con 11
ſentiãt, ut probatur *ex l. penultima*
*ff. de receptis arbitris*, ubi *Martian*
*ſic ait: ſi de re ſua quiſque arbiter fa*
*ctus ſit ſententiam dicere non poteſt,*
*quia ſe facere jubiret, aut parere pro*
*biberet: nec autem imperare, nec pro-*
*hibere quiſquam poteſt*; & ita tenet
*Xamar ſuprà nu. 6. & 7.* ubi etiam
refert aliquos DD. contrariũ cen- 12
ſientes quorum ſententiæ funda-
menta ſilemus: quia apud nos de
hoc quęſtio eſſe non poteſt, cũ ha-
beamus caſum deciſum in noſtra
*Ord. lib. 3. tit. 24. in principio*, ubi le
giſlator noſter poſtquam in prin-
cipio poſuit regulam generalem,
quod nemo poſſit eſſe judex in cau
ſa propria, nec in cauſa ſuorũ cõſã
guiniorũ intra quartum gradum,
nec in cauſa ſuorum affinium, du-
rante affinitate intra quartum gra-
dũ, nec in cauſa ſuorum officiali-
um, talem regulam ſolum limita-
vit in cauſis officialiũ de cõſenſu

partium; quæ limitatio quo ad of-
ficiales firmavit regulam in con-
trarium quo ad alios, ut cum *Al-
meyda alleg.* 17. *diximus in capite*
13 *antecedenti*. Sed adverte *cum Xa-
mar ſupra n.*7. quod licet quis non
poſſit eſſe judex, vel arbiter in ſua
cauſa, benè poteſt eſſe arbitrator.

Ampliatur tertio, ut adeo vera
14 ſit noſtra concluſio, ut ad repel-
lendum judicem, non requiratur
recuſatio, ſed ſufficiat partis op-
poſitio, ut docet *Barb. in dicta le-
ge unica n.* 14. *Trentacinq.* 2. *var.
tit. de judicijs, reſol.* 5. *Cardozo in
prax. verbo recuſatio n.*13. *Valaſc.
conſ.*173. *n.*19. *Barb. in l. ſi quis ex
aliena ff. de judicijs Xamar de offi-
cio judicis* 1. *p. q.* 14. *n.* 12. ubi ad-
15 vertit quod in criminalibus, etiam
parte non opponente non poteſt
quis judex eſſe in cauſa propria,
nec judex, qui ſcit ſe morte dig-
16 num, poteſt ſe ad mortem con-
demnare.

17 Ampliatur quarto, ut proce-
dat, & habeat locum etiam quan-
do perſona judicis eſſet talis qua-
litatis, quod omnis ſuſpicio vero-
ſimiliter ceſſaſſet: quia ſit judex
miræ bonitatis, etiam in cauſa a-
18 liena poteſt ex juſta cauſa recuſa-
ri, ut diximus *lib.* 1. *cap.* 12. *& lib.*
2. *cap.* 19. *& alijs* plurimis in locis
& in ſpecie docet *Xamar ſupra n.*
10. maiori cum ratione eſt remo-
vendus judex in cauſa propria,
quamvis ſit judex miræ bonitatis,
quid quid dicat *Barb. cum alijs in
dicta l. unica n.* 10.

Ampliatur quinto, quod adeo 19
vera ſit noſtra concluſio, ut non
valeat ſtatutum, per quod cavea-
tur ſimplicitèr, & abſolutè, ut
quis poſſit eſſe judex in cauſa pro-
pria: quia eſſet irationabile, &
contra jus naturale, ut quis ſibi
jus dicat, ex *Ariſtotele lib.* 3. *poli-
ticorum cap.* 16. & ita docet *Xa-
mar ſupra n.*13. ſecùs autem in a-
liquibus caſibus, de quibus infrà.

Ampliatur ſexto, quod adeo
vera ſit noſtra concluſio, ut quan- 20
vis quis poſſit eſſe judex in cauſa,
ex aliquo reſpectu reſpiciente
commodum, aut incommodum
ipſius judicis, ut docent DD. in-
frà citandi; tamen in illa ratione
commodi, ſeu incommodi ſibi
futuri, poteſt judex recuſari, ut
notant, & docent *Cardozo in pra-
xi judicum verbo recuſatio num.* 15
*Gaſinus cũ multis de defẽſione reo-
rũ defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 14. 44. *&* 57.

Ex hac illatione infertur pri-
mo, quod quando judex ipſe liti- 21
garet in cauſa ſimili, poteſt ipſe
judex recuſari, quia clarum eſt
quod non judicabit, niſi prout
vellet judicari in ſua cauſa; & ideo
ſivè ordinarius, ſive delegatus 22
poteſt recuſari, *gloſſ. in cap. cum ſu-
per eo de officio delegati in* 6. *Abbas
in cap. cauſamque de judicijs Gaſi-
nus ſupra n.* 14. ubi declarat cau-
ſam ſimilem eſſe quando ex illius 23
deciſione concurritur ad deci-
ſionem cauſę, quam judex ha-
bet, ut privatus. *Maſcard. con-
concluſ.* 913. *a num.* 25. *Cardozo*
ubi

*ubi proximè num.*16. ubi limitat in
24 cauſa decimali, in cauſa juris pa-
tronatus, & in cauſa electionis.
*Barb: in dicto cap. cauſam q.*18,*n.*2.
*Maſcard. concluſ.* 1557.*nu.*50.*Bo-
badilh. lib.*5.*politicorum cap.*2. *Tuſ
cus litera S. concluſ.*908.*n.*33.*Car-
raſc. ad aliquas legis recopillationis
cap.*9.*n.* 129: ſic etiam teſtis ſimi-
25 lem cauſam habens repellitur
à teſtimonio, *ex Barboſ. ſuprà nu-
mer.* 3. *Fermoſinus in cap.* 4. *de fo-
ro competenti q.*31.

26 Inquiritur, an ſimilitudo no-
minis ſufficiens ſit ad recuſandum
causa? Et negativè reſolvunt *Bar-
boſ. alijs relatis in dicto cap. cauſam
n.*4. *& ejus pater Barb. cum infini-
tis ad Ord. lib.*3.*tit.*21.*in rubric. n.*
19. quia nominis ſimilitudo non
inducit ſuſpicionem, ſed quan-
dam levem affectionem *in l. cum
filius* §. *pater ff. legatis* 2.*ibi: nepoti
meo plus tribuas in honorem nominis
mei uterque Barboſ. relatis aliis u-
bi ſuprà.*

27 Infertur ſecundo, quod, qui
ſolicitavit, vel curavit ſe judicem
deputari: poteſt tanquam ſuſpec-
tus recuſari, quia præſumitur ali-
quod commodum ex cognitione
talis cauſæ ſibi provenire, & ita
nos docent *Gaſinus cum Maran-
ta, & alijs dicto cap.* 21. *num.* 44.
*Cardozo ſuprà num.* 25. *Torrecilla
tom.*1.*de conſultas ea legatos tract.*
10.*conſ.*4.

28 Infertur tertio, quod judex
poteſt tanquam ſuſpectus recu-
ſari, quando eſſent judices reci-
proci, quia unus impetravit ali-
um, & alius impetravit alium, vel
unus eſt judex in cauſa alterius.
*Gaſinus cum Franco, & aliis num*
58. quia ratione communis com- 29
modi unus pro altero reciprocè
judicabit; quod extenderem ad
caſum quo cauſa, qui penes alium
pendet non ſit ipſius judicis, ſed
vel conſanguinei, vel amici: quia
tales propriæ reputantur.

Infertur quarto, quod legata- 30
rius judex ut ſuſpectus poteſt re-
cuſari, quando controverſia eſt
de validitate teſtamenti, vel etiam
ſi non ſit de validitate teſtamenti,
hæreditas tamen non ſit opulen-
ta; ſecus autem ſi agatur de hæri-
ditate opulenta, & controverſia
non ſit de validitate teſtamenti:
*Deluca in praxi judiciaria cap.* 16.
*num.*16. *vir legatarius Petra ritu*
265. *num.*158. quia licet legatari- 31
us poſſit eſſe teſtis in teſtamento
de cujus validitate eſt controver-
ſia, recuſari judex poteſt: quia 32
facilius repellitur judex à judican
do, quam removetur teſtis à teſti-
ficando; nam facilius invenitur
judex quam teſtis, ut jam dixi-
mus, & *probat ex multis Creſpo obſ.*
9.*n.*61.*Gaſinus ſupra n.*2.

Infertur quinto, quod ſi execu- 33
tor teſtamenti relictus ſit judex,
poteſt ut ſuſpectus recuſari *De-
luca ſuprà dicto nu.* 16. *verſ. exe-
cutor judicatum tradit Petra ſuprà
num.*156.

Infertur ſexto, quod quando ju 34
dex tenetur pro evictione, vel

 pro

pro fidejuſſione, aut alio ex capite, poteſt recuſari ex affectione cauſæ, quia lato modo dicitur ſocius ejuſdem cauſæ, ut cum multis tradit *Cardozo verbo recuſatio n. 15. Gaſinus cum Maranta & alijs dicto cap. 21. n. 47. Fermoſinus in cap. ſi quis contra 4. de foro competenti q. 30. per totam.*

Infertur ſeptimo; quod Prælatus
35 tus in cauſa ſuæ eccleſiæ poterit uti ſuſpectus recuſari, ut cum Maranta, & alijs docet *Gaſinus dicto cap. 21. n. 18. Barb. in l. unica Cod. ne quis in ſua cauſa n. 7. & 18. Trentacinq. 2. var. tit. de judicijs reſolut.*
36 *5. n. 7.* ubi declarant non habere locum, ubi agitur de his, quæ ſunt de menſa Prælati, quia tunc recuſatione non indiget pars, ſed ei oppoſitio ſufficit; nam tunc agit Prælatus de propria cauſa, in qua non eſt neceſſaria recuſatio, ut ſuprà diximus, *Cardozo ſupra num. 36. Barb. in cap. accedens 4. ut lite non conteſtata Fermoſinus in cap. 4. de foro competenti q. 31. per totam*

37 Conſanguineus Epiſcopi, vel Rectoris, an poſſit intervenire in cauſis eccleſiæ Epiſcopi, aut Rectoris, latè diſputant *Rovitus deciſ. 80. a n. 2. Fontanella deciſ. 15. a n. 19. Delucà in praxi judiciali capit. 19. nu. 16. & de linea legali art. 29. a num. 17.* & poſt longum examen reſolvunt negativè, quibus adde *Gaſinū dicto cap. 21. num. 18. alios dantem Rodericum conſ. 4. nu. 19.*
38 ubi deciſum tradit, quod gubernator, alicujus eccleſiæ, vel loci poteſt recuſari, etiam ſi actu non exerceat gubernium, quod id aſſerit *Deluca dicto n. 16. verſ. Gubernatore Barb. ſupra nu. 2. Fermoſinus d. q. 31. per totam.*

Infertur octavo, quod recuſari 39
poteſt quicunque judex in cauſa ſuæ communitatis, collegij, univerſitatis, aut civitatis: quia licet
univerſitatis cauſæ non ſint ſingu- 40
lorum, ſicut neque bona, & ideo quiſque poſſit eſſe teſtis in cauſa ſuæ communitatis, quando non habet intereſſe particulare in cauſa, ut probatur *in cap. inſuper 6. de teſtibus ubi Barb. n. 2.* infinitos citat, hoc non procedit in judice, ex ea ratione ſuprà allata, quia facilius removetur judex, quam teſtis, *ut in cap. cum Nuntius de teſtibus ibi Barb. cum multis Gaſinus dicto cap. 21. n. 2.*

Infertur nono, quod licet quis
poſſit eſſe judex in cauſa, in qua 41
teſtimonium dedit; tamen ex cauſa teſtimonij præſtiti, ab eo, contra quem teſtimonium præſtitit, recuſari poteſt; tam ob affectionem, quam erga ſuum teſtimonium habere cenſetur, quam ob commodum, quod conſequitur ex ſententia dicenda in confirmatione veritatis ſui teſtimonij, & ità nos docent, & reſolvunt *Cardozo in praxi verbo recuſatio n. 38. Barb. in cap. dilecto filio 40. de teſtibus n. 4. Cald. forenſ. lib. 1. q. 9. num 15. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 73. Maſcard. de probationib. concluſ. 950. a nu. 7. & concluſ. 1357. a n. 37.*

an.37. *Curia Philipica* 1. p. §. 17. a n.11. *Tiraquel. de cauſa ceſſante in principio n.* 248. *cum aliis Gaſinus de defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 24. & *apud nos eſt expreſſa Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 13. *ubi Barb.* niſi judex in teſtimonio depoſuiſ-
42 ſet ſe nihil ſciviſſe: quia tunc ex cauſa præſtiti teſtimonij recuſari non poterit ex dicto §. 13. *Cardozo cum multis dicto nu.* 38. *Barb. in dicto cap. dilecto n.* 5. *ubi allegat. Rebuffum de reprobatione teſtium nu.* 282. & *alios ibi.*

43 Sufficit enim ad judicem recuſandum non ſolum præſtitum teſtimonium, ut ſupradiximus; ſed & teſtimonium ferendum; quia ſi judex de re, ſuper qua litigatur, veritatem ſciat, poteſt recuſari, ut indicatur in dicto *cap. Dilecto* in illis verbis *necigitur ob teſtes*, ibi *Barb. n.* 5. *Rebuffus dicto num.* 282. Et ratio eſt, quia teſtis inſtructus deficillus, quam judex, invenitur & ne partis jus periat ob defectũ probationis, eſt removendus judex ad teſtificandũ: ſed quia hæc recuſatio eſt valdè expoſita calumnijs litigantium, qui ad removendum judicem, cujus integritatem timent, illâ facile abutentur; cautius debet ſe habere judex recuſationis in inveſtiganda ratione ſcientiæ cauſę, quam recuſans habere judicem affirmat *Fermoſinus in cap. ſiquis* 4. *de foro competenti q.* 12. *n.* 15.

44 Infertur decimo, quod judex poteſt tanquam ſuſpectus recuſari, ſi poſteà fiat judex in cauſa, de qua fuit advocatus. *Fontanella de* *claſ.* 8. *n.* 5. & 12. & 15. ex ratione commodi, quod ex victoria cauſæ ſibi comparat, & ratione affectionis, quam ad cauſam habere cenſetur, & probatur *ex l. qui præeſt ff. de juriſdictione omnium judicum l. fin. de acceſſoribus ibi: ne affectionis ſuæ, vel advocationis memor incorrupti judicis non poſſit nomen præferre*: *ibi Barb. a num.* 10. *Maſtrillus deciſ.* 161. *n.* 35. & 41. *Cabedo* 1. *p. deciſ.* 10. *n.* 2. *Aviles in cap. Prætorum verbo Abogados Morla in emporio juris* 1. *p. q.* 6. *n.* 30. ubi ait, quod nec acceſſor eſſe 45
poterit in ea cauſa, in qua aliquando fuit advocatus. *Gratian. forenſ. cap.* 4. *n.* 3. *ubi n.* 21. dicit, quòd ſi advocatus pronuntiaret, ſententia non fieret nulla, niſi recuſatus 46
eſſet ut ſuſpectus, & *n.* 16. ſubdit ut poſſit recuſari ab eo tantum, contra quem fuit advocatus, & 47
non ab alio pro quo poſtulavit, & *n.* 7. reſolvit, quod ſi ſententiam 48
tulit, poſſit in eadem cauſa eſſe advocatus, defendendo, quod judicavit, quod etiam tradit *Morla n.* 30. & *Barb. ſupra n.* 11. & 12. à quo hoc tranſcripſimus, & DD. quos ipſe citat addimus *Delucam in praxi judiciaria cap.* 19. *num.* 16. *cum multis Gaſinus de defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 54. *Cardozo in praxi verbo recuſatio num.* 22. *Barb. ad rubric. Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *num.* 11. *Fermoſinus ſupra quæſt.* 32. *per totam.*

Extende illationem primo, ut
49 nec etiam de conſenſu partis, contra quam conſilium dedit, vel patrocinium præſtitit, poſſit Advocatus poſteà fieri judex *Fontanella deciſ. 8. n. 17. & 18. & in Senatu Cathaloniæ ſic refer judicatum.* Extende ſecũdo, ut ſufficiat quod ſit
50 procurator, ſeu advocatus generalis, ut poſteà judex recuſari poſſit in omnibus cauſis ſui clientuli, etiam in ea, de qua poſteà factus
51 eſt judex, conſilium, aut patrocinium non adhibuiſſet, ut deciſum *tradit Fontanella ſupra n. 15.* ſed cõtrarium obſervamus in hac toto orbe celeberrima univerſitate Conimbricenſi, ubi Syndicus univerſitatis ſæpiſſimè in abſentia Conſervatoris ejus vices gerit, & judicat in omnibus cauſis univerſitatis, in quibus tanquam advocatus, & Syndicus non interfuit, quod putamus abſurdum, non ſolum ex ratione, de qua ſupra, ſed maximè, quia contra ſententias à ſe latas, & ſancitas ęgrè poſteà Vniverſitati opitulabitur, cum vice-conſervator eſſe deſierit *Fermoſinus ad tx. in cap ſiquis 4. de foro competenti q. 22. per totam.*

Illationem noſtram declaro,
52 ut non procedat circa eas cauſas, in quibus advocatus particularis conſilium non dedit, ſeu patrocinium non adhibuit quia Advocatus, qui non compatrocinatus eſt ſpecialem cauſam, quamvis eſſet Advocatus partis, poteſt poſteà eſſe judex irrecuſabilis ex hac cauſa *Fontanella ſupra nu. 12. & 14. Cardozo dicto n. 22.*

Sententia hęc licet nobis etiam veriſſima ſit, ad hoc ut Advocatus poſteà factus judex non poſſit recuſari ex hac cauſa, in cauſa in qua munus advocationis non exercuit; tamen nobis videtur in tali caſu poſſe judicem à parte adverſa recuſari ex capite amicitię præſumptæ: nam ideo Advocatus ad favorem illius, cujus partibus favet ſuſpectus eſt judex, quia affectio illos ſtrictè copulavit, & ſub tali reciproca amicitia coaleſcunt, ut ſi poſteà crearetur judex, nequeat in cauſa, quam uti patronus fovit ſententiam proferre *ex l. fur cod. de acceſſoribus Maſtrillus deciſ. 151. n. 53. Fontanella de pactis nuptialibus clauſula 4. gloſſ. 7. p. 3. à n. 44. & deciſ. 8. n. 4. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 13. nu. 18. Thoro in compendio verbo advocatus Theodor. alleg. 87. n. 3. Ganaver. deciſ. 11. nu. 3.* & non ſolum in eadem in ſpecie cauſa, cujus patrocinium præſtitit, Advocatus 53
poteſt pro ſuſpecto adduci, ſed in alia illi adhærenti, vel alioquin connexa *Gratianus cap. 10. nu. 26. Giurba obſ. 95. n. 22. Merlinus tom 2. controverſ. controverſ. 37. Ganaver. ſupra n. 4. Queſada ſupra n. 18* ſed amicitia orta ex patrocinio pręſtito ratione amicitiæ ſuſpecta eſt parti adverſæ etiam in cauſis, in quibus judex Advocatus non fuit: ergo ex cauſa amicitiæ poteſt

teſt judex, qui fuit Advocatus, ab altera parte recuſari, eo vel maximè, quia ut plurimum omnis litigans quęrit patronum amicum, vel amicum reddit, & ſibi facit.

54 Infertur decimo primo, quod judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, quando judex à quo eſt ſubrogatus judex in cauſa, appellationis: quia redditur ſuſpectus in illa cauſa, in qua pronunciavit, ut cum multis docet *Gaſinus de defenſ. reorum defenſ. 1. cap. 21. n. 46. Cardozo in praxi verbo recuſatio n. 23.* quia tunc propter affectionem, commodum, & deſiderium, quod habet, ut ex ſua opinione, ſua lata ſententia confirmetur, ſuſpectus manet, & DD. ſupra relatis, quibus adde *Deluca in praxi judiciaria cap. 19. num. 16. Pereyra de reviſionibus cap. 86. n. 3* nam cauſa ratione affectionis dicitur lato modo propria ipſius judicis, qui poteſt eam defendere in inſtantia ſuperiori, ut docet cum multis *Barb. ex l. fin. cod. de acceſſoribus n. 10. & ejus pater Barb. dicto n. 11.*

55 Hic non abs re ſciſcitaberis, Utrùm Doctores, qui typis libros tradunt, & quæſtiones reſolvunt, poſſint ex hac ratione ſuſpicionis notam incurrere poſſint quãdo lis, ſeu cauſa vertitur ſuper punctum, & quæſtionem ab illis in proprijs terminis propoſitam, agitatam, & reſolutam? & videbatur dicendum, quod ſic, ex ratione de qua ſuprà: quia tales cenſentur ſuſpecti ob affectionem, quam erga ſuam ſententiam habere præſumuntur, & ob deſiderium cuique à natura inſitum, ut quęſtio juxta propriam ipſorum mentem reſolvatur, & decidatur; ſed hac non refragante ratione, contrarium reſolvunt *Petra ritu 265. nu. 154. Deluca in praxi judiciaria cap. 19. n. 16. verſ. ſuſpectus*, an poſsit in fine, ex ea ratione, quia mutabunt ſententiam in melius, raro enim accidet, ut omnes circunſtantię ita propoſitum caſum circumveſtiant, ut cum traditis a DD. omnino cohæreant, valeantque debilitare ſententiam antea traditam *Larrea alleg. 118. Fermoſinus in capit. 4. de foro competenti quæſt. 32. n. 14. contrarium affirmat*

Colliges ex hac reſolutione, quod non eſt ſufficiens cauſa ad recuſandum judicem, quòd idem judex in ſpecie prout individuo 56
quęſtionem, ſententiam, aut votum pro negativa, vel affirmativa parte exaraſſet: quia poteſt in melius ſententiam mutare, vel facti contingentia eſſe, ſaltem in aliquo accidenti, aut circunſtantia diverſa, ut diverſa etiam judicis ſit ſententia: nam ex minima facti circunſtantia, & variatione, juris diſpoſitionem variare docent omnes, quos uberi calamo refert, & ſequitur *Barb. axioma 93. nu. 2. & probatur ex l. ſi js ff. de excuſatione tutorum l. natura cavillationis ff. de verborum ſignificatione l.*

*ea*

*ea eſt ff. de regulis juris Larrea al-leg.* 118. *in terminis.*

57 Infertur decimo ſecũdo, quod judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, quando ante ſententiam

58 votum propallavit, quia per propalationem voti ante ſententiam efficitur ſuſpectus, ut cum innumeris docent *Gaſinus de. defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 67. *Coſta de remedijs ſubſidiaris remedio* 123. *n.* 18, *Fontanella deciſ.* 9. *a n.* 1. *Gratianus cap.* 100. *n.* 57. *Giurba deciſ.* 54. *n.* 33. *Graffis de exceptionibus exceptione* 24. *n.* 103. *Mainardus lib.* 1. *deciſ.* 94. *per totam. Maſtrillus deciſ.* 131. *n.* 54. ſivè expreſſe declaraſſet, ſivè tacitè, dummodo motus animi detegeretur, *ex Giurba, & Gratiano ſupra Portol. ad Molin. verbo judex num.* 60. *Barb. ad rubric. Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 14. *Valaſc. de partitionib. cap.* 9. *nu.*

59 21. *Vivius deciſ.* 36. ſivè ante ſententiam, ſivè poſt, cum hac tamen declaratione, quod ſi judex poſt ſententiam votum aperuit ante publicationem, ſententia nõ annullatur, ſed judex manet ſuſpectus, & ut talis recuſari poteſt, & ita judicatum tradit *Phæbo* 2. *p. areſto* 41. *& reſolvit*, *Pereyra in promptuvrio juris verbo ſuſpicio n.* 1841. *Barb. lib.* 2. *voto* 66. *n.* 20.

60 Extende illationem ad omnes fungentes alijs publicis muneribus, aperientes votum ante tempus, qui ex hac cauſa poſſunt recuſari, quia non ſolum judices, ſed alijs publicis muneribus fungentes recuſari. *Carraſcus ad leges novæ recopilationis cap.* 9. *n.* 29. 61
*Faria ad Covas practicarum cap.* 16. *n.* 18. quarè ſciant cuncti, qui pubicis muneribus fulgent, ſe manere recuſabiles, ſi in electionibus votum aperiant ac promittunt ante electionem: quia, qui ante electionem votum vel promittũt, vel aperiunt, ex amicitia, timore, vel ambitione, aut ignorantia, vovent ſine ullo reſpectu ad juſtitiam, quia qui juſtitiam collunt, ac venerantur primum inquirunt, deinde audiunt poſteà rationes cæterorum voventium preſcrutanter, & denique vovunt. 62

Caveant non ſolum judices juſtitiæ commutativæ, ſed etiam judices diſtributivæ, & regij conſiliarij, qui Principi conſulunt de diſtribuendis muneribus publicis, vel reſpicientibus militiam togatam, vel tangentibus armatam militiam, ut ante tempus vovendi, & conſulendi in tribunali, vota ſua nemini aperiant, quia ultra quam quod ſuſpecti manere poſſunt, & debent acriter puniri tanquam prejurij, & tanquam falſarij: tanquam perjurij, quia juramentum ſecreti frangunt: tanquã falſarij, quia fidem lædunt, ut utrunque docet *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 1. §. 5. *gloſſ.* 52. *per totam, & tit.* 2. §. 13. *gloſſ.* 53. *per totam, & nos diximus in* 2. *p. rubricæ de munere judicis orphanorum*; ſed hoc ſecretum reipublicæ tam neceſſarium ut plurimum negligitur, & more 63

more Romanæ curiæ omnes ferè judices de juſtitia, & injuſtitia cum partibus liberè loquuntur, ut de ſtylo Romanæ curię tradit *Fontanella deciſ. 9. n. 7. qui etiam dicit n. 4.* hanc propallationem non eſſe cauſam recuſandi in Cathalonia, *& nu.* 8. quod hæc cauſa de conſuetudine non admittitur in multis partibus *Barboſ. dicto voto 66. Fragoſo de regimine reipublicæ lib. 5. diſp. 22. §. 7. num. 215.*

64 Redeundo ad noſtram regulam à qua aliquantulum digreſſi ſumus. Limitatur primo noſtra regula à principio poſita, ſcilicet, quod nemo poteſt eſſe judex in cauſa propria, ut non procedat in Principe non recognoſcente ſuperiorem, puta ſummo Pontifice,
65 Imperatore, Rege ſeu alio Principe, ſeu civitate ſuperiorem non recognoſcente, qui poſſunt in cauſa propria judicare. *Maranta de ordine judiciorum p. 6. in 2. actu de appellatione n. 34. Caſtaldo de Imperatore q. 91. Barb. in l. unica cod. nequis in ſua cauſa judicet num. 4.* ubi advertit ut honeſtati conſulatur debere cauſam alicui delegare, vel in arbitros compromitterè, aut ſe ſubmittere aliquibus ſubditis. *Trentacinq. 2. variar. tit. de judicijs reſolut. 5. numer. 1.*
67 *ubi num. 2. ait procedere quo ad ſubditos & ſubjectos Barb. dicto numer. 4. Cabed. 2. p. deciſ. 76. Xamar de officio judicis 2. p. q. 14. nu. 1. & 2. ubi alios citat Corteada infinitis relatis n. 22. deciſ. 18.*

Limitatur ſecundo quando extaret conſuetudo, quod poſſet eſſe judex in propria cauſa, 68 *Avendanho de exequendo mandato 1. p. cap. 12. num. 5. Gratian. cap. 4. nu. 29. Trentacinco ſuprà n. 11. & 22. Barb. ſupra n. 9. ejus pater Barb. in rubric. & principium Ord. lib. 3. tit. 24. n. 3. Xamar de officio judicis 1. p. q. 14. n. 14.* ubi intelligit de conſuetudine reſtricta ad aliquos particulares caſus, non verò de conſuetudine indiſtincta, & generali, quia tunc eſſet irrationabilis conſuetudo, & ſic invalida, *arg. tx. in cap. ult. de conſuetudine.*

Limitatur tertio in arbitatore: quia ipſe judex arbitrator eſſe poteſt in cauſa propria 69 *l. ſi libertus ff. de operis libertorum Molin. de juſtitia tom. 6. Fructu 5. diſp. 39. n. 9. Trintacinc. ſuprà n. 10. Barb. in dicta l. unica n. 6. Barb, in dicta Ord. n. 4. quibus adde, quos refert & ſequitur Xamar dicta q. 14. n. 7.*

Limitatur quarto, quando perſona judicis eſſet talis qualitatis, 70 quod omnis ſuſpicio veroſimilitèr ceſſaret. *Trintacin. ſupra n. 12. & 20. Barb. ſuprà n. 10. Xamar dicta q. 14. n. 10. Corteada deciſ. 18. n. 7.* ubi alios citat; ſed hæc limitatio nõ eſt vera, imò cõtraria ſententia longè verior. *Fontanella deciſ. 5. n. 8. Ramon. conſ. 3. num. 32. Corteada deciſ. 18. n. 24. ubi infinitos refert.*

Limitatur quinto in facto notorio, quia tunc videtur ceſſare 71 cauſam ſuſpicionis *Barb. cũ infinitis in dicta l. unica n. 11. ejus pater*

*Barb.in dicta Ord.lib.* 3.*tit*.24.*n*.6
*& nos diximus lib*.3.*cap*.10.*Barb.*
*in cap. Romana* 1. *de pœnis in* 6.
ubi quid ſit notorium.

Limitatur ſexto, quando offen
72 ſio facta fuit judici prætextu dig-
nitatis, ſecus ſi ratione odij parti-
cularis, de injurijs ſibi illatis po-
teſt judex ipſe cognoſcere, & pu-
nire inferentem, ubi probabiliter
conſtat ſibi intuitu officij fuiſſe
illatas, ut laté *diximus lib.* 3. *cap.*
15.*& ex multis quibus adde Barb.*
*in l.unica n*.12.*& ejus pater Barb.*
*in dicta Ord.lib*.3.*tit*.24.*n*.7.*qui a-*
*lios referunt, & Cardozo in praxi*
*verbo recuſatio n*.13.

73 Limitatur ſeptimo in his, quæ
ſunt juriſdictionis voluntariæ, ſe-
cus autem in juriſdictione conten
tioſa, *ex Iazone in l.qui juriſdictio-*
*ni ff.de juriſdictione omnium judicũ*
*Trintac.ſupra n*.16.*Barb.in l. uni-*
*ca n*.5.*ejus pater Barb.in dicto Ord*
*in* 2.qui alios dant concordantes,
quibus adjunge, quos refert & ſe-
quitur *Xamar de officio judicis* 1.*p.*
*q*.14.*a nu*.17. ideo que ſi Conſul,
74 vel præſes filius familias ſit, apud
ſe ipſum emancipari, vel in adop-
tionem dare poteſt *ex l.ſi conſul.ff.*
75 *de adoptionibus*, & apud filium ma
giſtratum pater ejus ſervum ma-
numittere poteſt, *ex l. apud filium*
*ff. de manumiſſis vendicta.*

76 Limitatur octavo, quando ju-
dex cognoſceret, an ſua ſit juriſ-
dictio: quia tunc poterit judicare
abſque eo quod ex hac cauſa recu
ſari poſſit, ut docẽt *Barb.in l.ſi quis*
*ex aliena ff.de judicijs n*.113. *Barb.*
*in dicta l.unica n*.5.*Xamar dicta q.*
14.*nu*.25.& nos diximus latiſſimè
*de munere judicis orphanorum tract.*
1.*de inventario lib*.4.*cap*.14.dum-
modo controverſia ſit inter ipſum 77
judicem, & partem, ſecus ſi ſit con
troverſia inter ipſum judicem, &
alium judicem: nam tunc ſuperior
illorum cognoſcere debet *Xamar*
*dicto n*.25.*Valẽſuella conſ*.200.per
totum, & plures, quos citavimus
dicto *cap*.14. omnino videndum,
ubi ocaſio anget.

Cenſent nonnulli DD. nõ poſſe 78
judicem ordinarium vel delegatũ
judicare, an ſit ipſe competens, &
an ſua ſit juriſditio, quando ſenti-
ret cõmodũ ſportularum, & expen
ſarum litis, vel ſaltem quando ei,
vel lege, vel ſtatuto applicaretur
aliqua pars litis, vel pænæ, quia ju-
dicaret in cauſa propria *Xamar di*
*cta q*.14.*n*.29.*Avilles in cap.Præ-*
*torũ verbo* Abogados *n*. 12. *Barb.*
*in l.ſi quis ex aliena ff. de judicijs n.*
119.ubi ait quod quando ſportulę
ſũt modicę benè poteſt judex cog
noſcere, utrũ ſua ſit juriſdictio, ſe-
cus autẽ ſi fuerint maximæ quãti-
tatis, & exceſſivæ, idẽ tradit *Barb.*
*in l.unic.cod. ne quis in ſua cauſa n.*
5.*in fine.*

Limitatur nono, ut poſſit quis 79
eſſe judex in cauſa propria ob de-
fectum judicis competentis, quan
do periculum eſt in mora cum
multis *Xamar dicta q*.14.*n*.20.*Bo-*
*badilha lib*. 2. *politicorum cap*. 17.
*num*. 110. *& cap*. 21. *numer*. 118.
&

& ex hac poſſe Monachos capere
Abbatem malè eos tractantem,
docet *Xamar dicto n.20.cũ multis.*
80 Limitatur decimo, quando ac-
tio eſſet tempore peritura, & eſſet
periculum in mora, quia tunc per-
mittitur judici cognoſcere uſque
ad litis conteſtationem, ut ex
multis reſolvit *Xamar ſuprà n.21.*
81 *ubi n.22.* docet quod licet judex
non poſſit de propria cauſa cog-
noſcere, poteſt tamen delinquen-
tem capere, & carceribus manci-
pare, dum delictum ſuperioribus
82 notificat, & quod judices tenen-
tur capere illos, qui crimen ali-
quod commiſerunt, de quo ipſi
cognoſcere non potuiſſent, & eos
ad ſuperiores remittere, *Barb. in
dicto cap. Romana n.1.*
83 Limitatur decimo primo, in
brevibus, & levibus cauſis, in qui-
bus ratione parvitatis ſuæ poteſt
quis eſſe judex in cauſa propria,
aut ſuorum *ex Iazone Alexandro,
& alijs in l. qui juriſdictioni 10. ff.
de juriſdictione omnium judicum cũ
alijs Xamar dicta q.14.n.23. Avi-
les ubi proximè n. 10.*
Limitatur decimo ſecundo, ut
84 ſubſiſtente manifeſta, & rationa-
bili cauſa, quæ ſpectet ad digni-
tatem & honorem eccleſiæ, po-
teſt Epiſcopus eſſe judex in cauſa
propria *cap. Romana de pœnis in 6.
ibi Barb. n.4. & de officio & poteſ-
tate Epiſcopi 3. alleg. 87. n.6.* ubi in-
finitos citat cum alijs *Sperello de-*
85 *ciſ.93. a n.1.* quanvis in conſequen
tiam ipſius Epiſcopi vertatur com

modum, ut docet *Barb. in dicto
cap. Romana n.4. latè Xamar pluri
bus relatis a n.81. Barb. in l. ſi de vi
ff. de judicijs n.143.* ideo Epiſcopus 86
ſubſiſtente notoria manifeſta, &
rationabili cauſa, poterit ſubditos
clericos compellere ad charitati-
vum ſubſidium *Xamar cum multis
nu.83. Barb. dicta alleg.87. per to-
tam.* Sed adverte, quod licèt E- 87
piſcopus in cauſis ſuę Eccleſiæ
poſſit judicem agere, benè tamen
valet ex aliqua ratione allegari
ſuſpectus, ut advertit *Sperellus ſu
pra n.18. Barb. dicta alleg. 87. n. 6.
in fine.*
Manifeſta notoria evidentia, & 88
publica, ſunt ſynonima, & ferè
pro eodem jure accipiuntur, niſi 89
materia ſubjecta, aut mens diſpo-
nentis repugnent, ut probant *tx.
in cap. manifeſta 2. q. 1. cap. eviden-
tia, cum ibi notatis de accuſationi-
bus cap. 1. §. ſane verſ. notoria de cē-
ſibus lib. 6. cap. ad noſtram de jure
jurando cap. ab eo 31. ibi gloſſ. de ele-
ctionibus lib. 6. Barb. & cæteri or-
dinarij in dictis juribus, & in dic-
to cap. Romana nu. 3. ubi alios citat
Barb.* & intelliguntur illa quæ no
toria ſunt, & patentia, & quæ nul 90
la probabili tergiverſatione cæla-
ri poſſunt, ut probant ſuprà cita-
ta jura, *& tx. in cap. ult. de cohabi-
tatione cap. cum olim 24. de verbo-
rum ſignificatione*, in quibus nulla 91
probatione, ſeu examine opus eſt,
docent *Barb. in dicto cap. Roma-
na numer. 2. & 3.* & in allega-
tis juribus, & de appellativis

appellativo 166.ubi per totum agit quid veniat appellatione notorij *Clarus §.fin.q.9.n.2.Menchaca illuſtrium cap.2.n.11.& capit. 20. nu.23. Menoch. de arbitrarijs caſu 166.n.4. Tuſcus practicar. concluſ. litera N.concluſ.104.n.2.Mend.in praxi lib.3.cap.3.nu.33. Maſcard. de probationibus concluſ.17.a nu.2. & 13.& concluſione 1106.nu. 1. Farinacius in praxi criminali p.1. q.21.nu. 5.& 6. Gratianus capit. 142.n.9.& 10.*

92 Limitatur decimo tertio, quando impeditur, ſeu perturbatur judicis juriſdictio, quia tunc judex abſque metu recuſationis procedit contra impedientes, ſeu turbantes ejus juriſdictionem, ut latè probat *Barb. in cap. Romana 1. de pœnis in 6. n. 1. & de jure eccleſiaſtico lib.1.cap.7.a nu.73. Xamar de officio judicis 1.p.q.14.n.25.*

93 Limitatur decimo quarto, in omnibus caſibus, in quibus quis de jure poteſt ſibi ipſi jus dicere, quorum quinquaginta *refert Guilelm.de Ferrarijs in l.1.Cod.quando liceat ſine judice ſe vendicare octaginta duos caſus congerit Calici.* in margarita fiſci dubio 7.ſub ſpeciali rubrica *caſus in quibus propria authoritate poteſt quis ſibi jus dicere*, & alios numerant *Barthol. & Faber in l. neminem cod. de exhibendis, & tranſmittendis reis. Cancer.2.variar.cap.5. a nu.165. & cap.10.& nos de munere judicis orphanorum tract.1.de inventario lib.4.cap.12.Barb.ad titul. cod. quando liceat, ibi Peres & cæteri* ordinarij, quia ſi privato in hoc caſu, licet ſibi ipſi jus dicere multo fortius judici licebit *Zoeſius ad dictum titulum.*

Limitatur decimo quinto in cauſa feudali, in qua dominus feudi eſt judex coram quo cauſa feudalis eſt terminanda *ex cap. cæterum 5.de judicijs ubi Barb.nu. 1.2. & 3.* penè infinitos citat, niſi negetur, feudum ad dominum pertinere, vel ſi agatur de non feudo, nec de ejus natura, vel ſi quæſtio verteretur inter vaſſallum, & alium non vaſſallum, ut cum multis tradit *Barb.ibi n.4.* 94

95 Quid ſi duo litigent ſuper jura emphyteuſis, & contingat, quod dominus directus ſit judex loci, ubi ratione fori rei lis ſit agitanda, an dominus directus poſſit recuſari tam ex ratione domini directi quàm quod reus eſt emphyteuta ipſius judicis? Reſpondemus negativè, quia nec emphyteuſis, nec collonia, aut incolatus excludit judicem, ut tradit *Deluca in praxi judiciaria cap.19.nu. 16. & nos* Deo dante, latius dicemus niſi cõmodum judicis verſetur? *ut docet faber in ſuo codice lib.3.tit.4.definitione 9.per totam.*

## CAPUT IX.

**An, & quando Iudex poſſit recuſari ex cauſa timoris tam activi, quàm paſſivi.**

SUM-

## SUMMARIUM.

1 *Timor tam activus, quàm paſſivus ſufficit ad recuſationem.*

2 *Referuntur quàm plurimi Authores de hoc agentes.*

3 *Iudex ſuffraganeus adverſarij recuſari poteſt.*

4 *Omnis inferior poteſt recuſari in cauſa ſui ſuperioris.*

5 *Iudex Vaſſallus unius ex partibus recuſari poteſt.*

6 *Iudex Colonus, ſeu inquilinus partis recuſari nequit, dummodò non ſit debitor.*

8 *Colonus, & inquilinus poteſt eſſe teſtis pro domino locatore.*

9 *Iudex remittens uni parti aſſignaturas ſportulas accedendi ad aliquem locum, recuſari valet.*

10 *Limita ſi pars eſt pauper, & altera ditior.*

11 *Iudex poteſt recuſari in cauſa illius, qui concedit beneficia Eccleſiaſtica filijs, vel nepotibus ipſius præſentando.*

12 *Iudex poteſt recuſari in cauſa, qua eſt advocatus filius, pater frater, aut frater ſororis, niſi pars conſentiat.*

13 *Idem in avo, & nepote.*

14 *Via fraudibus aperienda non eſt.*

15 *Poteſt recuſari judex electus poſt litem inceptam, ſi in ea eſt advocatus aliquà ex prædictis perſonis.*

16 *Quod procedit, ſi lis jam eſt conteſtata:*

17 *Poteſt recuſari judex afficiens verbis contumelioſis litigantem.*

18 *Idem ſi eis malam præſtet reſponſionem.*

19 *Iudices, & officiales debent eſſe affabiles ſubditis, & partibus.*

20 *Si judex ſolet omnibus iraſci, vel pars ei occaſionem præſtitit, recuſari nequit, & in hoc penſabit judex.*

21 *Iudex nimis ſeverus recuſari poteſt.*

22 *Recuſari poteſt judex non ſervans Ordinationem, vel aliam legem allegatam.*

23 *Non poteſt tamen, ſi Ordinatio, vel lex ſit dubia, aut caſus totalitèr non cohæreat legi.*

24 *Iudex nimis favens uni parti, & alteram gravans, recuſari poteſt.*

25 *Iudex nolens audire partis advocatum in cauſa, quamvis clara, recuſari poteſt.*

26 *Iudex avide procurans eſſe judex in cauſa, recuſari poteſt.*

27 *Garrullus judex recuſari valet.*

28 *Iudex nolens audire, nec reſpondere partibus, recuſari poteſt.*

29 *Iudex nimis ſuperbus recuſari valet.*

30 *Superbia eſt vitiorum regina.*

31 *Invehitur in judices ſuperbos, illos admonendo.*
32 *Mors eſt certa an, & incerta quandò.*
33 *Iudex ſe ingerens in cauſa principali, pendente ſuſpicione, eo ipſo manet ſuſpectus, licèt ſuſpicio non procederet.*
34 *Ex metu activo recuſari poteſt judex, qui recuſatus recuſationem non admiſit.*
35 *Limita quando judex rejicit recuſationem tanquam notoriè frivolam, & falſam.*
36 *Conſultiùs tamen erit judici ſe non ingerere principalis cognitioni, ſi neceſſitas non urgeat.*
37 *Nulla cauſa appoſita in ſuſpicione eſt adeò frivola, quòd aliquam non habeat perſiſtentiam.*
38 *Iudex nimis ferinus, aut crudelis recuſari poteſt.*
39 *Ex metu paſſivo recuſari poteſt judex in cauſa ſui Magiſtri, dum eſt ſub ferula ejus.*
40 *Scholaris judex poteſt recuſari in cauſa ſui Doctoris contrà non ſcholares.*
41 *Secùs ſi contra alios ejuſdem ſcholares.*
42 *Magiſter poteſt recuſari in cauſa ſui diſcipuli.*
43 *Plus valet diſciplina, quàm divitiæ.*
44 *Iudex donatarius alicujus partis recuſari valet.*
45 *Donator habet donatarium ſibi obligatum.*
46 *Ex donatione accepta obligatur donatarius gratitudinis obligatione.*
47 *Debitum gratitudinis eſt ſuffultum ſola obligatione naturali.*
48 *Nihil probo homini ignominioſius, quàm ingratitudo.*
49 *Iudex aliquem comminans extrajudicialitèr, recuſari valet.*
50 *Comminatio non ſufficit ad appellandum.*
51 *Iudex, qui denegatis copijs actorum, aut ſine indicijs Reum infert in torturam, recuſari poteſt.*
52 *Iudex inimicus domini ipſius partis recuſari valet.*
53 *Imperitus judex in cauſa ſubtili recuſari poteſt.*
54 *Iudex quando ex ſe timidus fuerit & pars adverſa potens, recuſari poteſt.*

Tertia cauſa legitimæ recuſationis, eſt timor tam activus, quam paſſivus, quia ex quatuor cauſis, ſeu modis, quibus pervertitur humanum judicium, eſt timor, ut probatur *ex cap. quatuor* 78. *cauſa* 11. *q.* 3. ut ex illo patet: *pervertitur humanum iudiciũ timore, dum metu poteſtatis alicujus veritatem loqui pertimeſcimus.* Quæ cauſa in ſua generalitate omnes cauſas, quę individuo conſiderari poſſunt ad judicem recuſandum comprehendit: nam tota ratio cur judex recuſatur, eſt timor denegandæ juſtitiæ, ut docent 1

cent omnes, qui de recuſatione 2 agunt, ut videre eſt apud *Tuſcum practicarum concluſ. litera I. in concluſ. 241. cum ſequentibus Petrus Gregorius ſyntagmat. juris lib. 49. cap. 3. Maſcard. de probationib. cõclu(ſ). 953. Carraſc. in recopillationẽ cap. 9. per totum Gaſinus de defenſ. reorum defenſ. 1. cap. 19. 20. & 21. per tota. Maranta de ordine judiciorum p. 6. actu 2. a n. 14. Farinat. in fragmentis litera I. a n. 683. Pax in praxi tom. 1. tempore 10. a n. 18. & p. 6. cap. 1. §. unico, & tom. 2. p. 1. cap. 6. a n. 4. Rebufus ad conſtitutiones Galiæ tit. de recuſationib. p. 3. Morla in Emporio juris tit de recuſatione omnium judicum in præmiſſis a n. 173. Donellus lib. 17. comentariorum juris Civilis cap. 24. in fin ibi Vſualdus Bobadilha lib. 3. politicorum cap. 8. a n. 117. Curia Philipica 1. p. §. 7. Monter. in practica tract. 5. tit. de recuſatione Præſidis. Molina de juſtit. tract. 5. diſp. 25. per totam. Covas practicar. cap. 26 per totum ibi Faria. Berart. in ſpeculo viſitationis cap. 6. per totum. Landim de ſyndicatu cap. 6. per totum Fontanella deciſ. 1. uſque ad 30 Iacobus Laurentius in integro tract de judice ſuſpecto Corteada deciſ. 18. per totam. Mathens, & Mauritius de Apicella in tract. de tutamine pauperum tit de ſuſpicionibus officialium per totum. Pereyra promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem, & verbo ſuſpicio Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio per totum. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 9. & 37. per tota. Creſpo de valdaura obſ. 7. 8. & 9. per totas. Caſtejon in Alphab. juris verbo recuſatio, & verbo ſuſpicio Barb. in promptuario juris verbo recuſatio, & ſuſpicio. Deluca in praxi judiciaria cap. 19. per totum ordinarij ad tx. in l. apertiſſimi 14. & in l. ult. cod. de judicijs, & in cap. ſuper quæſtionem 17. ſuſpicionis 29. de officio, & poteſtate judicis delegati, & ad tx. in cap. poſtremo, & in cap. cũ ſpeciali 61. de appellationib. & in cap. accedẽs 2. ut lite nõ conteſtata, & ad tx. in cap. ſuſpecti 2. q. 3. Barb. ad noſtram Ord. lib. 3. tit. 21. 22. & 23. latiſsimè Fermoſinus ad tx. in cap. ſiquis contra clericum 4. de foro competenti. Phœbo deciſ. 77. per totam. Leitam de jure Luſitano tract. 3. q. 8. per totam Pacheco in apolecta utriuſque juris verbo ſuſpicio. Berthacinus verbo recuſatio. Thome Vaas alleg. 73. & 96. per totas latiſsimè Petra rictu 265 per totum. Donadeus de renunt. cap 32. per totum Graffis de exceptionib. except. 24. per totam apud Hiſpanos agunt Gregorius Lopes. Azeved. Peres in tit. 10. lib. 2. tit. 16. lib. 4. recopillationis & lib. 3. ordinamenti tit. 5. l. 22. tit, 4. partita 3. Gratian. cap. 100. Fr. Ludovic. de Miranda de ordine judiciorum q. 20. art. 2. concluſ. 1. & 2. Amator Roderic. in tract. de modo, & forma videndi ſeu examinandi proceſſum cap. 10. a n. 36. Barb. in l. ſi quis ex aliena ff. de judicijs a n. 37. & a n. 121. Guterres practicar. lib. 1. q. 94. n. 2*

*Men-*

*Mendes in praxi lib. 3. cap. 3. §. 1. & cap. 19. §. 2. Xamar de officio judicis 1. p. q. 12. & 14. Cancer. 1. variar. cap. 21. Mainard. lib. 1. deciſ. 81. cum pluribus ſequentibus. Ramon. conſ. 3. cum ſequentibus Ripol. variar. cap. 2. per totum Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis p. 3. tit. 9. §. 17. a n. 85. Carleval. de judicijs tit. 2. diſp. 5. a n. 1. Larrea alleg. 118. Solorſanus tom. 2. de jure Indiarum lib. 4. cap. 8. a n. 48. & cap. 10. & lib. 5. politicorum capit. 10. Salgad. de protectione 2. p. cap. 1. à n. 91. & de retentione 1. p. cap. 5. §. 1. Eſcobar de puritate 1. p. q. 6, §. 6. Matheus de re criminali contr. 65. Valenſuel. conſ. 170. Zevalbos de cognitione per viam violentiæ 2. p. q. 14. Campanillus in diverſorio juris Canonici rubric. 11. cap. 13. a n. 187. Ricius 1. p. Collectaneo 83. & p. 4. Collectaneo 770. & p. 5. Collectaneo 1612. & p. 6. Collect. 2118. DD. ad tx. in cap. 5. de exceptionibus cap. 20. de re judicata cap. 35. 36. 41. §. 1. 43. 47. 60. & 61. de appellationibus*, & apud alios innumerabiles, quos ex conſulto ommittimus: tum quia ſi omnes congeſſerimus vix totus tractatus ſufficeret, tum quia alij quampluri- mi jam citati manent, & alios, Deo duce, acuſabimus.

3 Verum licet hoc ita ſit, tamen aliquæ ſunt cauſæ, quę tanquàm ſpecies ſub hoc genere proprie comprehenduntur, quas hic, & in ſequentibus capitibus breviter ennarrabimus, & poſito tanquam certo, quod ex timore vel probato, vel preſumpto activo, ſeu paſſivo judicis procedit recuſatio. Infertur primo, quod judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus quando ſuffraganeus eſt adverſarij, *ex cap. 2. ut lite non conteſtata. Caſtejon verbo recuſatio n. 5.* quia ex timorè adverſarij, cujus eſt ſuffraganeus poterit partem gravare, *Cardozo infra n. 21.*

Ex quo ſubinfertur, quod omnis inferior poteſt recuſari in cauſa ſui ſuperioris, quia ſuperioris metu à tramite juſtitię poterit declinarè, quod comprobatur ex illatione antecedenti, & ex ſubſequentibus. *Cardozo verbo recuſatio num. 21.* 4

Secundo infertur, quod judex poteſt recuſari, ut ſuſpectus, quãdo eſt Vaſſallus unius ex partibus. *Caſtejon ſupra dicto n. 6. Cujacius in cap. accedens 4. ut lite non conteſtata cum multis Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n. 21. Gaſinus de defenſ. reorũ defenſ. 1. cap. 21. ubi alios citat.* 5

Tertio infertur, quod judex poteſt tanquam ſuſpectus recuſari, quando partis adverſæ colonus, aut inquilinus, ſeu debitor ex quacunque cauſa eſt, quia metu creditoris, ſeu locatoris, facilè poterit à juſtitia deviare in favorem ſui creditoris, ne ab eo debitum extorquatur, aut ſui locatoris ne eum à fundo aut domo facilè ejiciat, aut ne relocet, ſivè penſiones celeriter exigat. Noſtra illatio 6

latio

latio eſt indubitabilis, quando ju-
7 dex eſt debitor partis adverſæ;
ſed contraria, quando judex eſt
tantum collonus, ſeu inquilinus
partis adverſæ: nam in hoc com-
munis eſt ferè omnium DD. ſen-
tentia, quod judex non remove-
tur à judicando quamvis ſit colo-
nus, ſeu inquilinus partis adver-
ſę, dummodo ejus non ſit debi-
tor, ut tenet *Deluca in praxi judi-
ciaria cap.19.num.16.verſiculo ju-
dex inquillinus Carraſcus ad ali-
quas leges novæ recopillationis cap.
9.n.329.Petra rictu 265.num.139.
Creſpo de Valdaura obſ.9.num.69.*
8 quia colonus, & inquilinus teſtis
pro locatore domino admittitur,
ut docent ſuprà dicti DD. ſed vi-
de *cap.*18.

9 Quarto infertur, quod judex
poterit tanquam ſuſpectus recu-
ſari, qui remiſit ab acceſſu ad lo-
cum ſportulas parti quaſi maiori,
quam judicis ordinaria affectione
trahatur. *Petra ſuprà n.139. De-
luca ſupra verſ. judex* ex quo ſe-
quitur quod poterit recuſari ju-
dex, qui uni parti remittit aſſigna
turas, & ab alia accepit, quia ma-
iori, quam judicis affectione, po-
tius uni, quam alteri parti favet,
niſi remittat potius uni parti, quã
10 aliæ ex charitate, quia pars, cui
remittit eſt pauper, altera verò di-
tior.

11 Quinto infertur, quod judex
recuſari poteſt tanquam ſuſpectus
in cauſa illius, qui concedit bene-
ficia eccleſiaſtica filijs, vel nepo-
tibus judicis etiam præſentando.
*Deluca dicto cap.19.n.16.verſ.con
firmatur quia libertatem vẽdit, qui
beneficia accipit, & cõpedes invenit
qui beneficia invenit*: teſte Seneca.

Sexto infertur, quod recuſari 12
poteſt judex tãquam ſuſpectus in
cauſa illius, cujus ipſius judicis fi-
lius aut pater, aut frater, ſivè judi-
cis uxoris ſit advocatus frater, ſo-
roris judicis maritus, quem voca-
mus *cunhado* ex his quos refert *Pe
gas ad Ord.lib.1.tit.48.§.29.gloſſ.*
31.niſi pars adverſa conſentiat, ut
docet. *Fontanella deciſ.10.n.1.* ſed
de jure noſtro ex dicto §.29.*fin.*
nullus poteſt eſſe procurator co-
ram patre, fratre, ſocero, & affine
in primo gradu affinitatis. *Pegas
dicta gloſſ.*31.ubi meritò extendit 13
ad avum & nepotem cum eadem,
vel maior detur affectionis ratio,
& jure optimo removet potius Or
dinatio noſtra prædictos à mune-
re advocandi, quam judicem: quia
via fraudibus aperienda non eſt
*ex l. in fundo ff. de rei vendicatione
Clementina 1.de uſuris*, & ſi ita nõ 14
ſtabileretur, aperiretur via ut pars
excluderet judicem conſtituendo
ſimiles perſonas ſibi advocatas,
quod eſt vitandum, *ut tradit Fon-
tanella dicta deciſ.10.n.2.*

At poteſt eſſe quęſtio, utrũ quã-
do quis ſibi conſtituit advovatũ, 15
cui judex tũc non erat pater, avus,
frater, aut ſororis maritus, ſed poſ-
tea durãte cauſa, temporis progreſ
ſu fuit aliquis ex dictis judex elec-
tus, aut creatus, debeat removeri

advocatus, aut recuſari judex;
16 quo in dubio, nobis videtur judicem potius, quam advocatum eſſe repellendum, ſi cauſa, ſeu lis jam ſit conteſtata; quia per litis conteſtationem, efficitur advocatus dominus ac pars litis, & dominus, & pars litis removeri non debet, ſed judex.

17 Septimo infertur, quod judex tanquam ſuſpectus, poteſt recuſari ex metu activo, quando litigantem verbis contumelioſis affecit *Caſtejon verbo recuſatio numer. 5. Barb. voto 66. lib. 2. numer. 19. gloſſ. in cap. cum ſuper de officio delegati Ripa in cap. ſi quando de reſcriptis numer. 4. Matienſo in Dialogo relatoris part. 3. cap. 38. num. 10. Aufrerius de recuſationibus tit. 1. num. 30. in fine Avilles in cap. 4. Prætorum gloſſ. fin. num 17. Bobadilha lib. 2. politicorum cap 21. num. 117. & 118. & lib. 1. cap. 1. num. 119. Apicella de tutamine pauperum, tit. de ſuſpicionibus officialium num. 62. circa finem. Ripol variarum cap. 2. n. 8.*

18 Extende illationem, ut procedat, & ſi verba contumelioſa in litigantem non injiciat, ſed aſperis verbis, & pipere inſperſis excipiat: quia judices, & officiales debent eſſe ſermone affabiles, &
19 ſubditis, & partibus ſe gratos præbere, & in eos non ſcandeſcere ex *l. obſervandum 11. ff. de officio Præſidis*, nec etiam ſcandeſcere adverſus eos, quos pravos putat, *l. nec 32. ff. de injurijs Ordin. lib. 1. titul. 1. §. 31. ibi Pegas gloſſ. 126. num. 1. & 2. Valaſcus de judice perfecto rubrica 1. annotatione 7. nume. 10. Xamar de officio judicis part. 1. q. 1. a n. 94. & nos diximus in 2. p. rubricæ noſtri operis de munere judicis orphanorum, & tradit egregie Fluvius Pacianus de probationibus lib. 2. cap.* 44. per totum, aliàs ex hoc ut ſuſpectus recuſari poteſt ut docet *Pegas ſuprà num. 3. Xamar ſupra a* 20
*num.* 64. Sed tamen judex recuſationis penſabit maxima cum maturitate, qualitatem ſivè injuriarum, ſivè malarum reſponſionum, nec non qualitatem litigantis, & cauſam quam judici dedit, & naturam judicis, & ſi judex ex ſe ſit ſolitus erga omnes litigantes ſcandeſcere, vel collitigans patientiam ejus irritaverit, *prout quotidie* nos experimur, tunc pronior eſſe debet ad pronunciandum contra recuſationem, quam pro illis, quia tunc talia verba ſine conſideratione & non ex odio, ſed ex levitate proferuntur.

Octavo infertur, quod judex recuſari poteſt ex metu activo, quando ipſe judex fuerit 21
nimis ſeverus, quia miſcenda eſt ſeveritas cum lenitate, ut diximus in *dicta* 2. *part. noſtræ rubricæ. & docet Valaſcus de judice perfecto, rubrica* 8. *annotatione unica numer.* 3. *Pegas ad Ordin. lib.* 1. *titul.* 1. *in principio gloſſ.* 24. *nu.* 11. *Fluvius Pacianus de probationib. lib.* 2. *cap.* 44. *alias*

*recuſari*

*recuſari ex hoc capite poteſt*, *&* *Barthol. in l. 2. in fine ff. de his*, *qui ſunt ſui, vel alieni juris Peg. ſupra num. 9. Valenſuel. tom. 1. conſ. 43. num. 181.* cæterum in hoc caſu nimia aliquando ſeveritas requiritur, & non ſufficit qualis qualis ſeveritas *Cardozo verbo recuſatio n. 59. &* 40. *Gaſinus cum alijs dicto cap. 21. n. 49.*

22 Nono infertur, quod judex recuſari poteſt ex metu activo, quãdo ordinationem, ſeu aliam legem ei allegatam, non ſervat, quia denegare juſtitiam eſt injuriam facere, & ſuſpicionem probare, *ex l. ait Prætor §. permittitur ff. de minoribus ibi: adverſus injuriam appellandum, qui ei petit l. cum quidam ff. de appellationibus Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 5. §. 4. gloſſ. 7. num.* 10. *Giurba obſ. 95. nu.* 16. & ideo ſuſpecti reduntur *ex Ord. dicto §. 4. ibi Peg. dicta gloſ. 7. num. 13. Cabedo 1. p. areſto 61. Caldas de nominatione q. 8. n. 34. Valaſc. conſ. 42. in fin. Coſta in ſtylis domûs ſupplicationis annotat. 4. num. 8. Ribeyro*

23 *relatione 1. n. 57.* niſi Ordinatio, ſeu lex allegata varias patiatur interpretationes ſecundum DD. vel ſi caſus, ad quem probandum allegatur, non cohæreat cum omnibus circunſtantijs; caſus de quo lex ſeu Ordinatio allegata loquitur, quia ſi præſens, ad quem probandum allegatur in aliqua etiam levi circunſtantia, varietur jam cum caſum legis non habeamus, ab ea diſcedere poſſumus ſine metu recuſationis, ut in ſimili diximus in capite antecedenti.

Decimo infertur, quod judex poteſt recuſari ex metu activo, quando judex nimis, & extra terminos juris uni parti favet, & alteram gravat. *Caſtejon in Alphabet. juris verbo recuſatio num. 5. Segura in directorio part. 2. cap. 7. num. 4. Cardozo cum alijs verbo recuſatio numer. 18. Barb. in cap. accedens 4. ut lite non conteſtata pluribus rellatis numer. 4. & 5. Gaſinus cum multis de defenſ. reorum defenſ. 1. cap. 21. n. 38.* 24

Undecimo infertur, quod poteſt recuſari ex metu activo, quando non vult audire advocatum in cauſa, quia licet ſit clara, poterit nihilominus dari ſuſpectus. *Gaſinus dicto cap. 21. numer. 52. Lanfrang. in clementina ſæpè de verborum ſignificatione. Maranta de ordine judiciorum part. 6. titul. de appellationib. actu 2. num. 71.* 25

Duodecimo infertur, quod judex poteſt recuſari ex metu activo, quando judex anxiè, & avidè procurat ſe eſſe judicem, & judicare certam cauſam: quia ex cupiditate judicandi arguitur, & probatur ſuſpicio *Pereyra de reviſionibus cap. 24. n. 24. Torrecilla tom. 1. de conſultas, ea legatos tit. 10. de los viſitadores conſ. 4. n. 13.* 26

Decimo tertio infertur, quod judex poteſt pro ſuſpecto adduci, 27

Aa 2 quan-

quando judex eſt indiſcretus, aut imprudens, quia prudentia magis quam aliud in judice requiritur. *Fontanella deciſ.9.nu.22. Fluvius Pacianus de probationibus lib. 2. cap.44.& nos latè ad rubric.de munere judicis orphanorũ 1.p.* aliàs recuſari poteſt. *Fontanella dicta deciſ.9.n.12. Cardozo in praxi judicũ verbo recuſatio n.39. Gaſinus dicto cap.21.nu.50. Maranta de ordine judiciorum 2.actu de appellationib. nu. 69.* Idemque dicitur eſſe ſi judex conſuevit eſſe iniquus. *Gaſinus dicto cap.21.n.50. Franc.in cap poſtremo de appellationib. num. 20. in fine.*

28 Decimo quarto infertur, quod judex ex timore activo, poteſt recuſari, quando eſſet garrulus, quia judices venerari, & timeri neceſſarium eſt, illos autem boni venerantur, timent mali, utrunque tamen ex incorrupta morum diſciplina profluere manifeſtum eſt: nam bonorum veneratio ex gravitate, malorum verò timor ex ſeveritate gignitur; gravitas autem non ſupercilij, nec vultus contractione, ſed optima vitæ inſtitutione conſtat. Sicut & ipſa quoque ſeveritas non ex immanitate, & crudeli quadã ſeveritate comprobatur, ſed ex legitima animi ratione; digni etenim ſunt impij, qui malè agendo ſupplicio afficiantur & ideo judex garrulus non eſt ferendus, ſed removeri poteſt, ex *Fontanella deciſ.9.n.12.& 13.*

29 Decimo quinto infertur, quod ex timore activo poteſt recuſari judex, qui partes audire recuſat, & qui partibus reſpondere non ſolet, quia recuſatio judicis ſicut cadere poteſt in nimium garrulum, ſic in nimiũ mutũ. *Fontan.deciſ.9. a n.15.uſque ad 19. Mainardus lib 1.deciſ.94.* ubi ſcripſit, quod tam æquo animo odio habebat eos, qui impertinenter loquerentur, quam qui planè tacerent.

Decimo ſexto infertur, quod judex poteſt recuſari ex metu activo, 30 quando ipſe judex eſt nimis ſuperbus: quia eſt ſuperbia regina vitiorum *ex Divo Auguſtino*

31 Tribunal enim eſt res ſincera, divina, atque incorrupta; ideo neceſſarium eſt illum qui talia munera ſuſcipit, puriſſimum ab omni nævo immunem eſſe, ne dignitati adeo eximiæ turpiſſimam notam inurat: Quod pluribus de cauſis fit etenim non ſolum ex pravis cujuſque moribus, verum ex ignorantia, & regendi imperitia; nec non ex lenitate aliquando, aliquando ex nimia ſuperbia judicis contemptus, & ludibrium proficiſcitur: nulla enim oratione ſatis exprimi poteſt, quam multi in hoc ipſo decipiamur, qui faſtidioſa opinione elati, eo quod judicem gravem, & ſeverum eſſe oportet, majeſtatem judicis ſuperciliosa fronte; & petulanti ſuperbia nos repræſentare opinamur, & rectius Iudicis perſonam ſubſtinere putamus, quo truculentiores aſpectu, & moribus ſuperiores ſumus,

nunc

nunc minis, nunc contumelijs ſubditos afficiendo: mirum eſt enim quo faſtu incedamus, qua regamus pertinacia,& quo vocis tumore loquamur ut ſemper eos comminari credamus. Sed noſtri animi tumor, & phantaſiæ ſomnia contemptui habenda potius objurganda, niſi de fortunis,& quod gravius eſt, de ſalute hominum ageretur, qui tunc maximum diſcrimen ineunt, cum ſumma rerũ in hoc genus hominum defertur: nam cum ſemper ſuperbiæ crudelitas ſit comes, & arrogantiæ aſperitas, verendum eſt, ne tribunal res alioquin venerabilis, & ſancta macellum carnis humanæ fiat; ſed hujuſmodi vitia non aliunde originem ducunt, quàm ex ignorantia, quam ſui non mediocriter habent.

32 Quare illos admonitos velimus à ſuperbia eodem modo gravitatem referri quo malũ tumorem à pinguedine, & abdomine. Verumtamen ut hoc penitius ſcire poſſint, ad templum Apollinis jam mittamus illos, in quo litteris aureis ſcriptum erat illud *Chilonis* mirabile præceptum *noſce te ipſum*, ut jam tandem ſe ipſos cognoſcere incipientes intelligant ſe hominibus imperare, qui ſunt terrenus Deus, Deus verò homo immortalis, & ſuperbiam eſſe vilis animi affectum, ſicut ſui obliviſci propter cogitationem brevis imperij magnę puſillaminitatis eſt argumentum, & ſe eſſe morituros, quia hoc clamat experientia quotidiana.

*Quod Reges audire timent, ac dicere ſervi,*
*Ipſa tibi dicit famà, memento mori.*

Sine certitudine diei, quia licet mors ſit certa an, eſt incerta quando, ut probat *tx. in l. dies incertus 45. ff. quando dies legati cedat, & l. flevit.* Vvem. 33

*Sole oriente tui reditùs à morte memento;*
*Sis memor occaſus ſole cadente tui.*
*Latus ad occaſum nunquam rediturus ad ortum,*
*Vivo hodie, moriar cras, heri natus eram.*

Vnde debemus, depoſita ſuperbia, vigilare, ut quando mors veniat, ad mortem paratos nos inveniat.

Decimo ſeptimo infertur, quod judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus ex metu activo, ſi pendente cauſa ſuſpicionis ſe ingerat in cognitionem cauſæ principalis, licet cauſa ſuſpicionis eſſet falſa, quia ſuſpicio, per quam progreditur tanquam vitrea, flutuans, & periculis plena conſtituitur taliter, ut ſi pendente ſuſpicione judex recuſatus in cauſa ſe ingerat, maneat eo ipſo, ſuſpectus licet cauſa propoſita non procederet. *Maſtril. deciſ. 151. n. 64. Sãfelicius deciſ 85. n. 4. Rovitus in pragmat. de ſuſpicionibus officialium n. 42. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37.* 34

*num*.33. *in fine de quo alio in loco.*

35 Decimo octavo infertur, quod judex poteſt recuſari, tanquam ſuſpectus ex metu activo, quando fuit recuſatus, & recuſationem non admiſit. *Paris de Puteo conſ.* 98.*n.9.volum*.1. quos refert & ſequitur *Gaſinus de defenſ. reorum defenſ*.1.*cap*.21.*n*.65. ubi cum relatis DD. affirmat hoc ſtare, & ſi recuſans non expreſſerit cauſas rejectionis, & recuſationis, quod minimè procedere poteſt, attenta diſpoſitione juris Canonici, & noſtri juris, ut diximus *hoc lib. cap*.1.

36 Intellige illationem, niſi judex rejiciat recuſationem tanquam notoriè frivolam, & falſam; quia tunc non procedit illatio, ex his quæ diximus *hoc lib. cap*. 1. ſecus autem ſi cauſa recuſationis allegata ſit dubia, quia tunc ex rejectione cauſę recuſationis dubiæ, rectè procedit recuſatio, ut cum multis docet *Gaſinus dicto cap*. 21. *numer*. 62.

37 Securiùs erit judici à ſe abdicare cognitionem cauſę, etiam in caſu, quo appareat frivola recuſatio, niſi ſuperior longè abſit, & ex mora ſequatur partibus nocumentum, & nobis credat, & huic conſilio adhęreat: plurimas ærumnas, ſi noſtram mentem amplectatur, effugiet, partes que ipſæ omni via ad proclamandum vacabunt, percipuè quia nunquam tã

38 deſperata recuſandi cauſa proponi, & ex cogitari valet, quę aliquam perſiſtentiam non redoleat. Suſpenſo pede in hac materia, procedat, ne veſtigium fallat, & ſuo gladio ſe jugulet judex præſtans ex forma progrediendi arma adverſario in ſui diſpẽdium, quod glorioſę victoriæ genus eſt. *Solorſanus de jure Indiarum lib*.3.*nu*.13 *Queſada Pilo diſſertationum juris diſſertat*.16.*n*.20.

Ex omni latere frivola, in conſtans, & in ſubſiſtens cauſa recuſationis debet conſtitui ad hoc ut judex, hac parvi habita, ad ulteriora procedat: compeſcat lorum proprię affectionis cupiditas, animus haud intumeſcat recuſatione propoſita, ſe ipſum vincat, aut imperet, quod maximum imperium habetur, ut latè diximus in capite antecedenti.

Decimo nono infertur, quod judex poteſt ſuſpectus recuſari ex metu activo, quando ipſe judex eſſet ferinus, & nimis crudelis. 39
*Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio numer*. 40. quia judex etiam puniendo delinquentes, ſecundum Senecam, crudelis eſſe potèſt ibi: *illos ego crudeles vocabo, qui puniendi cauſam habent modum non habent, ſicuti in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, ſed ſupra humanum, ac probabilem modum ſæviſſe*. Quos oportet à judicando removere, quia judices vocantur ad gubernandos populos, & non ad deſtruendam rempublicam, ſed ut ipſam rectè adminiſtrando ſuſtentent.

tent. *Egregiè Pacianus de probati-*
*onibus lib.2.cap.44.a n.30. & nos*
*diximus in 2. p. noſtræ rubricæ de*
*munere judicis orphanorum.*

40 Vigeſimo infertur, quod ju-
dex poteſt recuſari ex metu paſſi-
vo in cauſa ſui Magiſtri, quando
vel ſub ejus ferula eſt, *ex Barb. in*
*cap. in literis 24. n. 29.* de teſtibus;
vel ab ejus approbatione pendet.
*Gaſinus dicto cap. 21. n. 56.* ubi eti-
41 am tradit, quod judex poteſt re-
cuſari, quando ſcholaris eſſet ju-
42 dex ſui Doctoris in cauſa contra
alios non ſcholares, ſecus ſi con-
43 tra alios ejuſdem ſcholares. Ex
capite amicitiæ præſumptæ ſem-
per procedit recuſatio appoſita
Magiſtro in cauſa diſcipuli, vel è
contra, ex his quæ *Torres lib. 1.*
*Philoſophiæ moralis lib. 1. cap. 15.*
*& lib. 4. cap. 8. Solorſanus lib. 2. de*
*parricidio cap. 6.* quia ut ait *Cicero*
*liberaliter educatus, cui non educa-*
*tores, cui non ſui Magiſtri, atque*
*Doctores, cui non locus ille mutus,*
*ubi ſe aut doctus, aut altus eſt, cum*
*grata recordatione in mentem ver-*
44 *ſetur*, cum plus valeat diſciplina,
quam divitiæ: quarè. Crates Phi-
loſophus, ut lib. de educatione
puerorum. Plutarcus teſtatur in
altiſſimo civitatis loco ſedens,
ſumma vocis contentione clama-
re aſſueverat: *quo fertemini ò mor-*
*tales, qui ad poſſidendas opes mag*
*no ſtudio incumbitis, filiorum verò,*
*quibus illas relinquitis exiguam cu-*
*ram geretis.*

45 Vigeſimo primo infertur, quod
judex poteſt recuſari ex metu, 46
quando judex eſt donatarius ali-
cujus partis: tum quia donator ha
bet donatarium ſibi obligatum *ex* 47
*tx. in l. Sed, & ſi lege §. conſuluit*
*juncta gloſſ. ibi ff. de petitione hære-*
*ditatis cap. illud 8. q. 2.* tum quia ex
donatione accepta obligatur do-
natarius gratitudinis obligatione,
qua nulla maior conſiderari po-
teſt; nam licet debitum gratitu-
dinis dicatur debitum honeſtatis,
nulla obligatione civili ſufultum 48
intra obligationis naturalis ambi-
tum ſufultum, *ex dicta l. ſed & ſi*
*lege Divus Thomas 22. q. 107.* Sua-
det tamen ex pudore retributio-
nem, non ex juſtitia præmium ex-
torquet, quod ſi ſubſequatur, per-
ſolvitur vinculum naturalis debi-
ti, quia licet virtus ſui ipſius ſit
præmium, ſtipendium tamen ex-
trinſecè ambit, quod ſi abſit, la-
bores parvi habentur: nam præ-
mij remuneratio dicitur tutiſſima
trophæorum origo, *ex Titulivio*
*lib. 4. cap. 35.* ibi; *nihil non agreſſu-*
*ri homines, ſi magnis conatibus,*
*magna præmia propoſita ſunt; tan-*
*to audacius, fortiuſque pugnatur,*
*quanto maior gratificatio eis oblata*
*eſt, & qui obliviſcitur beneficijs af-*
*fectus nunquam utique erit genero-*
*ſus, hic vir, ut Iophoces in Aiace*
*cecinit.* Quia nihil maius probo 49
homini ignominioſius eſſe poteſt,
nec viro indignius, ac verecundi-
us, quam ingratitudo; nam ex
ſententia Publici *dixeris maledic-*
*ta cuncta, cum ingratum hominem*

*dixeris*

*dixeris*, cujus timore judex redditur ſuſpectus ad judicandum contra donatorem, & ita docent cum multis *Cardozo verbo recuſatio nu.* 26.*Gaſinus alijs relatis dicto cap.* 21.*n*.45.

Vigeſimo ſecundo infertur,
50 quod judex poteſt recuſari, tanquam ſuſpectus ex metu, quando extrajudicialiter aliquem comminatus eſt, quia gravaminis comminatio extrajudicialiter facta, ſufficit ad recuſandum judicem; quamvis ad appellandum non ſufficiat *Tuſcus concluſ*.908.*n*.31.*Ga*
51 *ſinus dicto cap*.21.*n*.30. *qui nu*. 31. aſſerit cum alijs juſtam eſſe recuſationis cauſam, ſi judex denegatis copijs actorum, vel ſine inditijs poſuit reum in turtura, quia
52 ſuſpectus animoſus, & parti adverſæ favorabilis oſtenditur. *Torrecilla dicto tit*.10.*conſ*.4.*n*.22.

Vigeſimo tertio infertur, quod
53 judex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, quando judex eſſet inimicus domini ipſius partis, quia propter dominum poterit recuſari, ut cum multis *tradit Gaſinus dicto cap*.21.*n*.58.*Torrecilla ſupra n*.10.

Vigeſimo quarto infertur, quod
54 judex poteſt recuſari ut ſuſpectus quando judex eſſet imperitus, & cauſa ſit ſubtilis, dubia, & controverſa. *Apicella de tutamine pauperum tit. de ſuſpicionibus officialium num*.99. *Baldus in l. fin. cod. de hæredibus inſtituendis n*. 16. *Iazon in l. apertiſsimi* 14. *Cod. de judicijs. Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n*.39. *DD. ad tx. in cap. ſtatutum* 11. §. *acceſſorem de reſcriptis in* 6. *Gaſinus citatis alijs dicto cap*. 21.*n*. 13. *Maſcardus concluſ*. 953. *n*.24. *Maranta de ordine judiciorum dicto verbo appellatio nu*. 67. quam cauſam intelligimus procedere in judicibus, qui examine magiſtrorum univerſitatis, & ſenatorum Pallatinorum, non ſunt electi ad judicandum, prout ſunt correctores, Proviſores, Iudices foręſes, & quam plurimi alij, quia tales ex hac cauſa docti, & literati cenſentur. ò utinam ita foret.

Vigeſsimo quinto infertur, quod judex poteſt recuſari ex me 55
tu paſſivo; quando ipſe judex fuerit ex ſe timidus, pars vero adverſa potens quia datur timor, & periculum, quod judex poteſtatem partis timens à juſtitia recedat, quod quidem timor ſufficiens eſt cauſa ad judicem recuſandum, ex his, quę diximus *in* 2.*p. rubricæ de munere judicis orphanorum & tract*.1.*de inventario lib*. 4. *cap*. 14.

## CAPUT X.

An, & quando Iudex ex facto uxoris, vel familiæ recuſari poſſit.

### SUMMARIUM.

1 *Ex facto uxoris, vel familiæ permiſsu, vel conſenſu judicis operato, ipſe recuſari poteſt.*

2 *Secus eo ignorante.*

3 *Idem*

3 *Idem eſt facere, vel factis aſ-
ſentire.*
4 *Conſentire non cenſetur, qui
ignorat.*
5 *Mandare videtur, qui non pro
hibet, cùm prohibere poſsit.*
6 *Accipere per ſe, vel per alium
idem eſt.*
7 *Scientia in hoc caſu conjecturis
probatur.*
8 *Iudex etiam ignarus facti fami
liæ ex illo obligatur.*
9 *Non verò criminaliter, ſed ci-
viliter.*
10 *Ex recuſatione judici infertur
injuria.*
11 *Recuſatio ſapit criminis accu-
ſationem.*

MOvet hanc quæſtionem
1 *Larrea deciſ.*48. ubi per tō
tam poſt longum examen, conclu-
dit, quod vel factum uxoris, aut
familiæ fuit operatum permitten-
te, vel ratificante marito, aut do-
mino, vel eo inſcio, & ignorante:
2 in primo caſu cōcludit recuſatio-
nē procedere, in ſecundo minimè,
& ita tradit reſolutū, & judicatum
in ſenatu *Granatenſi, & merito.*
Quia in primo caſu per appro-
3 bationem, permiſſionem, ſeu rati
ficationem uxoris, vel familię fa-
ctum mariti, ac domini juſſu fac-
tum cenſetur *ex l.*4. §. *proficiſci ff.
de officio proconſulis*: igitur & judi-
cem pro facto uxoris, & familiæ
teneri probatur ex textu in *l.* 1. *cod
ad legem Iulliam repetundorum*, in
4 ſecundo vero non cum non ex eo
quod familia fecerit dominū man
daſſe prę́ſumi oportet, niſi ille ſci 5
ret, & cum prohibere poſſit, non
prohibuit, *ex l.* 1. §. *is autem ff. ſi
familia furtum feciſſe dicatur l.* 1. *in
principio, &* §. *igitur ff. de vi &
armata l.* 3. §. *hoc in familia ff. eodē
l. ſi fulſus* 10. *cod. de petitione hære-
ditatis.*
Ex quo optimè in hypoteſi talis
deciſionis judicatum fuit, quod
non ex eo quod mulier judicis ab-
ſentis committeret litigatori corā
viro venditionem cujuſdam equi,
maritus judex maneret recuſatus,
& ſuſpectus: Unde colligitur id
eſſe aſſerēdum, ſi mulier, vel filius,
aut aliquis de familia judicis a liti
gatore mutuū commodatum, vel
donum acciperet eo inſcio, nō ex
eo maritus pater, ac dominus re-
cuſari poteſt.
Secùs autem ſi maritus, pater, aut
dominus judex, vel hoc permit-
teret uxori, filio, aut famulo, vel
permittere ſolitus ſit, vel ſciens ta-
ceret, quia tunc parum intereſſet 6
quod per ſe non caperet quod per
mulierem, filium, aut ſervum, ex-
torſit, & ſcientia & patientia cùm
in hoc caſu ſit deficilis probatio-
nis, conjecturis probatur, ut cum
multis tradit *Larrea dicta deciſ.* 7
48. *n.* 11. *Covas in cap. filiùs noſter
de teſtamentis nu.* 1. & mandatum
præſumitur domini in factis à fa-
milia extra omnem diſputatio-
nis aleam, quando dominus ſci-
ens patitur, & non contradixit,
*ex Bartholo in l. de pupillo* 5. *ff.*

*de novi operis quæſtione 10. ibi quod ſi non probatum quod ipſe fecerit, ſed quod ejus familia facit, puto hoc ſufficere: quia ipſe potuit corrigere, & non fecit.*

Si inſurgas contra ſic propoſi-
8 tam diſtinctionem, dicendo: quod judex ſivè ſciens, ſivè ignorans, ſemper tenetur, & obligatur ex facto familiæ ex dicta *lege* 4. §. *proficiſci dicta l. 1. cod. ad legem Iuliam reputandarum. Bobadilha lib. 5. politicorum cap. 1. n. 7. 8. Larrea deciſ. 48. a n. 5. ferè per totam, & nos in 3. p. rubricæ de munere judicis orphanorum.* Reſpondemus verū hoc quidem eſſe, ſed diverſo modo in caſu ſcientię, ſeu patientiæ, & in caſu ignorantiæ; nam in pri-
9 mo tenetur civiliter, & criminaliter; in ſecundo civilitèr tantum; quia contra æquitatem naturalem eſſet quod judex in ſecundo caſu pro delicto uxoris, filij, aut ſervi, puniretur, ut docent omnes, quos citavimus in *dicta* 3. *p. rubricæ*, & quos refert, & ſequitur *Larrea dicta deciſ. 48. n. 23.* unde cum ex recuſatione injuria judici irrogetur, & crimen infligatur, ejus decus, & fama lædatur, ut probari
10 videtur *ex l. litigatores* 11. *cod. de arbitris* ibi: *qui ei contumeliam hāc*
11 *fecerunt, ut eum ſpernerunt, & ad alium irent. Carraſcus dd leg. recopilationis cap. 9. n.* 348. *Larrea deciſ. 48. n. 18. & 23.* non ſufficit factum uxoris ex eo quod quaſi crimen inſurgat; ut judex debeat ſuſpectus judicari; nec factum uxoris filij, aut ſervi mandatum mariti patris, aut domini debet cenſeri, niſi quando ſciente, & paciente marito patre, aut domino fieret, cum non prohibuit, cum prohibere facile poſſit, *ex l. 1. §. igitur, & §. dejeciſſe ff. de vi, & vi armata cum infinitis Larrea dicta deciſ. 48. n. 24. & 25.*

## CAPUT XI.

Iudex, an, & quando recuſari poſſit ex eo quod aliqua ejus ſententia, ſivè definitiva, ſivè interlocutoria revocata ſit.

### SUMMARIUM.

1 *Sententia judicis revocata in una cauſa, quo ad cæteras recuſari poteſt.*
2 *Multi judices appellantes odio proſequuntur.*
3 *Ex injuria illata judici ipſe recuſari poteſt.*
4 *Qui fuit gravatus in uno juſtè timet gravari in alio.*
5 *Appellatione pendente, judex ab appellante recuſari poteſt.*
6 *Sive ſententia ſit definitiva, ſivè interlocutoria.*
7 *Iura non diſtingunt inter tales ſententias.*
8 *Appellatione ſententiæ venit interlocutoria.*
9 *Statutum juri communi conforme declaratur ab eo.*
10 *Ius non tollitur per non uſum, ſed per contrarium in judicio contradictorio approbatū.*
11 *Lex ſemper eſt in ſua viridi obſervan*

*obſervantia, reſiſtendo contrariæ conſuetudini.*

12 *In gradu appellationis multoties revocantur in peius ſententiæ.*

13 *Non enim melius pronunciat, qui noviſſimus ſententiam profert.*

14 *Iudicium: non ſolum quia multorum ſequendum.*

15 *Sunt ſæpè ſtulti in loco ſublimium.*

16 *Superiores ſapientiores exiſtimantur.*

17 *Quæ rarò accidunt in conſiderationem non veniunt.*

18 *Præſumptio pro judice, alia eliditur.*

19 *Senator victus in deliberatione quoad alias cauſas rectè recuſatur.*

1 INter cauſas, quas ad recuſandum judicem referunt DD. commemoratur illa, quæ oritur ex eo quod aliqua ſententia judicis recuſati in gradu appellationis revocata fuit; quia tunc ex hac cauſa poterit judex recuſari quo ad alias omnes cauſas, ſeu lites, quas recuſans facturus fuerit, ut probatur *ex tx. in cap. ad hæc 6. & in cap. propoſuit 24. de appellationibus.* Ratio eſt, tum quia per appellationem aliqua judici, à quo appellatur, fit injuria, ut notant *Franch. & Barb. in dicto cap. ad hæc 6. num. 2. Scacia de appellationibus quæſt. 17. limitatione 47. membro 3. num. 4.* quare multi judices damnati, & corrupti odio 2
proſequuntur appellantes, ut teſtantur *Rebuſus tom. 3. ad leges Galias tract. de appellationib. in præfatione ſub nu. 35. Barb. ubi proximè n. 4.* & nos ipſi ateſtamur: & adeo indignantur, ut pars gravata timeat appellare, ut jam vidimus, & ſe vidiſſe teſtificant *Scacia ſuprà q. 6 n. 8. Barb. n. 4.* & ex injuria illata judici poſſe ipſum judicem recuſari ex multis docimus *hoc lib. cap. 2. & lib. 3. cap. 15.* 3

Tum quia qui fuit gravatus in 4
una cauſa, juſtè timet ne in alia gravari poſſit, quia judex ſemel injuſtus detectus præſumitur futurus peior, *ex l. Caſsius ff. de ſenatoribus. Surdus deciſ. 175. n. 8. Caſtilho deciſ. 117. n. 1. & 2. lib. 2. Fontanella deciſ. 16. n. 7. & ex his, & alijs rationibus ita docent Cardozo in praxi verbo recuſatio num. 24. Barb. in dicto cap. ad hæc n. 2. & in dicto cap. propoſuit n. 1. referens alios Gaſin. de defenſ. reorum defenſ. 1. cap. 21. n. 32. Apicella in tutamine pauperum tit. de ſuſpicionib. officialium n. 100. Philippus in cap. poſtremo de appellationibus, latè Fontanella deciſ. 16. per totam, & docent ferè omnes ordinarij ad dictos tx. in cap. ad hæc, & in cap. propoſuit, & addit Cardozo cum multis dicto n. 24.* quod appellatione quo
que pendente, benè poterit judex 5
à quo recuſari ab eo, qui appellat à ſentẽtia, ſi in alia cauſa corã illo, vel litigat, vel litigare voluerit, & ibi advertit quod hęc recuſatio ex

eventu appellationis juſtificabitur. *Fermoſinus ad cap.ſi quis 4. de foro competenti q.35. per totam, & 36. & 37. per totas.*

6 Propter eaſdem rationes, id, quod diximus de appellatione à ſententia definitiva, aſſeruimus etiam de gravamine interpoſito à ſententia interlocutoria cum tam in una, quam in alia eedem vigeant rationes, licet *Fontanella dicta deciſ.16.* contrarium totis viribus adſtruere conetur: quia non præſtat rationem diverſitatis inter unum, & alterum caſum; & fundamenta, quibus nititur, facillimo negotio diluuntur, & manifeſtè convincuntur *ex cap. ut debitus honor 69. de appellationibus & in cap. cordi nobis 1. de appellationib. in 6.* ubi probatur, quod licet judex ad quem additus pro aliqua interlocutione à qua appellatum non poſſit ante declarationem totam cauſam ad ſe avocare, nihilominus poſtquam eſt declaratum ſuper prædicta cauſa, ſi revocetur proviſio, tunc judex ad quem retinet ſibi totam cauſam, quia ex hoc fit ſuſpectus parti primus judex cum ſemel eum gravaverit: ergo concluſio ęquè procedit in definitiva ſententia, & interlocutoria.

7 Deinde jura non deſtingunt inter ſententias definitivas, & interlocutorias ſed ſimpliciter tradunt ac decidunt quod judex à quo fuit appellatum poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, ſi ejus ſententia fuit revocata, ut patet in allegatis, & ſimiliter cęteri omnes DD. excepto *Fontanella* ſine prędicta diſtinctione, generaliter loquuntur, ut videre eſt in citatis, & ultra eos in *Barb. in cap. poſtremo 36. de appellationibus n.11. ibi Propoſitus n.11. cauſa 44. & 45. Menoch. de arbitrarijs caſu 121. a n. 1. Scatia de appellationib. q.17. limitatione 45. n. 5. Tuſcus verbo ſuſpectus concluſ. 900. nu. 30. Farinacius in fragmentis 2. p. verbo judex n. 181. Decius in cap. 1. de judicijs nu. 15. & 17. Oldrado conſ. 302. n. 5. & 9 Alciatus de præſumptionibus regula 2. appellatione 9. Larrea alleg. 118.*

Et in jure noſtro ex probabiliori opinione appellatione ſententię interlocutoria comprehenditur, *ex Barb. appellativo 242. a n.4. Valaſc. conſ.47. a n.1. Cabedo 1. p. deciſ.16. nu.8.* præcipuè quando eadem, vel maior ratio ſit interlocutoria, quæ eſt indefinitiva, vel materia eſt indiferens. *Barb. cum multis n.7.*

Diluuntur, quò ad primum, ex
eo quia hæc cauſa recuſandi non 8
eſt in uſu, & praxi, & ideo receſ-
ſit ab aula, & per deſuitudinem
manet abrogata: reſpondemus,
quod hæc cauſa eſt expreſſa in ju-
re, & cauſę in jure expreſſæ ſunt
admiſſę in noſtro regno; quia *Ord.*
*noſtra lib.3. tit.21.* dum contraria
non eſt juri communi, cum eo 9
eſt conformis, & ab eo ampliatur,
limitatur, & acipit interpetratio-
nem,

16 nem, ut jam diximus, *&* *docet Fontanella deciſ.8.n.13.* dum ait, quod ſtatutum juri communi conforme recipit omnes limitationes, & declarationes illius, quod etiam tradit idem *de pactis nuptialibus clauſula 4.gloſſ.7.p.3. a nu. 44. Maſtrillus lib.2.deciſ.112.nu. 34. Maſcard. de interpetratione ſtatutorum concluſ.2.nu.71.* quare tanquam jus noſtrum eſt obſervan-
10 dum *ex Ord.lib.3.tit.61.* in principio, & jus noſtrum, nec commune non tollitur per non uſum, ſed per uſum, ſeu ſtylum incontrarium approbatum in contradictorio judicio. *Portugal de donationibus 3.p.cap. 18.n.106. & nos diximus de munere judicis orphanorum tract.1.de inventario lib.1.cap 7.& tract.2.de diviſionibus lib. 1.*
11 *cap.8.* quia lex ſemper eſt in ſua viridi obſervantia reſiſtendo contrariæ conſuetudini. *Portugal ſupra 2.p.lib.1.cap.7.& cap. 10. nu. 50.& 51.& nos dicto cap.8. num. ultimo.*

Ad ſecundum conſideratum, ex eo quod; quamvis revocetur ſententia, non ex eo ſequitur de neceſſitate dicendum judicem nō benè judicaſſe: tum quia in gra-
12 du appellationis ſæpe ſæpius ſententiæ reformantur in peius teſte *Ulpiano in l.1.ff.de appellationibus ibi: licet non nunquam benè latas ſententias, in peius reformet, nec enim utique melius pronunciat, qui noviſsimus ſententiam laturus eſt:*
13 tum quia judicium non quia plurimorum eſt ſequendum, cum forſan unius; & deterioris hominis 14
ſententia poſſit plures, & meliores ſuperare, docente Iuſtiniano, *in l.1.§.ſed nec cod. de veteri jure enucleando*: tum denique quia non ex eo quod aliqui ſint in ſuperiori 15
loco, infertur eſſe ſuperiores ſcientia, cum poſſint eſſe ſtulti in dignitate ſublimi ut conſtat ex *cap.10.eccleſiaſtes ibi poſitam ſtultum in dignitate ſublimi*, & nos diximus *de munere judicis orphanorum tract.1 lib.1.cap.12. Carleval de judicijs tit.1.diſp.7.a n. 33.*

Reſpondemus, quod licet ita de facto contingat, ac accidat, contrarium ſemper jus præſumi, ex his quæ diximus *hoc tract.lib.2. cap.2.& cap.5.& in tract.de munere judicis orphanorum tract. 1. lib.4. cap. 14.* quia ex rationibus perpenſis ibi, ſuperiores judices inferiorum ſapientiſſimi, rectiſſi- 16
mi, incorruptiſsimi, & inregerrimi præſumuntur, & ſi contra hāc juris præſumptionem aliquando accidat, hoc cum ſit rarum, ad conſequentiam non eſt trahendū, cum leges parvi faciant, ea quæ rarò accidunt, & ſolum attendant ad ea, quæ ut plurimum accidere 17
ſolent, *ex l.nam non ad ea 7. ff. de legibus.*

Ad tertium deductum, ex eo quia ſententia, quæ revocata fuit, potuit à judice fieri citra omnem omnino animum gravandi, ex eo ſolum, quod ita viſum fuit 18
judici procedere de jure, & ita in

dubio præſumendum eſt; cum ſemper pro judice, præſumatur judicaſſe eum prout de jure debebat, *ex Surdo deciſ.* 170. *num.* 4. *Fontanella deciſ.* 16. *n.* 13. *cum infinitis Barb. axioma* 131. *nu.* 4. Reſpondemus, quod hęc præſumptio generalis pro judice tollitur per aliam ſpecialem, quam jus facit adverſus judicem, cujus ſententia revocata invenitur utpotè ſpecialis generali prævalet, ex his, quæ diximus *de munere judicis orphanorum tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9.

19 Ex dictis infertur ſenatorem, qui contra aliquem dedit deliberationem quæ per alios deſtructa fuit, recuſari poſſit ab eo, contra quem deliberationem dedit in cæteris cauſis, quia militant rationes, quæ dantur ad recuſandum judicem, cujus ſententia fuit revocata, ex eo ſolum quod revocata fuit. *Fermoſinus ad cap. ſi quis* 4. *de foro competenti q.* 35. *per totam & q.* 36. *&* 37. *per totas quem vide.*

## CAPUT. XII.

Iudex an, & quando ex metu gratitudinis, recuſari poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Ex metu gratitudinis rectè Iudex recuſatur.*
2 *Comercium tollit, qui gratitudinem tollit.*
3 *Virtus ſui ipſius eſt præmium.*
4 *Qui beneficium ſolvit liberalitatem non exercet.*
5 *Animus præmio, & laude ita indiget, ſicut cibo corpus.*
6 *Præmium ad laborandum omnes allicit.*
7 *Lege pudoris unuſquiſque ad retribuendum obligatur.*
8 *Virtus præmia expoſcit ob ipſius virtutis ornamentum.*
9 *Virtuti irremuneratæ non creditur.*
10 *Ingratus eſt, qui gratias benefactori non refundit.*
11 *Ingratitudinis vitium varijs authoritatibus deteſtatur.*
12 *Iudex, qui ab aliquo accipit beneficium recuſari poteſt.*
13 *Iudex in cauſa illius, qui aliquando ſuus fuit tutor, curator, judex, aut ſcriba, recuſari poteſt.*
14 *Maius beneficium mens humana excogitare non poteſt, quã ſimile beneficium.*
15 *Deſcribitur quantum prædictis obligentur puberes, & impuberes.*
16 *Ad judicem recuſandum ſufficit apparere, cauſam, ex qua veroſimilitèr timeatur judicem potius in unam, quàm in alteram partem ſe poſſe inclinare.*
17 *Intelliguntur prædicta de bonis adminiſtratoribus.*
18 *Rariſsimè tales inveniuntur.*
19 *Sub titulo paſtoris lupi ſunt.*
20 *Sathana peiores ſunt, & qua ratione.*
21 *Duobus modis fit injuria, aut* vi,

*vi, aut fraude, utrumque quidem ab homine alieniſſimum, ſed fraus eſt odio digna maiori.*

6 22 *Tutor, vel curator factus judex poſtea recuſari poteſt a parte, de qua non fuit tutor, ſeu curator.*

23 *Iudex, qui ingratus fuit, rectè recuſatur.*

24 *Apud Athenienſes adverſus ingratos actio conſtituta erat.*

25 *Ingrato homine terra peius nihil creat.*

26 *Dominus, qui fuit in cauſa famuli recuſari poteſt.*

27 *Famulus qui fuit in cauſa domini ſimiliter.*

28 *Vnuſquiſque poteſt recuſari in cauſa ſui advocati.*

1 EX metu gratitudinis judicem recuſari poſſe ſine metu affirmamus. Quia debiti Antidoralis præmia ſi tollas, conſequenter hominum comertium, & munificentiam ex deſparata mercede interdices, *ex Valerio Maximo lib. 5. cap.* 8. cujus verba ſunt:
2 *qui dandi & accipiendi beneficij comercium, ſine quo vix vita hominum extat, pendit, & tolit, quiſque benemerito parem referre gratiam negligit.* Huic reciprocæ tributioni inhęret mortalium ſocietas in illa humana ratio dignoſcitur, ſi hæc recedit, brutum feræ conditionis, hominem putabis naturali lumine vacantem, non
3 rationabilis naturæ, & licet benefaciens in actu beneficij juxta virtutem, quam exercet; plura perclara ſibi adſcribat, quibus dictactus, & retribuitionem percipere videtur, hoc reſpectu communis auræ, & humanæ gloriæ, ſeu ipſiuſmet virtutis, non verò in ordine ad beneficij affectum, procedit.

Tamen qui ſemper vinculo gratitudinis ad remunerationem ſti- 4
mulatur, & ſi in gratiam beneficij impartiti mercedem ſolvit, dicitur retribuere non liberalitatem exercere. *Altamiranus ad tit. cod. de filijs officialis, qui in bello cap. 27 n. 5. l. ſi pater §. 1. ff. de donationibus, l. ſi ſervus ff. de hæredibus inſtituendis* ibi: *etiam defuncto invito poterat libertatem extorqueri, ſi liber eſſet juſſus, non magnum beneficium a defuncto conſenſu unnò nihil commodi cenſiſſe, ſed magis debitā ſibi accipiſſe libertatem, l. unum §. 1. ff. delegatis ibi: non enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium eſt, quod eſt enim quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod relinquit, omnino reddere debet, l. proxima ff. de ritu nuptiarum, latè Barb. voto 93. a principio.*

Sicut alimento corpus nutritur ita animus laude, honoribus, & 5
prȩmio ſuſtinetur, & ſicut agriculturȩ finis eſt præceptio fructuum, ædium conſtructio eſt habitatio, navigationis, divitiæ, certaminis corona, ita laborum omnium finis eſt prȩmium hoc homines pelicit, allicit, movet, & ſuadet,

det, illo ſublato, ædificium ruit
terra horrida, inculta quæ jacebit,
aulæ deſertę, ſtudia vidua, & abſ-
que aſſecla ſcientia, patria relicta
6 bellum ſine militibus. *Ramires*
*ad leges regias* §.16.n.31. *Chochi-*
*erius in theſauro politicorum lib.* 2.
*cap.* 3. *& cap.* 17. *Caſſiodirus lib.* 1.
*variarum epiſtola* 13.

7 Pari modo munificentiæ virtus
pręmeriti continentia ſatiatur ex-
trinſecè tamen appetit illud pro
retributione condigna, ad quam
non imperio judicis convolat, ſed
lege pudoris repetit, non coactè
extorquet ſed benignè allicit, non
legis ſtimulo, ſed gratitudinis ti-
tulo antidoralis debiti retributio
perſuaditur juxta Trajani panegi-
riſtam, *non benè factis tantùm ex*
*conſcientia merces, ſed ipſa præmia*
*ſunt. Altamiranus ſupra cap.* 7.
*num.*44.

8 *Profectò* [ inquit Altamiranus
ibi proximè ] *non ambigimus uber-*
*rimum virtutis præmium, fructu-*
*um queipſam eſſe virtutis poſſeſſio-*
*nem, ſed quemadmodum anima cor-*
*pus habitat, cibi materialis indiget,*
*non quidem, propter ſe ipſam, quæ*
*cibo æthereo, veſcitur, ſed ut ſibi*
*adjuntum corpus rectiùs ſuſtentetur*
*ſic homo virtute prædìtus, non prop*
*ter ſe ipſum, ſed propter patriæ, fa-*
*miliæ conſanguineorum, amicorum*
*ſolatium, denique propter ipſius vir*
*tutem, gloriam, ne ſcilicet in ſe ipſa*
*eadem virtus, debito fulgore, ac*
*pulcritudinis ſuæ ornamento deſtitu*
*ta compareat, & hoc honoris ſig-*
*num concupiſcit.* Virtuti enim,
quæ irremunerata tranſit, non cre
ditur, ex Caſſiodoro, & nos dixi- 9
mus in 1.*p. rubricæ de munere judi-*
*cis orphanorum tom.* 1.

Ex hac obligatione naturali,
qua ad gratificandum beneficien-
ti tenetur beneficij acceptator,
colligitur ingratum eſſe, qui obli-
tus beneficij gratias benefactori
non refundit, ac reddit, quo vitio
nihil infamius: quia ingratitudo
inimica eſt animæ exinanitio me
ritorum, virtutum diſperſio, be-
neficiorum perditio ventus urens,
ſiccans fontem pietatis, rorem mi-
ſericordiæ, & fluentiæ gratiæ, *ex*
*divo Baſilio, DD. ad tx. in l. ult.*
*cod. de revocandis donationibus.*
*Pacheco in apolecta utriuſque juris*
*verbo ingratitudo. Caſtejon verbo*
*ingratitudo Barb. in reportorio ju-* 10
*ris eodem* verbo, & nos de inventa-
rio, *lib.*4.*cap.* 8. *& de diviſionibus*
*lib.*2.*cap.*1. *& lib.*4.*cap.*3. & unus
pro cuntis ille omnibus titulis ve-
nerandus, & admirandus præcep
tor meus dominus Doctor *Ioannes*
*Duardus Ribeyro ad tx. in cap. fin.*
*de donationibus a n.* 33. Divi Petri
Collegij Collega [& ſæpius Rec-
tor quondam præclariſſimus. Cu-
jus ſcientia tota Conimbricenſis
Academia triumphabat, cujus
ſcientia, rectitudine, prudentia,
& lenitate hodiè ejuſdem Civita-
tis, Sanctę Inquiſitionis tribunal
illuſtratur, & regitur; nam ejuſdē
tribunalis eſt Præſes; & omnibus
titulis primus Inquiſitor ad maio-

ra

ra omnium votis, ac deſiderijs evehendus, ab altiſsimo datus ad regimen, ad exemplum, ad ſpeculum, quod omnes intueri, & imitari debent maiora dicerem niſi ingerta in frontem commendatio vituperij notâ careret. Cęteri diſcant, venerētur, ac imitētur

11 Oritur ergo ab hac antidorali obligatione gratificandi ſuſpicio contra judicem, qui ab aliquo accepit beneficium, quæ ſufficit ad illum removendum in cauſa illius, à quo beneficium accepit, ut ex multis diximus *cap.*
12 9. quare judex redditur ſuſpectus, & ut talis allegari poteſt, quando coram eo litigantur cauſæ ejus, qui ſuus fuit tutor, vel curator; aut judex, ſeu ſcriba tempore, quo erat orphanus: qnia inter humana beneficia, quod beneficium; mens humana excogitare poterit, quod tuto-
13 rum curatorum judicum, & ſcribarum bene gubernantium beneficiorum, ac meritorum officium, aut ſuperet, aut æquet, aut quod cum tam ampliſſimo, & ſanctiſſimo parentum erga liberos, officio conferri poſſet; quid quid enim commoditatis, & felicitatis
14 provecti jam, & maiores facti, tum in animo, tum in corpore, tum, & in vita univerſa poſteà percipiunt, id omne poſt parentes tutorum curatorum, & judicum adminiſtrationi, & diligentiæ acceptum referre debent. Si animus arte aliqua aut diſciplina libera inſtructus, probitate aliqua & pietate prędıtus, ſi corpus ſanum, & validum, ſi facultates incolumes, & opes auctiores, ſi uxor proba, denique quidquid in vita, commodi accidit, id diligenti eorum, adminiſtrationi tribuendum eſt, qui ſi nulli fuiſſent, aut ſi officio ſuo defuiſſent certè hæc omnia, aut nullo modo, aut non omnia, aut certè multo minora conti giſſet. Sunt igitur boni tutores, curatores, & judices cauſa, & origo omnium bonorum, & proſperitatum tam præſentium, quàm futurarum, quæ pupillis ex bona admi niſtratione proveniunt, quidquid enim doctrinę; quod honeſtis diſciplinis alantur, & bonis moribus; quidquid divitiarum; quod contigerit uxor bene dotata, quod ad honores evecti, quod felicem honeſtam piam, & tranquillam vitã cum uxore, & liberis agant, & cætera id omne ipſis ex diligẽti eorũ gubernatione provenit à quibus quam lõgiſſimè abeſſent, ſi malos adminiſtratores nacti fuiſſent, qui ſuo officio defuiſſent, ſuoſque minores, & eorum bona dilapidaſſẽt. Quin potiùs miſeri inopes, & obſcuri permanſiſſent, ad vile aliquod opificium pertracti cum rixoſis, & pauperibus uxoribus conjuncti, te nuem vitam cum multis laboribus, & ſudoribus quæritaſſent, vitam infelicem, obſcuram, & calamitatis plenam vixiſſent; aut fortaſſis (quod magis dolendum foret) ipſi à talibus admi-

niſtratoribus relicti, parumque deligentèr curati, præ inopia oſtiatim mendicaſſent, fax platearum cum ſuis ſimilibus, evaſiſſent ad furta, ad latrocinia per diſperationem, & inopiam, & tandem ad furcam perveniſſent, totamque familiam ſuam turpi infamia conſperſiſſent.

15 Ex his, & ſimilibus igitur manifeſtum evadit, quanta ſit beneficiendi magnitudo ex dictorum recta adminiſtratione, ſi eam cum enarrato damno, & calamitate, quam ex injuria, & negligentia dictorum aliquis con ſequitur, conferas: quarè ex gratificandi obligatione judicem in caſu propoſito poſſe recuſare contendimus, eo quòd ad recuſandum judicem ſufficit, quod appareat cauſa ex qua veroſimi-
16 litèr timeatur judicem potius uni, quam alteri parti favere poſſe, ut *hoc lib. cap.* 1. *& melius cap.* 2. *& tradit Larrea deciſ.* 48. & nulla alia apparere poterat urgentior, quam relata.

17 Hæc procedunt, ſi [ ut diximus ] judices tutores, & curatores benè perſonam, & bona judicis adminiſtrarunt, ſecus ſi malè, quia tunc non ex cauſa gratitudinis, ſed inimicitiæ recuſari poſſe ſimilem judicem af-
18 firmamus, Pro dolor? quantum timemus, ut nunquam, aut rarò recuſatio, procedat in caſu propoſito ex cauſa gratitudinis, & ſemper ut plurimum ex cauſa præſumptæ, ſeu veræ inimicitiæ: quia res minorum hodiè decoquuntur; quia hodiè judices tutores, & curatores ſub paſtorum titulo, lupi ſunt atque interim ſub habitu, & titulo paſtorum, vel canum ad tuendum rudem, & imbecillem gregem ab in curſionibus, inſidijs luporum, & ferarum, conſtituti ſunt, cum tamen pro ſcælus? ſub habitu, & perſona, atque figura canum lupos, ſe, & feras rapaces præbeant.

Hujuſmodi enim adminiſtra- 19
tores ſathanæ ſunt inſtrumenta, immò ſathana multo peiores, & nocentiores. Diabulus enim ſe ex natura hoſtem noſtrum, & adverſarium exhibet, hi autem ex vèra, & interna malitia, ſe minorum hoſtes ſimulantèr oſtendunt ſeſeque, ut parentum vices, & affectus ſe referre ſimulant, ob quod, & ſe juramento ad tuenda, & conſervanda ſibi commiſſorum bona obligant, cumque amicorum, & parentum potius vices gerant. Interim tamen re ipſa fures ſe ſe, & latrones produnt, & minorum hoſtes tanto notiores, quanto occultatiores, quibus nihil 20
poteſt eſſe, aut cogitari abominabilius, & exacrabilius, cum enim authore Cicerone duobus modis fiat injutia, aut vi, aut fraude, utrunqne quidem ab homine alieniſſimum, eſt ſed fraus eſt odio digna maiori, ut latè *diximus de*

*mune-*

*munere judicis orphanorum in ſpecie tom. 1. de inventario in 3. p. rubricæ tom. 2. de diviſionibus lib. 8. cap. 25. tom. 3. de datione, & obligatione tutorum, & curatorum lib. 3. cap. 1. & tom. 4. de tutellæ rationibus diſtrahendis lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 6. & tom. 5. de proceſſu Civili coram judice orphanorum formando lib. 5. cap. 7.* ubi invenies authoritates, quibus proximè dicta comprobantur.

21 ¶ Tutor, vel curator, qui alicujus partis fuit factus judex, ſimiliter poteſt recuſari ſuſpectus ab ea, cujus non fuit tutor, vel curator ob affectionem, quæ erga ſuum aliquando pupillum durare cenſetur, vel à parte, cujus fuit tutor, ſeu curator, ſi malus tutor, ſeu curator fuit; ex rationibus, de quibus proximè.

22 Etiam qui fuit tutor, vel curator poterit recuſare judicem, cujus fuit tutor, vel curator, quando talis oblitus beneficij recepti ſe ingratum præbeat, quia ex ingratitudine rectè procedit recuſatio, ut tradit cum multis *Apicella de tutamine pauperum tit. de ſuſpicionibus officialium numer.* 100. & meritò, quia nullum vitium eſt, quod gravius Deum, & homines offendat, quam accepti beneficij; aut ingratitudo, aut [quod peius eſt] non intelligentia: peius (ut inquit Eramus] de ingrato enim ſperandum eſt, quod licet is nunc ingratus ſit, poſteà ad mentem reverſus fiat gratus. De non intelligentia verò, qui ſibi benè fieri non agnoſcit, nec intelligit, prorſus nihil eſt ſpectandum immò fortaſſis ob beneficium collatum, & non intellectum, nec cognitum, duriſſimum maleficium, & peſſimę gratiæ relationem, ſed ut eſt, tum ex nõ intelligentia, tum ex ipſa ingratitudine, plerũnque rerum omnium perturbatio naſcitur: quare apud Athenienſes adverſus ingratos actio conſtituta erat; ut rectè 23 inquit Valerius, quia dandi, & accipiendi beneficij commerciũ ſine quo vix vita hominum extat; perdit, & tollit, quiſquis benemerito parem referre gratiam negligit. Atque hinc ut graviſſimæ ſententiæ paſſim adverſus ingratos, tum apud eccleſiaſticos, tum apud prophanos ſcriptores, extent; ſic enim Salamon proverb. *cap. 17.* inquit: *qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus*; cui adſtipulatur illud Senecæ: *nullum referre beneficium, nullam vè beneficij gratiam, turpè eſt apud omnes, & ingratum*, quam ſententiam *Mantuanus Poeta pulcherrimè complexus eſt in his verſibus.*

*Magis avertit cælum à telluris amore,*
*Quam ſcælus ingratæ mentis, quæ corde maligno*
*Muneris authorem, nullo dignatur honore.*

Graviſsimè, & breviſsimè Menander comicus dum dixit: *quod in-* 24

*grato homini terra peius nihil creat.*

25 Ex eadem ratione gratitudinis, recuſari poterit dominus in cauſa partis, quæ aliquando fuit famulus judicis, vel è contra in cauſa domini aliquando famulus: nam licet famuli jam expulſi ſine fraude poſſint eſſe teſtes in cauſa dominorum, ut docent *Maſcardus*
26 *concluſ.533.n.11.& concluſ.26.n.5.Surdus deciſ.219.n.4.cum infinitis Barb.ad tx.in cap.in litteris 24. de teſtibus n.4.* tamen judex recuſari poteſt, quia facilius removetur judex à judicando, quam teſtis à teſtificando, ut jam ex pluribus diximus, & probat cum alijs *Barb.voto 66.n.fin.* quia tam in domino, quam in ſervo, aut famulo cenſetur durare cognitio ſervitutis, ut tradit *Zachias de ſellario q.35. & nos diximus de munere judicis orphanorum tract.2.lib.8. cap.25.* quæ cognitio licet non ſufficiat ad removendum teſtem, ſufficit ad removendum judicem, quia deficilius invenitur teſtis, faciliuſque judex.

27 Concludimus hoc caput ex cauſa ſivè gratitudinis, ſivè ingratitudinis procedere judicis recuſationem: quia ad repellendum judicem naturalis obligatio, ſufficit & hinc eſt quod Iudex poteſt recuſari in cauſa ſui Advocati *ex Fabro in ſuo codice lib.3. tit. 4. definitione 1.per totam.*

## CAPUT. XIII.

Neophitus, quem vocamus chriſtianum novum, an judex eſſe poſſit, & an ex hac ſolum cauſa poſſit recuſari?

### SUMMARIUM.

1. *Veritas ob humanos reſpectus non eſt ſupprimenda.*
2. *Acceptio perſonarum apud Deum odioſa.*
3. *Neophiti ad dignitates ex decreto conciliorum admittuntur.*
4. *Neophiti ob converſionem præmijs digni fiunt.*
5. *Eccleſia à Iudæis converſis fũdata eſt.*
6. *Hæbreorum natio omnibus alijs nobilior fuit.*
7. *Neophiti poſſunt eſſe teſtes contra Chriſtianos veteranos.*
8. *Literis, & virtute plures ex Iudaiſmo converſi floruerunt.*
9. *Non omnes Hæbrei ad mortem Domini concurrerunt.*
10. *Infamia criminis ultrà nepotes non extenditur.*
11. *Per actus poſitivos in contrarium purgatur.*
12. *Parentum delicta deſcendentibus nocere non debent.*
13. *Ex ſeparatione Neophitorum plures infamantur familiæ.*
14. *Neophiti à religionibus non repelluntur.*
15. *Referuntur DD.pro affirmativa*

va parte.

16 Indecorum, & ignominioſum eſt Chriſtianis veteranis regi a novis.

17 Iudex inimicus à Principe creari non poteſt.

18 Chriſtiani novi regulariter infeſtiſsimi inimici Chriſtianorum veteranorum ſunt.

19 Refertur quædam epiſtola contra Chriſtianos veteranos.

20 Chriſtiani novi regulariter chriſtianos veteranos omnibus modis offendere conantur.

21 Regi indecoroſum eſt creare Neophitos magiſtratus.

22 Patrocinans Chriſtianos novos Regem offendit.

23 Et boni communis deſtructor eſt

24 Conferens indigno officium, mortaliter peccat.

25 Ad munera publica nobiliores ſunt eligendi.

26 Chriſtiani novi ſunt viles, infames, & abjecti.

27 Infamia vel eſt juris, vel facti, & quæ ſit una, & altera explicatur.

28 Chriſtiani novi ex Iudæis originem ducentes ſunt infames jure, & facto propter mortem Domini.

29 Longe gravius eſt offendere Divinam, quàm humanam majeſtatem.

30 Ab infamia facti hujuſmodi liberari non poſſunt.

31 Apud viros, & mulieres, qui nobilitatem amant, & qui verecundiam habent, opinio Chriſtianorum noſtrorum nulla eſt.

32 Horum amicitia erga chriſtianos veteranos ſimulata eſt, ut facilius eos fallant.

33 Sunt lupi rapaces inveſtitu ovium.

34 Licitum eſt inſtituentibus maioratus eos à ſucceſsione illorum expellere.

35 Parentes chriſtiani veterani poſſunt exhæredare liberos, qui cum illis nuptias contrahunt.

36 Infamia hujuſmodi nationis perpetua eſt.

37 Qui non poteſt eſſe teſtis, judex recuſari poteſt.

38 Contra nos teſtes non ſunt omni exceptione maiores.

39 In chriſtianis novis deficiunt omnes qualitates ad gubernandum.

40 Sapientia deeſt.

41 Integritas, & pecuniarum odium deficit, & plura alia requiſita, de quibus ibi.

42 Sunt tales, ut ſi poteſtas dominandi eis tradatur, eorum dominium nemo ferre poſſit.

43 Eorum amicitia, ut plurimum, vel obolo, vel teruntio ab eis violatur.

44 Gratitudo apud eos nunquam reperta fuit.

45 Ad regendam Rempublicam eligendi ſunt, qui de Reipublicæ commodis curent.

46 Chriſtiani novi, ut plurimum Rempublicam chriſtianam evertere

*vertere intendunt.*

47 *Chriſtiani novi in Vulgi ſaltem opinione ſunt viles, & infames.*

48 *Ad Conſiliũ Regis minimè ſunt ſeligendi.*

49 *Reipublicæ damnoſius eſt habere Regem bonum cum malis Conſiliarijs, quam Regem malum cum bonis conſiliarijs.*

50 *Expenduntur Doctores Chriſtianos novos à muneribus excludentes.*

51 *Referuntur DD. diſtinguentes.*

52 *Verbum Neophitus propriè verificatur in converſo de recenti.*

53 *In noſtro Regno probibitum eſt lege vocare Neophitum.*

54 *Affirmativa amplectitur, & probatur ſententia.*

55 *Inquirentes ſæpiſſimè vel precio vel precibus, vel potentia corrumpuntur.*

56 *Non ſervantes ſuperioris præceptum mortaliter peccant.*

57 *Commiſſarius informans in foro etiam animæ tenetur inquirere, & patefacere veritatem.*

58 *Infames patriæ proditores ſunt qui contra faciunt.*

59 *Refertur querela Eſcobaris in hac materia, & relinquitur reſolvendũ, an adaptari poſſit in noſtro Regno.*

60 *Admonentur tales, ſi aliqui ſunt.*

61 *Appellatione Chriſtianorum novorum apud nos veniunt tam recentèr, quàm antiquitùs cõverſi.*

62 *Verba ſecundum communem uſum loquendi ſunt intelligenda, & interpetranda.*

63 *Temerarium eſt credere ſæculares excellere pietate eccleſiaſticos, & regulares, qui eos non admittunt.*

64 *Ex incluſione Chriſtianorum novorum, excluſio Veteranorum ſequitur.*

65 *Ex incluſione unius multorum incluſio ſequitur.*

66 *Incluſi, pro incluſione aliorum fortè pugnabunt, & pro excluſione veteranorum tenacitèr dimicabunt.*

67 *Nihil tam regium, ac convenïens eſt, quam nobiles, & puros habere vaſſalos.*

68 *Reges vigilare tenẽtur, nè ſordidæ, & infames ſtirpes nobilibus, & puris miſceantur.*

69 *Chriſtianorum novorum pecunia nemini profuit, & varijs exemplis comprobatur.*

70 *Judices, qui Chriſtianos novos amicos habent juſtè reprehenduntur à Vincentio da Coſta.*

71 *Incipiunt reſponſiones ad argumenta contraria.*

72 *Acceptio perſonarum fieri poteſt ob pravos mores illarum.*

73 *Dummodò odium perſonarum abſit.*

74 *Acceptio perſonarum ob bonum publicum fieri poteſt, licèt ſecundariò tertius lædatur.*

75 *Pravi mores Chriſtianorum novorum*

*vorum referuntur.*

76 *Recenſentur Regna, à quibus ob pravos mores fuerunt expulſi.*

77 *Chriſtiani novi ferè ſunt Chriſtiani in ore Iudæi in corde.*

78 *A principio eorum converſio ob metum exilij, poſteà ob metum Sacri Tribunalis.*

79 *Comprobatur hoc varijs exemplis.*

80 *Rurſus corroboratur.*

81 *Mores parentum cum ſemine in filios regularitèr tranſeunt.*

82 *Comprobatur hoc evidentiſſimè quoad intentum.*

83 *Pietas erga Chriſtianos novos noſtri Regni nihil prodeſt, & potiùs eſt cauſa maiorum malorum.*

84 *Qui judicem habere renitet, culpæ reus eſt.*

85 *Suſpirium chriſtianorum novorum noſtri Regni unicum eſt ſacrum Tribunal extinguere.*

86 *Ad hunc finem pecunia, potentibus mendacijs, & falſitatibus multoties vires omnes adhibuerunt.*

87 *Omnes perſecutiones Eccleſiæ, & omnes ferè Hæreſiarchæ à Iudæis originem duxerunt.*

88 *Præverſus Mafoma à Iudæis originem duxit, & malignus Ante Chriſtus ab illis orietur*

89 *Acceptio, de qua agimus charitatem non offendit.*

90 *Charitas prima erga Deum.*

91 *Iudices Miniſtri Dei ſunt in terris.*

92 *Iudæi Dei inimici in ſacris litteris appellantur.*

93 *Charitas ſecunda erga nos met ipſos, & proximiores.*

94 *Charitas tertia erga proximos*

95 *Contra charitatem operatur, qui malos, ſeu de malo ſuſpectos bonis, ſeu de bono præſumptis anteponit.*

96 *Qui facit Iudices Chriſtianos novos mortalitèr peccat, etiam ob ſcandalum activum, quod præſtat.*

97 *Hoc ſcandalum eſt activum procedens ex opere malo.*

98 *Reſpondetur ad ſecundum fundamentum.*

99 *Ad tertium ſolutio præſtatur.*

100 *Eccleſia ob perfidiam Iudæorum ad Gentiles translata.*

101 *Hebræi propter mortem Domini nobilitatem omnem amiſerunt.*

102 *Non omnis, qui poteſt eſſe teſtis Iudex eſſe valet.*

103 *Quamvis plures converſi ex Iudaiſmo litteris polleant, ac virtutibus floreant, hoc non eſt attendendum.*

104 *Accidentalia contingentia nõ mutant rei ſubſtantiàm.*

105 *De inſolitis ad ſolita non fit argumentum.*

106 *Omnes Iudæi in morte Domini concurrerunt.*

107 *De minori ad maius argumentum negativum non valet.*

108 *Chriſtiani novi noſtri Regni infamiam non purgant per actus poſitivos in contrariũ.*

109 *A*

109 *A ſolitis fit argumentum.*
110 *De præterito ad præſens argui poteſt.*
111 *In chriſtianis novis noſtri regni quotidiè videmus mores aſcendentium.*
112 *Ex vita anteacta præſens colligitur.*
113 *Viderunt parentes noſtri chriſtianos novos ex Iudaiſmo punitos, videmus nos, & proximis annis ſex publicè profitentes, quos veros Catholicos putabamus.*
114 *Plures ſunt in noſtro regno Chriſtiani novi, qui fidem fideliter tenent.*
115 *Sed non ideò eſt Reſpublica illis committenda.*
116 *Natio hæc tota contra ſe præſumptionem habet.*
117 *Dei tantum eſt interiora noſcere.*
118 *Ex præverſitate nationis legitima contra omnes illius præſumptio reſultat.*
119 *Ex malis moribus parentum contra deſcendentes mala oritur præſumptio.*
120 *Ex arbore judicantur fructus, & è contra.*
121 *Contra totam nationem vociferat experientia.*
122 *Filios de Iudaiſmo punitos ob ſervamus, quorum aſcendentes punitos non invenimus.*
123 *Literatis hujus nationis non eſt credendum, quia plurimi convicti, & puniti fuerunt.*
124 *Præſumptio, quam concipimus adverſus totam nationem, nec judicium eſt temerarium.*
125 *Temerarium judicium concipitur à levibus præſumptionibus à jure non approbatis.*
126 *Maculati, omnes maculare intendunt.*
127 *Mendacium diu ſtare non poteſt.*
128 *Honor dum magis oppugnatur magis progreditur in lucem.*
129 *Chriſtiani novi in noſtro regno ab omnibus religionibus excluduntur.*
130 *Sedes apoſtolica ob perfidiam Chriſtianorum novorum noſtri regni, ſtatuta puritatis confirmavit.*
131 *Hujuſmodi & ſi procedant ab aſcendentibus, qui poſt converſionem fidem fideliter tenuerunt, ſunt excludendi.*
132 *Prohibitio uni impoſita ad omnes extenditur.*
133 *Inhabilitas medij influit inhabilitatem extremorum.*
134 *Excluſâ radice, excluditur, quidquid ab ea procedit.*
135 *Referuntur DD, qui aſſerunt faventes chriſtianis novis, vel eſſe ſimiles, vel ipſorum pecunia emptos.*
136 *Plura omittuntur ex conſulto de pravis moribus chriſtianorum novorum.*
137 *Referuntur DD. de materiâ tractantes.*
138 *Concluditur chriſtianos novos à mu-*

*à muneribus publicis eſſe repellendos, quamvis literis, & virtute floreant.*

139 *Non decet, ut hoc quæſito colore, juſtiſſimæ ſanctiones violentur.*

140 *Ubi quærimus de ſimplici juſtitiâ non curamus de meritis perſonarum.*

141 *Narratur Conſilium cuidam Regi præſtitū a quodam Hebræo.*

142 *Chriſtiani novi nec bello, nec paci ſunt apti.*

143 *Sunt mendaces, & ſimulati.*

144 *De parentibus Hebræorū epigrāma Martialis adducitur.*

145 *Commendatur omninò de materia videndus Torrecilla.*

1 Exoſas, plenasque periculis, & calumnijs has
eſſe quæſtiones, plenè agnoſcimus, ſed cum tractatum de recu-
ſationibus condimus, quæſtiones
ad illum ſpectantes, quamvis arduas, odioſas, & aliquibus amaras, ommittere non poſſumus, eo
maximè cum nullum lędere nobis
ſit animus, & re verâ nullum lę-
1 demus, quia nullius nomen no-
ſtra ſcriptura deſignabit, neminem ſpecialitèr noſter ſermo pulſabit, generalis de jure circa propoſitas quęſtiones diſputatio erit, qui autem nobis iraſci voluerint, ipſi de ſe, quod tales ſint, confitebūtur. Nec veritas ex eo quod pluribus ſit amara, eſt reticenda ab eo qui, vel ratione officij, vel ex alia ratione, illâ de jure aperire tenetur.

2 Prima ex duabus propoſitis quæſtionibus, ſcilicet an Neophitus, ſeu chriſtianus novus inter chriſtianos veteres poſſit judicis officio inſigniri. Pro affirmativa parte ex ſequentibus fundamentis reſolvenda venit.

3 Probatur primo: quia ſem- 2
per fuit apud Deum odibilis, & odioſa perſonarum acceptio, *ex cap. venerabilis de præbendis cum multis Otero de officialibus reipublicæ cap. 3. nu. 24. Franciſcus Alvares Guerreyro meæ patriæ, ac familiæ meæ grande decus, in ſpeculo juris pontificij cap. 10. in principio, quem citat, ac ſeqnitur Eſcobar de puritate q. 3. §. 3. nu. 86.* quarè ſegregationes inter converſos à gentilitate, & converſos à judæis facientes contemptores unitatis eccleſiaſticæ appellat cum multis *Barb, lib. 3. voto 93. n. 49.* qui *n. 71.* cum alijs docet, quod qui aſſeverant converſos ad fidem, vel ab eis deſcendentes eſſe ab officijs, & beneficijs excludendos Evangelicæ legi, & ſacrorum Canonum ſtatutis contrariantur, & *num. 72.* cum alijs affirmat, quod deſtinctio inter novos, & antiquos Chriſti fideles, eſt quaſi hæretica.

4 Probatur ſecundo: quia ex 3
pluribus conſiliorum authoritatibus Neophiti, & noviter converſi ad præbendas, & dignitates admitti debent *ex cap. 2. Cōſilij Nicæni cap. 1. cap. in novo diſtinctione 21. capit. 1. capit. ſi qui capit.*

*nonnulli 2.q.cap. eam de reſcriptis, cap.cum deputati de judæis, in quibus locis Barb. multos citat, quibus adde Otero ſuprà nu.*25. *Barb. dicto voto* 93.

4 5 Probatur tertio; quia Nephiti propter novam converſionem, & reductionem ad noſtram Orthodoxam, & catholicam fidem, non pęnis, prohibitionibus, & ſuplitijs, ſed præmio digni ſunt *l.fin.cod. de ſtatutis, & imaginibus, l. ult.cod.de judæis extravag. Ioannis* 21. *Otero ſuprà n.* 23.*Barb.dicto voto* 93.*a nu.*91. *& n.*65.*Eſcobar q.*3.*§.*2.*&* 3,

6 Probatur quarto: quia ec-
5 cleſia fundata fuit ex judæis converſis *Barb.dicto voto* 93.*a nu.*50. & à populo judaico noſtra redemptio proceſſit; & populus à quo noſtra redemptio proceſſit, nobilior, & excellentior eſt cunctis gentibus, ut cum multis docet *Barb.dicto voto* 93. *nu.* 123. quare multos refert *Barb.n.* 134. deſideraviſſe cum judæis propinquitate conjungi: quia magnum antiquitus erat ex judæis eſſe, ut docet *Barb.dicto voto* 93.*n.*123.

6 7 Probatur quinto: quia nobiliores ad munus judicis, ſunt elegendi, ut latè diximus, & probavimus *in* 1.*p. rubricæ de munere judicis orphanorũ a n.*45. atqui Hebræorum natio, & progenies inter omnes mundi ſelectior celebrior, melior, & nobilior fuit; ut tradit *Barboſ. ſupra num.* 121. referens alios, & converſi ex judæis ad fidem catholicam priorem nobilitatem retinent *Barb. n.* 124.*Gardiolla de nobilitate cap.* 60 ergo, & cętera.

8 Probatur ſexto: quia Neo- 7
phiti, ſeu noviter converſi poſſunt eſſe teſtes contra chriſtianos veteres ex *tx. in cap. conſtituit* 17. *q.*4.*cum multis Barb.ad tx. in cap. judæi* 21.*de teſtibus n.*4. ergo ſimiliter potuerunt eſſe judices.

9 Probatur ſeptimo: quia 8
plures viri ex judaiſmo converſi tum literis, tum virtute, tum ſanctitate floerunt; ut patet ex multis, quos refert *Barb.dicto voto* 93. *a n.*135.*uſque ad n.*147. ergo, &c.

10 Probatur octavo: quia 9
non omnes ex natione Hebraica concurrerunt ad mortem domini noſtri Ieſu Chriſti, ut intendit probare *Bar.dicto voto* 93. *n.* 148. *ex illo Lucæ cap.*23.ibi: *ſequabatur autem illum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum*, & ex illo ejuſdem *Lucæ cap.* 23. *vox* 48. ibi: *& omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant percutientes pec-
tora ſua revertebantur*; & ex alijs 1
locis, quibus probari intendit, quod judæi omnes, qui Chriſti domini morti conceſſerunt una cum ſuis miſere perierunt in obſidione Hyeroſolimitana; ut docet ex pluribus *numer.* 144. ergo ſaltem non omnes à judaiſmo converſi arcendi ſunt à munere judicandi.

11 Pro-

11 Probatur nono: quia; &
10 ſi omnes judæi in mortem domini, vel per operam, vel per conſenſum, vel per ratificationem deliquiſſent; infamia tamen hujuſmodi attrociſſimi delicti, & pæna ultra nepotes non extenditur, *ex l. quiſquis cod. ad l. Iuliam majeſtatis*, *Ord. lib.* 5. *tit.* 6. §. 13. ergo ſaltem pronepotes, & cæteri excludendi non ſunt à publicis muneribus.

12 Probatur decimo: quia
11 infamia purgatur, & tollitur per actus poſitivos denotantes chriſtianitatem, & ſanam doctrinam, *ex cap. laici* 6. *diſtinct.* 33. *ibi noſter Cunha a nu.* 1. *uſque ad* 4. *Barboſ. dicto voto* 93. *num.* 96. *&* 97. referens alios, & plura jura conducibilia: ergo hi, qui per actus poſitivos purgant infamiam, & malam ſuſpicionem non ſunt à muneribus publicis repellendi.

13 Probatur undecimo: quia iniquum, & contra juris regulas,
12 eſt, ut parentum delicta deſcendentibus inocuis noceant, cum pæna ſuos tantùm debeat tenere authores *ex toto tit. cod. ne filius pro patre*, *& cod. ne uxor pro marito*, contra naturalem rationem eſt, quod deſcendentes verè chriſtiani, literis perclari, moribus delucidi, ſcientia clariſſimi, & proprijs virtutibus benemeriti parentum decolorentur oppobrijs, ut diximus in noſtro opere *de munere judicis orphanorum in* 1. *p. rubricæ n.* 58.

14 Probatur duodecimo: 13
qui ex hac ſegregatione, & ſeparatione reſultat, quod multæ familiæ aliàs puræ, ac nobiles infamantur, ut plurimum ex inimicorum fama prolata, & ex chriſtianorum novorum rumore orto: quarè inquit *Barboſ. voto* 93. *num.* 69. alijs relatis nobiliſſimos ac generoſos viros in Hiſpaniâ ſæpè in puritate ſanguinis probanda cavillari. *Eſcobar de puritate* 1. *p. q.* 1. §. 6.

15 Probatur ultimo: quia
noviter converſi non repellun- 14
tur, immò potius admitti debent in regionem ſocietatis *Ieſu*, *Divi Dominici*, *& in alias religiones*, *ut inquit Barb. ſupra a n.* 6.

16 Iſtis fundamentis curſim,
tactis, & alijs Neophitos, ſeu 15
chriſtianos novos non eſſe repellendos à muneribus publicis, docent *Peres in l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *ordinamenti*. *Avendanho*, *de exequendo mandatu lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 20. *Abulenſe in Leviticum cap.* 19. *q.* 32. *Marius Cutellus ad leg. ſicullas cap.* 23. *nu.* 73. *Vciciolo de Neophitis cap.* 6. *a n.* 14. *plures alij*, *quos referunt Oterus de officialibus reipublicæ cap.* 3. *n.* 25. *Barb. lib.* 3. *voto* 93. *a num.* 48. *& de officio*, *& poteſtate Epiſcopi* 1. *p. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *verbo Neophitum a nu.* 17. *Eſcobar de puritate* 1. *p. q.* 2. *n.* 30. *Torrecilla referens alios tom.* 1. *de conſultas*, *& allegatos tract.* 2. *conſ.* 7. *per totam*. *Marques in ſuo governador. Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 3. *omnino videndus*.

17 Negativa verò ſententia
16 probatur primo: quia non tantum ſubditis chriſtianis veteribus injuſtum, & indecorum eſt regi à chriſtianis novis *ex cap. nulla officia 54. deſtinctione cap. cum ſit, cap. penult. de judæis, l. final cod. eodem tit.* ſed & militię chriſtianæ quodam modo contrarium videtur veteranis Chriſti militibus Tyrones hos præferre. *Oterus dicto cap 3. num. 5. Guerreyro in ſpeculo juris pontificij cap. 10. n. 12. ubi plures alios citant noviſſime doctiſſimus Martim de Torrecilla tom. 2. de conſultas apologias, & allegatos tract. 1. a nu. 1. uſque ad 208. Loquendo de Chriſtianis novis noſtri regni.*

18 Secundo probatur: judex inimicus nec à Principe creari po-
17 teſt, ut judicet in cauſis, & litibus eorum, quorum eſt inimicus, ut latè diximus *lib. 1. cap. 1. & cap. 17. & hoc lib. 4. cap. 2. & in pluribus alijs locis*; atqui chriſtiani novi veteranorum inimici de jure præſumuntur, ut docent *Torrecilla ſupra n. 46.* ibi: *porque los dichos ſon inimigos capitales de los chriſtianos, y dezean acabar con ellos. O-*
18 *terus dicto cap. 3. n. 25.* ibi: *Neophiti etenim quodammodo, jure quodam hæreditario a maioribus ſuis derivato, irreconciliabili odio veteranis chriſtianis, & verbis, & factis invidi æmuli, inimici iracundi, & vindices exhibentur. Cujus rei & ſi plura exempla afferre poſſim, de quibus per Fortaliſium fidei. lib. 3. per totum Cardona de expulſatione juſtificabronum ab Hiſpania cap. 48. per totum, illa tantum, quæ vernaculo ſermone adducit Ignatius de Villar in ſua ſilva reſponſorum lib. 12. referam*: hactenus *Oterus* qui procedit referendo aliqua, & plura notabilia exempla, quibus aſſertionẽ ſuam probat *Eſcobar de puritate p. 1. q. 3. Barb. lib. 3, voto 93. n. 76.* ibi: *chriſtiani novi ſunt ſeditioſi nimis inquieti, & paſſim chriſtianos antiquos opprimere nituntur*; & probatur ex illa epiſtola, quam acceperunt chriſtiani novi Hiſpaniæ à judæis conſtantinoplę cum cõſullerent aliarũ provinciarum ſynagogas, quomodo everterent chriſtianorum eccleſias, perſonas, bona; quam refert *ex Didaco Valaſco de defenſione ſtatuti Tollectani cap. 9.* ibi: *dabitis o-* 19
*peram literis, & cum Theologia veſtra ſubvertetis chriſtianorum fidem cum juriſprudentia eos ſpoliabitis, cum Medicina veſtra eos impune occidetis, præterea conſequentes quocunque modo beneficia eccleſiaſtica ſacramentis, eorum abutemini & eccleſias pervertetis; ingreſſi monaſteria pacem, & concordiam perturbabitis. Deniquè artes illas, & officia ſæcularia diſcetis, & occupabitis, quibus chriſtianorum bona devoretis.* Quam epiſtolam refert *Barb. nu. 76.* & Hiſpano ſermone *Villar ſupra & Oterus nu. 25.* & dicit practicari à chriſtianis novis noſtri regni *Vicentius da Coſta Matos in ſuis diſcurſibus adverſus*

*hære-*

*hæreticam perfideam judæorum cap*
15.*folio nobis* 118. & ita approbat
probatque quotidiana experien-
tia: quia hujuſmodi gens nihil co-
20 gitat, nihil aliud putat, quam ut
nos fallat nos irrideat, modiſque
omnibus officiat, & oculis patet,
& ad longum probat *Vicentius da*
*Coſta Matos per totum liberum ſu-*
*pra citatum, noſter Fr. Antonius*
*ab Apræſentatione in ſuis demonſ-*
*trationibus Evangelicis adverſus*
*ignorantias judaicas*: ergo chriſti-
nus novus inter veteranos chriſti-
anos eſſe judex non poteſt, benè
*Torrecilla ſupra à n.*46.

19 Tertio probatur: quia in
21 decorum eſt Regibus tales judi-
ces creare, ut dixit *Oterus dicto*
*cap.*3. Quarè meritò inquit *Eſco-*
*bar de puritate* 1.*p.q.*3.§.2.*nu.* 27.
22 quod injuria Regem proſequitur
patrocinans maculatos hac labe
ad obtinendum officia publica,
quod idem tradit *Bobadilha lib.* 1.
*politicorum cap.*4. *per totum Maſ-*
*trillus de Magiſtratibus lib.* 2. *cap.*
12.*n.*51.*&* 64.*Marques in ſuo gu-*
*bernatore chriſtiano lib.*1.*cap.* 3. §.
*ult. per totum. Ignatius de Villar*
*in ſua ſylva reſponſorum reſponſo*
12.*a n.*38. contra quos invehitur.
*Eſcobar dicta q.*3.*n.*33. per ſequen
23 tia verba ibi: *quoſque apud Hiſpa-*
*nos omnes indelebili infamia notatos*
*& viliſsimæ conditionis effectos ho*
*nore jam inducere, & dignitatibus*
*illuſtrare velint noſtri pietatis ama*
*tores, ſeu ut melius dicam boni com-*
*munis deſtructores*; cujus Authoris
verba an poſſint adaptari magna-
tibus noſtri Regni, & conſiliarijs
ſupremis, non diſputamus, ſed
tantum illos monitos velimus: pri-
mo quod conferens indigno offi-
cium, aut dignitatem mortalitér 24
peccat, & judices tenentur ex of-
ficio inquirere cauſam inhabilita-
tis, & infamiæ ad repellendum e-
um, ut cum multis docet *Eſcobar*
*dicta q.*3.*nu.* 17. Secundo, quod
*Divus Hieronymus in epiſtola ad*
*Oceanum, & Maiolus de perfidia*
*judæorum*, quos refert *Vicentius*
*da Coſta Matos in prologo ad lec-*
*torem tractatu ſupra citato* in hæc
formalia verba prorumpũt: *nolite*
*quæſo illis patrocinari, pecuniam*
*ab ipſis mutuam, nec accipite ab om-*
*ni eorum commercio, & ſocietate*
*tanquam a peſte, & pernicie abſ-*
*tinete.*

20 Quarto probatur: quia ad
munus judicandi debent nobiles 25
eligi, ut latè probavimus *in* 1.*p.*
*rubricæ noſtri operis de munere ju-*
*dicis orphanorum*, & docet in ſpe-
cie, de qua loquitur *Eſcobar de pu*
*ritate q.*3.§.2.*n.*26.*Ord. noſtra lib.*
1.*tit.*1.*in principio & titul.* 55. *in*
*principio, ubi latè Pegas Cabedo*
*deciſ.*2.1.*p.Simanchas de catholicis*
*tit.*47.*n.*89.*Otalora de nobilitate* 2
*p.*3. *principali cap.* 7. *n.* 24. *Oterus*
*dicto cap.*3.

21 At chriſtiani novi ex per- 26
fidis, ac infidelibus judæis origi-
nem ducentes, nobiles non ſunt,
ſed viles, mechanici, & humiles,
quamvis à Regibus ex alia parte

procedant; ut probatur ex comitijs Lamecenſibus, ubi poſtquam Rex noſter Alfonſus primus, & curiales legitimè congregati ſucceſſioni Regni leges dederunt, nobilitati etiam leges condiderunt, cui prima lex in hũc modum lata fuit *in* §.11. ibi; *Omnes de ſemine regis, & de generationibus filiorum, & nepotum ſint nobiliſſimi viri, qui non ſint de mauris, & de infidelibus judæis, ſed Portugallenſes*; & probat latiſſimè *Maldonado in ſylva reſponſorum juris lib.* 1. *reſponſo* 12. *nu.* 36. cujus formalia verba tibi dedimus *de munere judicis orphanorum tract.* 2. *de diviſionibus lib.5.cap.* 19. & alios citavimus *in dicto tract. lib.* 1. *cap.* 3. *& lib.*2.*cap.*1.*& tract.*3.*de obligatione tutorum, & curatorum lib.* 5. *cap.*3. & docet *Eſcobar dicta q.* 3. *& in* §.1.*&* 2. *ejuſdem quæſtionis Oterus, dicto cap.*3.*n.*9. *Carvalho de teſtamentis* 1.*p.a nu.*223.*Portugal de donationibus lib.*1.2.*p. capit.* 11.*a n.*82. *Aquila ad Roxas de incompatibilitate p.*3.*cap.*3. *a nu.*46. *ubi infinitos citat Torrecilla ſupra a n.*49.*latiſsime : ergo,&c.*

22 Quinto probatur: quia chriſtiani novi ex infidelibus judęis originem trahentes ſunt infames, ut ptobat *Oterus dicto n.*9 *Alfonſus de Caſtro de juſta hæreticorum punitione lib.*1.*cap.*7.*Avendanho de exequendo mandato lib.*1. *cap.*19.*n.*20.& omnes proximè citati; atqui infamibus portę dignitatum aperiri non debent, ut probatur *ex l.*1.*cod.de infamibus l. famoſi cod. de dignitatibus lib.* 12. *l. honores* 7.*ff.de Decurionibus l.* 1.*ff. de albo ſcribendo, l. ut graduatum* 11.*l.honor* 14.*ff. de muneribus, & honoribus*: ergo chriſtiani novi judices eſſe nec poſſunt, nec debent *Torrecilla tom.*2.*de conſultas & al legatos tract.*1.*in additione nu.*72. 73.*&* 78.*in ſpecie omnino vidẽdus. Marqueſen el governador chriſtiano lib.* 1. *cap.* 3.*prope finem omnino videndus.*

23 Maior hujus ſylogiſmi, 27
confirmatur, & corroboratur, ex eo quia duplex eſt infamia, ſcilicet juris, & facti. Infamia juris illa dicitur quæ à juris diſpoſitione incurritur, eleganter noſter *Cunha ad tx.in cap.laici* 6.*deſtinct.*33. *num.*2.*Caſtro de juſta hæreticorum punitione lib.*2.*cap.*9. à principio, & in hanc incurrerunt judęi tradentes morti Chriſtum Dominũ, quæ derivata eſt; & tranſmiſſa ab eis ad omnes ſuos deſcendentes. *Maldonado dicto nu.* 36. ibi: *qui à ſanguine judæorum originem trahunt per proditionem contra divi-* 28
*nam majeſtatem commiſſam infecto & maculato, jure nobilitatis guaudere non debent, Chriſtum itaque ſuum, & Regem, ut primates judæorum occiderunt in unum convenerunt.* latè *Vicentius da Coſta Matos in ſuo libro intitulato deſcurſo contra à hæretica perfidia do iudaiſmo cap.*15. quia licet infamia juris non extendatur ultra nepotes cõmitentium crimina læſæ majeſ-

majeſtatis humanæ *ex l. quiſquis §.filij cod.ad legem Iuliam majeſtatis Ord.lib.5.tit.6.§.13.*tamen extenditur ad omnes deſcendentes ab Hebreis *cum longè gravius ſit*
29 *æternam, quam temporalem offendere majeſtatem ex cap. vergentes verſ. cum ſecundum de Hæreticis, Torrecilla ſupra n. 49.*

24 Et etiam ſi demus, prout damus quod hæc infamia juris
30 purgatur per converſionem veram ad noſtram fidem, eos tamen ab infamia facti nemo liberabit, quæ illa cenſetur, quæ ab ipſo actu cauſatur, quoties ex illo apud bonos, & graves viros communitèr opinio hominis læditur, *l.ea quæ 13.cod.ex quibus cauſis infamia, de qua agitur, & intelligitur tx.in cap.licet ex quadam 47.de teſtibus cap.licet 9.de probationibus in quibus locis Barb. & cum alijs Cunha in dicto cap.laici n.2.*

31 25 Nam quis ſit homo, quæ vè mulier, qui vel quæ aut ab Hæbreis ſanguinem non ducat, aut ab illis non ſit emptus, vel empta, apud quem, & apud quam opinio chriſtianorum novorum noſtri Regni; & ferè totius orbis non lædatur, cum eorum converſio ad noſtram ſanctam, & catholicam religionem non ex corde procedat; ſed ex metu illius ſacroſancti, ac omnibus titulis venerandi, colendi, ac favendi tribunalis Sanctæ Inquiſitionis ut dicit *Eſcobar de puritate 1.p. q.2.nu. 33.*ibi; *quoſque olim ob exilij metum nunc vero ob pœnas tremendæ Inquiſitionis vitandas Chriſticolas factos virtutis amore orthodoxam religionem amplexos dicant, & nobis ſocios cum æqualitate tradant:* cum eorum amicitia erga nos chri-
ſtianos veteranos ſimullata ſit, ut 32
nos fallant, nos irrideant, modis que omnibus officiant, ut probatur *ex cap.23.proverbiorum: comede, & bibe dicet tibi, & mens ejus*
*non eſt tecum, & cap.7. Mathei* 33
*Attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos inveſtitu ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces,* & faſſus eſt quidam judæus veteri chriſtiano, cui valde obæratus erat, ut refert *Ignatius de Villar ſupra, & Oterus dicto cap.3.n.6. Vincentius da Coſta ſupra cap.10. fol.63.*ibi: *ſcio nullam gentem, nullam religionem judæos magis odiſſe, quam chriſtianam, quamvis ſimulent amicitiam erga eos, quæ in corde non eſt* de quo infinita extant exempla apud *Vicentium da Coſta apud Maillum de perfidia judeorum, apud Oterum dicto capit.3.* quibus poterimus addere tanta, quæ non caperent magna volumina collecta in diſcurſu decem annorum in quo munus judicis fiſci Sanctæ Inquiſitionis Eborenſis, & Conimbricenſis exercuimus, & exercemus.

26 Fulcitur etiam, ex eo quia 34
tanta eſt infamia facti hujus nationis, ut ad illam vitandam, poſſunt inſtitutores maioratuum apponere clauſulas excludentes ab eorum

eorum ſucceſſione omnes ſangui-
ne Hæbreo maculatos, ut ex mul-
tis probavimus *de munere judicis*
*orphanorũ tract.*1.*lib.*3.*cap.*10.*an.*
58.quibus nunc addimus cũ pluri-
bus *Eſcobar de puritate p.* 1. *q.* 2.
35 *numer.* 58. & parentes exhære-
dare filium aut nepotem, filiam,
aut neptem ducentes chriſtia-
num novum ſeu chriſtianam no-
vam, ſi tales ſint chriſtiani, aut
chriſtianę veteranæ, ut latè pro-
bavimus *de munere judicis orpha-*
*norum tract.*2.*lib.*2.*cap.*1.ad finem
de qua re ſunt videndi *Boſsius de*
*matrimonio cap.*11.*a n.*159.*&* 20.
*Olea in poſterioribus additionibus*
*ad tract.de ceſsione jurium tit.*4. *q.*
8.*Diana reſolut.*343. *tract.*2.*Lara*
*de vita hominis cap.* 30. *a nu.* 121.
*Roxas de incompatibilitate maio-*
*ratùs p.*3.*cap.*1.*nu.* 86. *Aquila ad*
*eundem* 3.*p.cap.*3.*nu.*50. *Barb. ad*
*conſ. Trid. de reformatione matri-*
*mony ſeſſ.*24.*cap.*1.*n.*3. *Sanches de*
*matrim. lib.* 1. *diſp.* 14. *n.*2. ac va-
lent *ſtatuta puritatis, de quo infrà.*
36 27 Tanta enim eſt vis infa-
mię facti, ut perpetua ſit, ut in
ſpecie de qua loquimur docet *Eſ-*
*cobar de puritate q.*2.*n.*34.*gloſſ.&*
*DD. in l.* 1. 2. *&* 3. *cod. ex quibus*
*cauſis infamia irrogetur, & in ſpe-*
*cie Rodrigues tom.*1.*regularum, q.*
14. *art.* 3. quibus convenit dicte-
rium placiti *hominũ immortalis eſt*
*infamia, etiam tunc vivit, cum e-*
*am credis mortuam, & probatur*
*ex l.palam* 42.*ff.de ritu nuptiarum:*
ergo ſaltem ex infamia facti ſunt

repellendi chriſtiani novi à mu-
neribus publicis, cum macula
Moiſaica, ſeu Mahometana con-
ſideretur velut quædam nota in-
famię; qua deſcendentes apud
omnes notantur, & denigrantur,
ut latè probat *Eſcobar de puritate*
1.*p.q.*1.§.4.*n.*31.*& q.* 4. §. 1. *per*
*totum.*
28 Sexto probatur: quia in
noſtra materia recuſationum cer- 37
tiſſima, eſt regula, quod cauſa,
quæ removet teſtem à teſtifican-
do, legitima eſt ad judicem recu-
ſandum, & quod cauſa, quæ ſuf-
ficit ad allegandum ſuſpectum te-
ſtem, multo magis ſufficit ad al-
legandum ſuſpectum judicem, ut
docet cum communi calculo DD
*Gaſinus de defenſ.reorum defenſ.*1.
*cap.*21.*n.*2. *Maſcardus cõcluſ.*953
*n.*18. & nos jam diximus, & dice-
mus, Deó dante; ſed ad redden-
dum ſuſpectum dictum alicujus
teſtis deponentis contra chriſtia- 38
num veteranum, ſufficit, quod
probetur talem teſtem eſſe chriſ-
tianum novum, ut docet *Oterus*
*de officialibus reipublicæ cap.*3. *n.*5.
*Farinacius de oppoſitione contra te-*
*ſtes q.*56.*a n.* 205. *Salzedo in prac-*
*tica criminali cap.*23.*n.* 5. ergo ſal-
tem judex Neophitus recuſari po
teſt.
29 Septimo probatur: quia 39
in Neophitis deficiunt omnes qua
litates, quæ à jure, ad rectè gu-
bernandum regulariter requirun-
tur; nam primo deficit ſapientia;
quia Neophiti, & eorum paren-
tes

40 tes abſque ea utique fuerunt, & ſunt, ut probatur 32. *Deutoronomij*; ibi: *gens abſque conſilio & ſine prudentia*; & ibi *generatio prava, & & perverſa popule ſtulte, & incipiens Oterus dicto cap. 3. n. 13. & nos de munere judicis orphanorum tract. 1. lib. 1. cap. 9. Ignatius de Villar Maldonado in ſylva reſponſorum juris lib. 1. reſponſo 12.*

30 Rurſus deficit in chriſti-
41 anis novis à judæis deſcẽdentibus requiſitum integritatis, & pecuniarum odium, quia ut plurimum omne venale habent, avari, alienorum bonorum cupidi, continui uſurarij ſunt, ut notũ eſt, & in eis adnotavit Divus Paulus ad *Thimoteũ cap. 1. ſunt enim multi etiam inobedientes vani loqui & ſeductores; maximè, qui de circunciſione ſunt: quos oportet redargui, qui univerſas domus ſubvertant, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Sunt ſeditioſi, doloſi, inſolentes, audaces, procaces, litium excitores, verſuti rixoſi, cavilloſi, inquieti, & ad omne opus bonum reprobi, ut his verbis docet *Maldonado ſuprà num. 37. §. ſunt enim latè Eſcobar de puritate 1. p. q. 1. §. 4. anu. 6.* & docet Divus Paulus ad *Thimoteum cap. 3.* ibi: *erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blasfemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, incontinentes, criminatores ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, & hos devita, ex his enim ſunt, qui penetrãt domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes.* Cujus exempla videbis apud *Vicentium da Coſta Matos no ſeu deſcurſo contra a heretica perfidia do judaiſmo, & apud Ioannem Baptiſtam de Eſte ejuſdem nationis in ſuo libro, cui titulum impoſuit Dialogo entre diſcipulo, & Meſtre Cathechiſante*, & apud *fratrem Franciſcum ab Apræſentatione in ſuo libro, cui titulum dedit demonſtrationes Evangelicas, & deſterro de ignorantias judaicas, & apud Damianum de Goes in Choronica noſtri Regis Emmanuelis cap. 102. & 103. & apud Socoppana na ſua Medicina Eſpanhola*, & apud citatos, & citandos, ubi tot teſtimonia, tot que exempla execranda invenies, ut ſtupefacies, & ſi hos videre non vis, lege ſacram paginam in Deutoronomio *cap. 32. verſ. 20. verſ. 9. & 5. & pſalm. 35.*

31 Sunt igitur tales, ut ſi po- 42
teſtas imperandi eis data eſſet, vix eis poſſet reſiſti, ut ait *Maldonado ſupra dicto n. 37. & probat ex cap. 6.* Eſther ibi; *ſi de ſemine judæorum eſt Mardocheus ante quem cadere cæpiſti, non poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpe-*

*ctu ejus* Egregie *Marques en el Go
vernador Chriſtiano lib.1.cap.3.ad
finem omnino videndus.* O bone
Deus: quid nos cenſimus, quid
cognovimus; quid experti ſumus
de generatione hac per totum
hoc tempus quo munus judicis
fiſcalis exercuimus eſt explica-
tione difficile. Verè hi ſunt viri,
qui cogitant iniquitatem, & trac-
tant conſilium peſſimum in Reg-
no iſto; qui devorant plebem chri
ſtianam, ſicùt eſcam panis, &
quibus datum eſt nocere mari, &
terræ, de quibus *Ezech.cap.2. &
Divus Ioannes Apocal. cap. 7.* in
quibus nulla tam firma amicitia eſ
43 ſe poteſt, quam ut plurimũ, vel ob
ollo, vel teruntio non violent, ut
his verbis, & ſanguineis lacrimis
plorat *Oterus dicto cap.3. n.11. in
fine.*

32 Deinde deficit gratitudo, u-
44 tique omni tempore ingratiſsimi
fuerunt, quo enim amplius Deus
beneficijs, & favoribus judæos af-
ficiebat, eo amplius eorum ingra-
titudo creſcebat, & petulantia, ut
conſtat *ex cap. 32. Deuthoronomij*
ibi: *incraſſatus eſt dilectus, & recal
citravit: incraſſatus impinguatus,
dillatatus dereliquit Deum factorẽ
ſuum, & receſsit à Deo ſalutari ſuo*
& in principio capitis: *Generatio
prava atque perverſa*. Et Oſeæ *cap*
2. ibi: *dedi ei frumentum, & vinum
& oleum, & argentum multiplica-
vi ei, & aurum quâ fecerunt Balaal
& inferius cap.13. adimpleti ſunt,
& levaverunt cor ſuum. Oterus di*
*cto cap.3. n.12. Eſcobar dicto* §.4.
*n.20. Maldonado ſuprà. Vicentius
da Coſta ſupra cap.17.* & probatur
etiam *ex cap. 13. & 14. Exo-
di*: ergo ex omnibus capitibus
ſunt repellendi à muneribus pu-
blicis.

33 Octavo probatur: quia ad rē-
publicam gerendam ſunt eligendi 45
illi, à quibus ipſæ reipublicæ ſe-
quantur commoda, & non incom-
moda, ut latè docet *Simanchas de
republica lib.9.cap.9.* ſed ex electio
ne chriſtianorum novorum reipu-
blicæ nulla ſequuntur commoda,
ſed infinita incommoda, ut nos do
cent *Valdes de dignitate Regũ cap.
19. n.67. frater Alfonſus de Eſpina
in fortalitio fidei Ludovicus Vrvius* 46
*in flagelo judæorum. Lara de univer
ſarijs lib.2.cap.4.nu.* 132. *Valerius
de differentijs utriuſque fori, verbo
genus differentia unica. Bobadilha
lib.1.politicorum cap.4. nu. 25.* ibi:
*porque eſtos tales ſe tiene por experi-
encia, que ſon ſediſioſos, codiſioſos,
ambicioſos, & em conſequentia de-
ſto, mui pernicioſos pera las commu-
nidades, & officios publicos, como lo
refieren muchos* [que cita à mar-
gem] *Eſcobar dicto* §.4. *n.7.* ergo
à muneribus publicis ſunt omnino
repellendi: *Marques en el Gover-
nador Chriſtiano lib.1.cap.3. prope
finem videndus.*

34 Nono probatur: quia ad
ſplendorem Regni, bonique re- 47
giminis reipublicę ad munera
publica, clariores ſanguine, &
nobiliores eligi debent, ut pro-

bavimus

bavimus ſuprà §. 20. atqui Hæbrei Agareni, & eorum deſcendentes apud omnes ſunt habiti infames abjecti, irriſi, opreſſi, & viliſsimæ conditionis, ut docent *Simanchas de catholicis inſtitutionibus tit. 35. num. 5. Eſcobar de puritate 1. p. q. 1. num. 25.* Factique abominabiles in conſpectu Dei, & hominum *Azevedus in l. 2. num. 38. tit. 2. lib. 8. novæ recopilationis. Eſcobar dicto num. 25.* & quod viles exiſtant in vulgi ſaltem opinione aſſerunt *Caſtro de juſta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 7. Eſcobar dicto num. 25. Avendanho de exequendo mandato lib. 1. cap. 19. num. 20. Maldonado ſuprà dicto reſponſo 12. num. 35. Fontanella de pactis nuptialibus clauſula 5. gloſſ. 1. p. 1. à num. 103.* Vndè rectè voluit *Barth. in l. omnes Cod. de Decurionibus lib. 10. Romanus ſign. 107. Azeved. in Curia Piſana 2. p. cap. 12. num. 23. Maſtrillus lib. 2. de Magiſtratibus cap. 12. num. 50. 51. & 64.* quòd deſcendentes ex judeis jure com-
48 muni attento, non poſſunt habere officia publica: ergo ad munera publica non ſunt eligendi maximè ad munera conſilij regis, quia ſecundum Lampridium Alexandrinum: *melior reipublicæ, & prope tutior, in qua Princeps malus eſt ea in qua ſunt Principis amici mali*
49 *ſiquidem unus malus à pluribus bonis corrigi, multi autem mali non poſſunt ab uno, quamvis bono una ratione ſuperari.*

35 His, & alijs fundamentis
hanc partem tuemur *Gratia de no* 50
*bilitate gloſſ. 8. Guterres practicarum lib. 3. q. 14. Rodrigues tom. 1. regulariũ Lara anniverſarijs lib. 2. cap. 4. Amaja lib. 2. obſ. cap. 6. Valenſuella conſ. 90. 91. & 92. Caſtilho lib. 5. controverſ. cap. 123. num. 17. Covas in clementina ſi furioſus 1. p. §. 2. num. 7. Roxas ſingulari 104. Maldonado dicto reſponſo 12. Salcedo in practica criminali cap. 23. num. 18. Otalera de nobilitate 3. p. principali p. 2. cap. 7. à n. 24. Cabedo 2. p. deciſ. 73. Meres de maioratu 1. p. q. 1. n. 48. Simanchas de Catholicis tit. 46. cũ infinitis Eſcobar de puritate q. 2. n. 29. & alij, quos refert Barb. lib. 3. voto 93. n. 75 Solorſanus de jure Indiarum tom. 2 lib. 2. cap. 19. à n. 4. Salcedo de lege politica lib. 1. cap. 5. à n. 5. Medina 1. p. q. 105. art. 2. Vicentius da Coſta Matos in libro cujus titulus eſt Diſcurſo contra a heretica perfidia do judaiſmo cap. 15. pag. nobis 116. verſ. ibi: juſtiſsimamente excluem tambem neſte Reino, & nos de Caſtella dos cargos da fazenda, & geralmente de todos os da republica; aſsim crimes, como civeis das Rellaçois, & Dezembargo do Paço, pera os quais officios ſe devem eſcolher os de ſangue limpo que chamão chriſtãos velhos, como o juris conſultos diſpoem, & por vẽtura de enfraquecer eſte rigor vejamos os trabalhos preſentes, periga a juſtiça, a verdade ſobraſſada, &c. Torrecilla tom. 2. de conſultas & allegatos, & quæſtio-*

*nes tract.1.& in additione nu.72.*
*fol. mihi* 114. *Pegas ad Ord. lib.*
1.*tit*.35.§.18.*litera C.a n*.120. &
14.*Ord.lib.1.tit*.96.§.3.*gloſ*.5.*n*.6

36 Plures DD. mediam vi-
51 am ſequentes, has contrarias o-
piniones conciliare intendunt,
deſtinguendo inter Neophitos
propriè, & ſtrictè ſumptos, & re-
center, ac nuper ad noſtram ca-
tholicam fidem converſos, & in-
ter Neophitos jam diu, & ultra
ſpatium trium annorum ad noſtrã
fidem converſos, vel quorum pa-
rentes, & avi jam ad noſtram fi-
dem converſi fuerunt, & per ac-
tus poſitivos veros eſſe chriſtia-
nos demonſtratur; ita ut quo ad
primos vera ſit ſententia, quæ il-
los à muneribus publicis excludit;
at verò quo ad ſecundos veriſſima
ſit ſententia admittens illos ad om
52 nia publica munera, & hanc diſ-
tinctionem ſequuntur *Oterus de*
*officialibus reipublicæ cap*.3. *nu*. 25.
& 26. *Maldonado in ſylva reſ-*
*ponſorum lib*.1. *reſponſ*. 12. *nu*. 38.
*Barb.lib*.3.*voto* 93.*n*. 79. qui alios
citant, & probant primo; quia
verbum Neophitus non verifica-
tur niſi in converſo de recenti, ut
53 latè probat *Guerreyro in ſpeculo ju*
*ris pontificij cap*.10.*Eſcobar de pu-*
*ritate q*.4.§.2. *n*. 48. ubi alios ci-
tat, *noviſſimè Torrecilla tom*. 1. *de*
*conſultas*, & *allegatos tract*. 2.
*conſ.7.per totam*: quarè in noſtro
Regno prohibitum eſt ſub pæna
quadraginta aureorum vocare ali-
quem Neophitum, ſeu chriſtia-
num novum, ut patet ex lege,
quam tradit *Peg.ad Ord.lib.1.tit.*
65.§.25.*n*.45. Secundo probant
quia tota ratio cur excluduntur
Neophiti à muneribus publicis,
eſt mala ſuſpicio, quę contra eos
oritur ex antè acta vita, vel ſua, vel
ſuorum parentum, quæ ſuſpicio
purgatur ex actis chriſtianitatis
poſitivis in contrarium factis, ut
ex pluribus docet *Barb.dicto voto*
93.*a n*.8. & *cum pluribus ſequenti-*
*bus*, & *de poteſtate Epiſcopi p*. 1.
*tit*.2.*gloſſ*.17. *n*. 24. & hàc diſtin-
ctione conciliant DD. Hiſpaniæ
*tx. illorum in l*. 6. *tit*. 24. *partita* 7.
*quæ Neophitos ad munera publica*
*admittit cum l*.3.*tit*. 3. *lib*. 8. *novæ*
*recopilationis*, *ut videre eſt apud*
*Oterum ſupra nu*.25. & 26. *Mal-*
*donado n*.38. *Barb.a dicto num*.81.

37 Quid quid ſit de hac quę
ſtione, & deſtinctione, attento 54
jure communi, aut Hiſpano, de
jure noſtro Luſitano, certiſſimum
eſt, quod chriſtiani novi ſivè à
perfidis judæis, ſivè à barbaris
Mauris procedant juxta leges, de-
creta, & diplomata regia ad mu-
nera publica, quęcunque illa ſint,
ſive maiora, ſivè media, ſivè infi-
ma, eligi non poſſunt; *diximus lib*
2.*cap*.19. *a nu*. 14. quarum legum
diſpoſitio confirmata fuit in co-
mitijs celebratis vigeſimo octavo
Ianuarij anno domini 1641. in qui
bus fuit patriæ meæ oppidi de Ou
rique procurator avus meus *An-*
*dreas Guerreyro Camacho*, ut ex
Cathalogo procuratorum patet,
&

& in quibus à populorum procu-
ratoribus poſtulatum fuit, quod
conſtat *ex cap. 4. capitulorum po-
pulorum* ibi: *Que por credito, &
limpeza do ſangue, & geraçam das
familias illuſtres deſte Reyno, ſe fa-
ça ley, que todo o fidalgo, ou peſſoa
de qualquer qualidade, que ſeja ſen
do chriſtam velho, aſſim homens, co-
mo mulheres, nam caſem com peſſo-
as de naçam de chriſtãos novos, &
caſando com os tais, fiquem os ditos
chriſtãos velhos, & ſeus deſcenden
tes inhabeis pera poderem ter hon-
ras, officios, ou cargos publicos, nem
da governança, & que ſeus pays,
& avos os poſſam desherdar livre-
mente*; cui poſtulationi fuit à Rege
noſtro Ioanne quarto datum ſe-
quens reſponſum ibi: *terei muito
preſente o que me repreſentais neſte
capitulo, & avendo nelle que pro-
ver em mais do que eſtá diſpoſto pel-
las leys antigas, que vem a ſer qua-
ſi o meſmo, o mandarei executar*. O
bone Deus; quæ melior poſtula-
tio, quod melius reſponſum, ſed
quę peior executio ea, quam vi-
demus in hoc Regno, non culpa
noſtrorum chriſtianiſſimorum Re
gum, qui rectè conſulunt, provi-
dentque nobis, ſed eorum miniſ-
trorum, maximè illorum, quibus
committitur inquiſitio de purita-
55 te illorum, qui ad munera publi-
ca ſubire intendunt: nam iſti ſæ-
pè vel potentum precibus, vel à
chriſtianis novis empti, vel alijs
tẽporalibus reſpectibus veſtiti ſi-
ne timore Dei, has inquiſitiones,
non pro ut debebant, ſed pro ut ſi-
bi convenit, deducunt, non at-
tendentes quod non ſervantes ſu-
perioris mandatũ mortalitèr pec-
cant *ex cap. 1. de conſtitutionibus* 56
*cap. fin. eodem tit. in 6. cap. qui reſiſ-
tit 11. q. 3. Eſcobar de puritate q. 2.
n. 16. Valenſuela conſ. 34. num. 123*.
nos reſpicientes, quod commiſſa- 57
rius informans omni cura tenetur
inquirere veritatem, alias ex cul-
pa tenetur etiam in foro animæ,
*ex Eſcobar ſuprà n. 18. ex l. ſi procu-
ratorem 8. §. fin. ff. mandati l. 1. ff.
de tutellæ rationibus diſtrahendis, l.
contractus 23. ff. de regulis juris, l.
procurator 11. cod. mandati, l. cum
interdicta 6. l. quidquid 7. cod. Ar-
bitriũ tutelæ*, ſine honore & vericũ
dia nõ cõſiderãtes, quod illas cũm 58
dolo ducẽtes infames manẽt, quia
in jure dolus infamat *ex l. 1. Cod.
de his qui notantur infamia, & tra
dit Eſcobar dicta q. 2. n. 18. & q. 6.
§. 1. a n. 20. & §. 5. per totum*; ſine
zello, & amore patriæ, non ad-
vertentes quod proditores ſunt pa
triæ qui patriam, & patricios ini-
micis tradunt, & qui in damnum
aliquid moliuntur publicum.

38 Neſcimus an quærela *Eſ-
cobaris de puritate 1. p. q. 2. nu. 31*.
adaptari poſſit ſępiſſimè moribus 59
noſtris, ſed tu judica, & lege ibi:
*Heu pro dolor humanæ fragilitatis?
Quæ his noſtris calamitoſis tempo-
ribus nihil eſt tam ſanctum, quod in
tactum relinquat, nec ita purum,
quod maculare non intendat, nec
utile, quòd damni iniſtio lucro tepi-*

*de, actu verſute damnare, non audeat, nec longa utilitatis experientia ſufficit, neç communitatum tranquilitati attenditur, nec commune totius Regni bonum, prout jus eſt præfertur, ſed cujuſque vana ſophiſticandi curioſitas, ſuique, & ſuorum commoditas, & deſideriũ, quo chriſtianam rempublicam perturbare intendunt, & puros, & maculatos cum publica pernicie miſcere, & contra antiquorum juris conſultorum aſſenſum, ut in l. 1. §. ſed, & ſi ſervus 13. ff. de ventre inſpiciendo, l. 9. cod. de quæſtionib. & contra noſtras plures Hiſpanicas conſtitutiones, quas cum alijs plures refert, & exornat Palaes Meres de maioratu 1.p.q. 51.n. 5. per totum & n.29. & 30. & quod antiquiſsimas, & implacabiles utriuſque populi judaici, videlicet, & gentilici inimicitias, in eorum poſteros uſque translatas, ut teſtatur Ignatius del Villar in dicto reſponſo 12. n. 47. nunc facile ſedari conentur, & audaciter aſſerant & quos noſtris his temporibus cum tot inſidijs, machinationibus proditionibusque involuto inſpicimus, fideles parcos, & pacis amatores ſuadere non facilè proſlagitent? Quodque & natura ipſa innatam cordium duritiem, & perpetuæ duræ cervicis progenies ſine termino traditam exodi cap. 32,9. & cap. 33. verſ. 3. & 5. Deutoron. cap. 9. verſ. 6. nunc lenem & placabilem ſociam nobis tradere, & ſuadere audeant? & quam ſine termino indies auctã in deſcendentibus poſt plures gradus experimur pluries, ſciſſam & multilatam poſt tantum quatuor gradus ſophiſtæ noſtri callidè aſſerere nõ ſinant.* Hactenus Eſcobar.

39 Sciant igitur hujuſmodi
[ ſi aliqui ſunt ] ſub titulo pietatis 60
patriæ, ac Regni noſtri honoris impij proditores, toto cælo aberrare, ſi putant noſtri Regni leges chriſtianos novos à muneribus arcentes, intelligendas eſſe de noviter converſis; quia tam jure communi attento juxta ſecundam opinionem ſuprà plenius fundatam, quam inſpecto noſtro Luſitano ju-
re appellatione Neophitorum, 61
ſeu chriſtianorum novorum, non venire tantum eos, qui noviter converſi ſunt, ſed eos comprehendere, qui à judæis antiquam originem trahunt, ſecundum uſum totius Hiſpaniæ, ut tradunt *Eſcobar de puritate q.9.§.2.n.48. Maldonado in ſylva reſponſorum juris lib.1.reſpon.12.nu. 42. Fontanella de pactis nupt.clauſul.5.gloſſ.1.nu.* 103.& ſecundum hunc uſum loquendi accipiendi ſunt leges, & diſpoſitiones teſtatoris, quia re-
gulare eſt, quod verba ſecundum 62
communem uſum loquendi ſunt accipiẽda. *Eſcobar ſuprà q. 4. Guterres lib.3.practicarum q.16.n.49. Covas 3.variar.cap.5.n.5. Salgado de protectione 4.p.cap.12.a n. 17 & cap.9.a n.* 20. videant [ quæſiſimus ) *Torrecilla dicto tract. 1. per totum*, & erubeſcent, ſi honorem habeant.

40 Prę-

40 Præterea ſcire debent ſe
63 non teneri eſſe magis pij quam
omnes Religiones noſtri Regni,
viris religioſiſſimis, doctiſſimis,
miræ bonitatis plenæ, quam
omnes Archiepiſcopi, & Epiſ-
copi noſtri Regni, & ſedes Ca-
thedrales, ac ordines militarès; à
quibus non recipitur chriſtianus
novus, quamvis originem anti-
quam à Mauris, aut Hæbreis du-
cat, in monachum, clericum, aut
equitem; ſeu militem; & ſi contra
rium aliquando fit, quod rariſſimè
accidit, parvi penduntur, & repu-
tantur, ut teſtes ſumus omnes; &
docet *Vicentius da Coſta, & Ma-
tos, no diſcurſo contra à heretica per
fidia do judaiſmo cap. 15. per totum*
ubi tradit chriſtianos novos noſtri
Regni excludi ab clericatu, ab or-
dinibus militaribus; ab omnibus
religionibus, à collegijs Conim-
bricenſibus, & Eborenſibus, à
confraternitatibus Miſericordiæ
ab omnibus præbendis; dignita-
tibus eccleſiarum tam cathedra-
lium, quam cęterarum; per ſtatu-
ta particularia; & ſi eccleſiaſtici,
qui ratione ſuorum ſtatuum ad pi-
etatem, arctiùs ligantur, & ad cha
ritatem arctiùs adſtringuntur juſtis
& ſanctiſſimis rationibus illos ex-
cludunt; quomodo nos ſæculares
ex pietate eos admittere tenea-
mur: *Themudo 2. p. decis. 205.*
64 41 Rurſus advertere debent
quod ex incluſione chriſtianorum
novorum excluduntur chriſtiani
veterani, ad quorum damnum ex
tali incluſione reſultans, & inte-
reſſe admittentes tenentur; ut *di-
ximus ſupra* §. 36. nec non ad om-
ne, quod ex tali incluſione parti-
bus reſultaret, ut diximus *de mu-
nere judicis orphanorum in 1. p. ru-
bricæ ad finem.*
42 Vlterius ponderare de- 65
bent, quod ex incluſione unius
aliorum ſequitur incluſio, quia in
cluſus ad cæteros alios ſibi ſangui- 66
ne ſimiles includendos, totis viri-
bus pugnabit, & pro excluſione
chriſtianorum veterum fortitèr,
ac tenacius demicabit; quod ul-
tra quàm quod abſurdum eſt, &
chriſtianis veteranis injurioſum,
dedecus regni eſt: nam ſi ex-
teri ex eo ſolum quod chriſtianos,
novos in Regno noſtro accipimus
nos vocant judæos, ut tradit *Vi-
centius da Coſta ſupra cap. 22.* à
fortiori nos judæos appellabunt, ſi
chriſtiani novi imperent nobis.
Bono publico intereſt bonos, pu-
ros, nobileſque habere, & nihil 67
Regiæ majeſtati, tam regale, tam
excellentius, tam utilius, quam
nobiles, puros habere vaſſallos; &
ne ſordidæ ſtirpes nobilibus miſ-
ceantur, ut probatur, *ex l. 1. § ſed
& ſi ſervus ff. de ventre inſpicien-
do* ibi: *publicè enim intereſt partus* 68
*non ſubjici, ut ordinum dignitas fa-
miliarum quæ ſalva ſit. l. ſuper ſtatu
9. Cod. de Quæſtionibus*, ibi: *ne a-
lienæ forte ſordidæ ſtirpes ſpendi-
dis, & ingenuis natalibus audeant
ſubrogari. Meres de maioratu 1. p.
q. 5 t. num. 29. & 30. Eſcobar de pu-*
*ritate*

*puritate q.3.§.2.n.2. & nos diximus de munere judicis orphanorum tract.2. de diviſionibus lib.6.cap.7. cum multis*; & nobilitas perit ex miſtione impurorum *Eſcobar ſuprà dicto n.2.*

69 43 Denique ignorare non debent, quod chriſtianorum novorum pecunia nemini profuit, & omnibus ſemper nocuit, ut refert noſter *Faria na ſua Europa Portugueza tom.3.p.1.cap.1.n.30.* ibi: *aſta que lo mancho todo el de los chriſtianos nuevos aquien ſe cõcedio perdon general por cierta quantidade, que offereceron viendo a El-Rey neceſſitado que ſobre la neceſſidad de los Catholicos ſiempre hizo ſus lances la heregia, & nunca medraron ellos, con lo que llebaron por ella. Bolvalos ojos atras el juizo libre verà que nunca ſe logro menos, que dezeſtradamente todo el ſocorro de aquella nacion obſtinada. Vicentius da Coſta Matos no deſcurſo cõtra a heretica perfidia do judaiſmo cap.9. fol.52.verſ.& 53.& verſ.* ibi: *foi tam manifeſtamente caſtigada: pois Clemente ſeptimo, que mais os favoreceo, com quem ouve tantas diligencias por parte deſta Coroa, vio a ſua aſſolada, & deſtrobida, & ibi bem ſe vio iſto nos Miniſtros, que em Caſtella concorreram pera o perdam geral.* Vbi proſequitur referendo plura exempla ſuplitij, quo fuerunt à Deo puniti favendes chriſtianis novis ad veniam ſuorum delictorum ob pecuniam, & *cap.19.ad finem fol.145*: loquendo de chriſtianis novis profert ſequẽtia verba ibi: *Cujo trato otem no eſtado preſente, que ſejam ſenhores da juſtiça, & da liberdade dos Meniſtros della comprando-os com traças, & ſagacidades pera o bom juceſſo daquelles, contra quem ſe executa, que certo, que o que ſe vè, & he publico neſte negocio, nam tem alguma melhoria, & os Meniſtros, que o intento dos Reys pôs pera a verdadeira adminiſtraçam da juſtiça, nam acodem por ſua honra como he juſto, & devem deſempenhãdoſse com os fieis, no que vem por parte de ſua reputaçam; nam duvido, que mais a elles, que aos meſmos judeos ſe lhe de a culpa dos caſtigos continuos, que nos oprimem, pois ſendo obrigados à deſterrar amiſades, que os infamam, deſacreditam, & apartam da ſua obrigaçam verdadeira, antes as precuram, & ſe empenham nellas de modo, que as vezes lhe buſcam pera valias peſſoas, que fora melhor nam* 70
*ſerem conhecidas no mundo quanto mais reſpeitadas, com as quais os outros glorioſos nem temem intẽtar grandes crimes. &c.*

44 Retenta igitur ex his omnibus, & alijs ex conſulto omiſſis, 71
ſententia, de qua attento jure cõmuni erat quæſtio & deciſionibus de quibus atento noſtro jure non eſt dubium, nempè quod deſcendentes à Mauris, ſeu à perfidis judæis non ſunt admitendi ad munera publica; etiam infima, reſtat reſpondere ad fundamenta in contrarium

trarium conſiderata, & in quâcunque reſponſione novum dabimus fundamentum ad talem excluſionem.

45 Ad primum in contrari-
72 um adductum §. 3. Reſpondemus veriſſimum eſſe, quando pravi mores non ſint cauſæ acceptionis perſonarum, ſecus autem, quando pravi, ac deteſtabiles ſint mores aliquarum perſonarum, ſeu nationis, quia tunc benè fieri poteſt acceptio perſonarum, ſtante præcepto Dei, & ſine peccato adverſus præceptum divi-
73 num, dummodo odium perſonarum abſit; ſed tantum fiat ob odium vitiorum in ordinē ad pu-
74 blicam utilitatem primario, licet ſecundario talis acceptio odium pravi moris privati contineat. *Eſcobar de puritate* 1. *p. q.* 3. §. 2. *num.* 51. *&* 52. *&* 2. *p. q.* 7. *anu.* 9. Vnde cum chriſtianorum novorum, mores ſint peſſimi, ut dictis patet, & ex dicendis patebit, rectè ſine peccatò, fit eorum acceptio.

75 46 Vltra jam dicta circa pravos mores chriſtianorum novorum oſtenditur primo in genere, eſſe moribus de pravatos peſſimos, & peſtilentes, ex eo quia generatio Neophitorum reſpectu nequitiæ nulli hominum generi comparari poteſt: ex teſtimonio *Chriſti Domini*, ut conſtat *ex cap.* 7. *Lucæ* ibi: *Cui ergo ſimiles dicam homines generationis hujus*, *& cap.* 11. ibi *generatio hæc*, *generatio nequam eſt. Maldonado in ſylva reſponſorum lib.* 1. *reſponſo* 12. *num.* 52. *ex pſalmo* 37. *Pſalmo* 101. *Math. cap.* 15. *Marci cap.* 7. *pſalm.* 61. & dum lex Moſaica erat ſalutaris eam rejiciebant idololatrantes, poſtquam verò per legem gratiæ abrogata eſt, ab illa ſeparari nequeunt proteſtantes pluſquam novercalem inimicitiam cum chriſtianis veteranis, ut jam diximus, & probat *Maldonado ſupra numer.* 32.
*&* 51. quarè cum eorum mores, 76
ac perfidiam, & ingratitudinem ferre nõ valuiſsēt Africani eos ab Africa expulſarũt, anno 636. Rege Dogaberto, anno 1122. Rege Ben themara, Galli anno 1180. Rege Philipo 2. Hiſpani anno 1492. Rege Ferdinando, Luſitani anno 1500. Rege noſtro Emmanuele, Romani, Imperatore Tiberio, & Claudio, Germani, Imperatoribus Henriquo, & Federico, ut teſtantur *frater Franciſcus ab Apræſentatione nas ſuas demõſtraçóes Evangelicas*, *&* *deſterro de ignorancias judaicas fortalitium fidei lib.* 3. *Angli ex Vicentio da Coſta cap.* 11. & in alijs regionibus, & regnis jugalati fuerũt, ut narrãt ſupra dicti *Torrecilla tom.* 2. *de conſultas tract.* 1. *ad finem.*

47 Oſtenditur ſecundo: chriſtiani novi, maximè illi, qui à perfidis judæis originem trahunt, ut plurimũ ſunt chriſtiani ore tenus, judæi in corde, quia eorũ cõverſio non fuit à principio ſpontanea, 77

ſed coacta metu exilij, & expul-
ſationis, quam adverſus non reci-
pientes, Baptiſmum decreverunt
Reges Ferdinandus, & Emma-
78 nuel, ut ex eorum chronicis
conſtat, & probavimus ſuprà §.
24. poſteà verò metu ſupplitij,
ut etiam diximus *dicto* §. 24. &
comprobatur ex duobus ſequen-
tibus exemplis, quæ refert *Vi-*
79 *centius da Coſta no deſcurſo contra*
*à heretica perfidia do judaiſmo*
*cap. 11. pagina 74. & 75. ibi: O*
*que vendo o bom Rey, mandou a-*
*pregoar que certo dia, que apra-*
*zou pera o cazo ſe ajuntaſſem to-*
*dos os que havia em Ingallaterra*
*da geraçam Hebrea, aſſim bap-*
*tizados, como por baptizar com*
*pena de morte, que pera iſſo lhes*
*pos, & ali com elles naquella*
*tal parte lhes diſſe que elle eſtava*
*arrependido de os fazer deixar a*
*ſua Ley, porque Deus ſe que-*
*ria ſer ſervido de vontade, por*
*onde entendia lhe vinham todos*
*aquelles damnos, pello que alli*
*lhe mandara erguer dois altares,*
*em hum dos quaes eſtava hum*
*Chriſto crucificado, & no outro*
*huma Biblia, que os que de ſua*
*vontade quizeſſem ſeguir a Ley*
*de Chriſto ſe paſſaſſem pera elle,*
*& os que nam pera a Biblia,*
*& ouvindo iſto dos ſobre-ditos,*
*nem hum sò de tam grande nume-*
*ro ficou, que ſe nam paſſaſſe à*
*Biblia; o que viſto pello dito Rey,*
*& inteirado com o ſucceſſo da*
*verdade revelada ao Santo, man-*
*dou, que hum, & hum vieſſe à*
*tenda aonde eſtava pera lhe da-*
*rem paſſaportes pera as partes,*
*& Cidades de onde vieram, &*
*ali os foy mandando matar a to-*
*dos, ſem deixar couſa viva.* Cui
exemplo ſimile eſt aliud, quod
tradit in dicto cap. 11. folio mihi
81. *Em verdade fulano que eſtou*
*muito ſentido, porque he ſem du-*
*vida que manda ſua Alteza, por*
*lhe conſtar que os judeos mais con-*
*tra ſua vontade, que por ella ſe fi-*
*zeram chriſtãos, que todos os que*
*quizerem tornarſe â Ley de Mou-*
*zes o poſſam fazer livremente con-*
*ſtando da verdade que digo; ao*
*que o Boticario reſpondeo: Logo*
*Senhor El-Rey fas niſſo muito o*
*que deve, & he reſam, porque*
*muitas peſſoas ſe converteram à*
*Fè, & ſe baptiſaram, que ſam*
*hoje tam judeos como antes; &*
*aqui eſtou eu, que ſe for neceſſario*
*darei trinta teſtemunhas, que ſa-*
*bem que tambem fui chriſtam contra*
*minha vontade.* Torrecilla dicto
tract. 1. ad finem.

48 Hoc ipſo ad hominem 80
confirmatur in ſpecie quo ad
chriſtianos novos noſtri Regni,
quia cum notum eſſet noſtro Re-
gi Ioanni tertio, converſos à ju-
daiſmo ad noſtram fidem, ad
primum vomitum reddiſſe à ſum-
mo Pontifice ſacrum tribunal
Sanctæ Inquiſitionis, impetravit,
cui ſacro tribunali fides debetur,
cum ex eorum miniſtrorũ proba-
tiſſimorum diligencia tot fructus
in

in noſtra chriſtiana religione percipiantur, de quorum ſpeciatim laudibus, videndi ſunt *Eſcobar de puritate 1.p.q.2.n.4.q.6.§.6. a nu. 7. Pereyxa de inſtrumentorum edictione tom.2, reſolut.8. à num. 22.* & inter quos primum occupat locum fructus quem religio noſtra capit ex punitione chriſtianorum novorum à judæis deſcendentium, quorum tot in actibus fidei audimus execranda facinora, & delicta contra noſtram fidem, ut ſine temeritate, & periculo temerarij judicij credere poſſimus mores antiquorum Hebręorum ad deſcendentes uſque ad noſtrum tempus eſſe tranſmiſſos, & eorum religionem eſſe ſimulatam, fictam que ob metum ſupplicij eorum converſionem, certamque eſſe illam juris prędſumptionem, & communem DD. traditionem
81 aſſerentem mores parentum cum ſemine tranſire, ut ex multis probavimus *in rubrica noſtri operis de munere judicis orphanorum p. 1.* quibus adde penè infinitos, quos in ſpecie refert, & ſequitur *Eſcobar de puritate q. 3. §. 2. a num. 33. Torrecilla ſuprà.*

82 49 Reductionem chriſtianorum novorum ſæpiſſimè eſſe fictam, ſimulatam que ad evitandum ſupplitium nobis probant tot; qui abjurantes in menſa Sancti Officij ſuos deteſtabiles errores cum magis pænitentiæ ſignis; poſteà in eoſdem errores reincidunt, & capti iterum, & convicti eorum reincidentiam propria confeſſione fatentur; & tot, qui ſimiliter errores ſuos in eodem ſacro tribunali magnis pænitentię, & contritionis, ſeu attritionis ſignis deteſtantes, poſteà tranſeuntes ad Olandiam, ſeu ad alia loca, legem Moſaicam publicè profitentur; tot, qui ob defectum probationis abſoluti ex Sancto Officio exeunt, poſtea adveniente nova probatione capiuntur, & puniuntur, vel tranſeuntes ad aliud Regnum ſe ſe à nativitate, ſeu ab uſu rationis, judæos eſſe publicè gloriantur; tot qui apud nos veram religionem profiteri videntur, & poſteà capti, & convicti, ſæculari curię traduntur, ut veri & formales judæi debito ſupplitio puniantur, quorum quadraginta flammis comburendos in deſcurſu novem annorum traditi nobis ſunt tam in Eborenſi Inquiſitione, quam in hac Conimbricenſi; tot veniæ generales à Summo Pontifice à chriſtianis novis, petitę, & intra ſpatium plus centum annorum tribus vicibus miſericorditer con 83
ceſſæ, ſinè ullo fructu, de quo omnes teſtes ſumus, *& conſiderat Vicentius da Coſta Matos no deſcurſo contra a heretica perfidia do judaiſmo cap. 9. folio mihi 50. verſ. & 51. ibi: como no perdã paſſado de 1605. annos, & nos dous antecedentes de mil, & quinhentos, & trinta, &*

*tres mil, & quinhẽtos, & quarenta & oito experimentaram os meſmos pois todos nam ſervitam de mais, que de mais a ſeu ſalvo judiarem, & eſperandoſe em cada hum que ſe acabaſſe no Reyno a praga do judaiſmo, creſceram de ſecreto, tantos hereges nelle, como cada dia ſe vè, nam ſervindo de nenhuma outra couſa a miſericordia, com que os piadozos Reyes entenderam reduzilos, que de afrontar os vaſſallos ſieis*

50 Oſtenditur tertio: quia totum ſuſpirium, & deſiderium
84 chriſtianorum novorum noſtri Regni deſcendentium ex infidelibus judęis, eſt extinguere ſacrum tribunale fidei, ad quo totis viribus, totis diligentijs, totis medijs nituntur, non parcendo ulli diſ-
85 pendio, utendo ad hunc finem querelis mendatijs, & acuſationibus falſis adverſus miniſterium Sancti Officij, & adverſus ſuos rectiſſimos prudentiſſimos, probatiſſimos, & pijſſimos miniſtros, ut de antiquis temporibus teſtis eſt *Vicentius da Coſta ſuprà cap.* 22.
86 *folio mihi* 167. ibi, *O que por tantos caminhos trataram ſempre deſde a primeira inſtituiçam do Sancto Officio no Reyno, contra cuja pureza deram muitas vezes ſacrilegos capitulos refutando-os diante de ſua Sãtidade com pouco trabalho pella mẽtira delles*, &c. & de noſtris temporibus *Torrecilla tom.* 2. *de conſultas apologias allegatos, & queſtiones tract.* 1. *intutulato apologias em defenſa del ſatro tribunal del Sancto officio a num.* 1. *uſque ad* 208 *& in additamento ad eandem apologiam a n.* 1. *uſque ad* 130. *& en la repueſta hecha a una propoſta hecha a ſua Alteza a n.* 1. *uſque ad ultim*; & teſtes ſumus omnes, in quibus etiam contra miniſterium, miniſtros que Sancti Officij plures acuſationes coram ſummo Pontifice *Innocentio* 11. dederunt; quæ 87
ſicut erant ſacrilegæ, falſæ, nihil eis profuerunt, & mirum non eſt, quod tales arma ſua ſemper contra Eccleſiam evaginent: nam eccleſiæ omnes preſecutiones, & vexationes ab judęis, eorum que deſcendentibus ortæ fuerunt ſecundum *Tertullianum, & Eucumanum, & fratrem Chriſtophorum ex Sancto Chriſto de vera hæreticorum origine agnoſcenda* ibi: *fateor me ſane quorundam hæreticorum originem curioſè inveſtigaſſe quondam in Germania, & ex judaicis parentibus eos fuiſſe progenitos inveniſſe à qua putridiſſima ſtirpe ſuos fædatiſſimos errores facilè haurire potuerunt*; & ex hac ſtirpe fuit ortus maledictus Mafoma, & ultima vexatio eccleſiæ orietur, etiam ex hac generatione; nam ex illa erit Antechriſtus, ut cum *Remigio Hugo, & alijs docet Vicentius da Coſta ſupra cap.* 19. *folio mihi* 139. 88
*& cum communi Theologorum, & juriſtarum ſententia tradit Maldonado in Sylva reſponſorum juris lib.* 1. *reſponſo* 12. *nu.* 53. *ubi infinitos citat.*

51 Succedit ergo legitimè, quòd

quod chriſtiani novi ſunt rei culparum, cujus punitio ad hoc ſacrum tribunale ſpectat, ex communi DD. traditione, quod culpæ reus eſt, qui judicium evitare intendit, ut videre eſt apud *Concilum in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo fuga a reſolutione* 1. *uſque ad* 6. *Farinacius de inditijs, & torturis q.*48.*n.*15. *Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis p.*3.*tit.*10. *a num.*83.

52 Nec hæc acceptio perſonarum in terminis propoſitis vir-
89 tutem charitatis offendit: ſiquidem, charitas non ordinata, charitas non eſt; ordo autem illius eſt ut Deum prius diligamus, deindè noſmet ipſos, poſtea proximos no-
90 ſter *Abren in ſuo parrocho perfecto lib.*1.*cap.*11.*n.*101 *& lib.*8.*ſect.*2.*n.*53.*&* 54. & ita ut ordo charitatis ſervetur quo ad Deum, quo ad nos, quo ad proximos, ſunt excludendi chriſtiani novi à muneribus publicis.

53 Quo ad Deum, quia ju-
91 dices, cæterique officiales, tam juſtitiæ commutativæ, quam diſtributivæ ſunt miniſtri Dei, & loco illius in terris, ut latè probavimus *lib.*3.*cap.*15. & ita ut Deus diligatur ſecundum ordinem charitatis loco Dei non debent ſubro-
92 gari inimici Dei, quales fuerunt parentes chriſtianorum novorum deſcendentium ex infidelibus judæis, ut conſtat ex pſalm. 37. ibi: *amici & proximi mei adverſus me apropinquaverunt, & ſteterunt, & qui juſta me erant de longe ſteterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur*. Et rurſus Pſalm. 101. ibi: *& qui laudabant me adverſus me jurabant*. Quid obſecro in hujuſmodi rei probatione immoramur? Si Chriſtus Dominus hujus perverſę generationis proditionem nobis certo certius ſignificavit per *Eſaiam? cap.* 29. *Math. cap.* 15. *Marc. cap.* 7. dicentes: *populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me*. Quid plura? Sufficiat aſſerere Iudæos Chriſtũ Dominum, à quo tot, & tanta beneficia acceperunt, interfeciſſe, ut indè compertum ſit contra charitatem erga Deum eſſe, eos qui à prædictis originem trahunt in locum Dei ſufficere, maximè cum mores parentum in deſcendentes cum ſemine translatos videamus.

54 Quo ad nos, quia chari- 93
tas obligat unum proximum magis diligere apretiativè, quam alios, & ſic conjunctiores, quàm remotiores. *Abreu dicta ſect.*2.*n.*55. & ita ut ordo charitatis cuſtodiatur, poſtulat, ut chriſtianos veteranos potiùs, quàm novos ad munera publica ſubeunda eligamus, quia chriſtiani veterani ſunt nobis origine, fide pares, & conjunctiores; chriſtiani verò novi ſunt origine remotiores, & in fide minus ſecuri.

55 Quo ad proximos: quia

ordo charitatis requiritur, ut plus diligamus publicam, & communem utilitatem, quam privatam, quia ratio dictat, quod ſemper publica utilitas, privatis commodis, præferri debet, *ex l. actione 68. §. labeo ff. pro ſocio, l. unica §. pen. cod. de caducis tollendis* etiamſi incidenter in alterius odium vertatur, quia odium quando venit in neceſſariam conſequentiam cõceſſionis favorabilis conſiderandum non venit, *ex l. cum ex ratione 44. §. fin. ff. de excuſatione tutor. Eſcobar de puritate q. 3. §. 2. a n. 47 cum pluribus ſequentibus ubi plures refert*; & ità contra charitatem venit, & operatur, qui cõtra bonũ publicũ potiùs diligit, & eligit malos, ſeu de malo ſuſpectos quam bonos, & ſuſpicione mali carentes
95 cui accidit; quia cum operetur, cùm ſcandalo, charitati opponitur: quia eligendo chriſtianum novum contra leges Regni, eſt
96 occaſio activa ſcandali, quod recipiunt ſubditi habentes miniſtrũ infamem erga probos, & illi, qui ad tale munus jus eligendi, ſaltem in communi habebant, & eſt occaſio ut ſubditi vexentur, aut poſſint eſſe minus obedientes, & opponitur virtuti juſtitiæ, quæ talem excludit, ſine qua charitas ſtare non poteſt.

97 56 Neque dicas, quod hoc ſcandalum eſt paſſivum, & temerarium, non activum & juſtum, & ut tale non eſt conſiderandum: quia reſpondemus, quod eſt activum procedens ex opere malo, & non paſſivum procedens ex malitia ſummentis ſcandalum, quia non ſumitur prætper rationem ex ſua malitia, ſed ex cauſa injuſtè data. *Abreu ſuprà lib. 8. ſect. 8. a n. 106.* & ex his, quæ diximus, & dicemus infrà.

57 Ad ſecundum conſideratum §. 4. 98
Reſpondemus primo procedere in Neophitis, quorum mores correſpondent chriſtianæ religioni, & quorum firmitas in fide non redditur ſuſpecta ex pravis moribus ſubſequentibus, quod non invenitur in chriſtianis novis noſtri Regni, ex dictis, & dicendis. Secundo procedere ubi non datur ſtatutum in contrarium requirens puritatem, prout datur in noſtro Regno, ex DD. citatis ſuprà §. 34. & *ex Pegas ad ord. lib. 1. tit. 35. §. 18 litera C. n. 120. & tit. 96. §. 3. gloſ. 5. n. 6.*

58 Ad tertium ponderatum §. 5. reſpondemus procedere quãdo 99
chriſtiani novi virtute morum prẽmijs digni fiunt, quod non procedit in chriſtianis novis noſtri Regni, qui vi ſuorũ morũ, potiùs ſupplitij, quam præmij, omni jure attento, debitores inveniũtur.

59 Ad quartum allatum §. 6. reſpondemus veriſſimum eſſe noſtram ſacroſanctam, ac Romanam 100
Eccleſiam fuiſſe fundatam à populo judaico; ſed ob populi judaici perfidiam, ac morum corruptionem ad populum chriſtianum, ex gentiliſmo procedentem, trãſlatam

latam *ex Dn̄o Petro cap. 2. Epiſtolarum. Vicentius da Coſta ſupra cap.7.pagina 35. verſ. Torrecilla dicto tract.1.en la repueſta a la propoſta hecha a ſu Alteza a n.50. cum pluribus ſequentibus.*

101 60 Ad quintum atactum §. 7. reſpondemus verum eſſe, antequam judæi ſuum, & noſtrum Redemptorem morti proditoriè tradidiſſent, ſecus autem poſt Chriſti domini mortem, per quam omnem honorem amiſerunt, & facti ſunt viles, infames, ut latè diximus *a* §.20. *uſque ad* 28. *&* §. 33. *latiſsimè Torrecilla tom.2. tract 1. en la repueſta a la propueſta a num.* 50.

102 61 Ad ſextum adductum §. 8. reſpondemus negando, ex his, quæ diximus §. 27. vel quod non ſequitur quod quis poſſit eſſe judex ex eo quod poſſit eſſe teſtis; quia facilius removetur judex, deficiliuſque teſtis, ut jam diximus, & probat *Barb.voto 66. num. ult.referens alios.*

103 62 Ad ſeptimum de quo in §
9. reſpondemus, quod licet veriſ-
ſimum, & inconcuſſum ſit, nihi-
lominus hoc in conſiderationem
venire non debet, quia acciden-
104 talitèr contingentia non mutant
rei ſubſtantiam, *ex l. naturalem*
5. *§.pavonũ ff. de adquirendo rerũ*
*dominio, Coſta de facti ſcientia, &*
*ignorantia. Giurba ad conſuetudi-*
*nem cap.*10.*gloſſ.4.n.5.Barb. axio-*
105 *ma 5.n.6.*nec in jure de inſolitis ad
ſolita de raro accidentibus, ad
communiter contingentia poteſt fieri argumentum, *l. ſi quis donaturus ff. de uſufructu, l. quod nolit* §. *quod aſſidua ff. de ædilitio edito cum alijs adductis à Barb. loco* 101. *Torrecilla ſupra n.69. & 70. Marqueſ. en el Governador chriſtiano lib.1.cap.3.ad finem ibi aunque nos pueden reſponder, que vertudes vencen ſeñales, toda via echar manos de hombres ſoſpechoſos ſobrando outros ſin ſuſpecha ſeria peligrar de balde, que todo o principe prudente deve eſcuſar.*

63 Ad octavum relatum §. 106
10. reſpondemus omnes judæos, tam præſentes, quam abſentes ad mortem Chriſti Domini concurriſſe, ſaltem per ratihabitionem, ut confitetur *Moiſes Rabinus* judæorum *natus lib. de judicibus tit de Regibus, & Meſsia* quem refert, & ſequitur *Vicentius da Coſta ſupra cap.* 1. *folio* 8. *& ad loca ſacræ paginæ* ibi allegata, reſpondemus, quod lachrymæ, & gemitus, de quibus ibi; non erant ex peccato, ſed ex commiſeratione. *Torrecilla ubi proximè num.*54.55. *&* 56.

64 Ad nonum allegatum §. 107
11. reſpondemus, quod jura Civilia loquentia in crimine læſæ majeſtatis humanæ, non ſunt trahenda in conſiderationem ad crimen læſæ majeſtatis divinæ, quod omnium deteſtabilius, & graviſſimum eſt, ut ex alijs docet *Maldonado in Sylva reſponſorum lib.1. reſponſo 12.n.18. & melius n.* 30.

65 Ad

65 Ad decimum oppoſitum
108 in contrarium § 12. reſpondemus confitendo infamiam facti purgari ex actibus poſitivis in contrarium factis, ſed negando talem infamiam apud nos, & apud omnes probos chriſtianos que viros eſſe
109 purgatam à chriſtianis novis noſtri temporis: primo quia ſi à ſolitis validum eſt argumentum, ut probat *l. ſi quis donaturus ff. de uſu fructu, l. quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædelitio edito, l. certi conditio §. ſi nummos ff. ſi certum petatur, l. vel univerſorum ff. de pignoratitia actione, l. Titianus ff. quod cum eo l. certè in fine ff. de præcario, l. ut liberis cod. de collationib. §. fin. Inſtit. de ſatisdatione Barb. loco* 102. referens infinitos, & à præſenti ad
110 pręteritum rectè arguatur, ut cum multis docet *Barb. loco* 85. quomodo credere cogemur chriſtianos novos noſtri Regni ore, & corde chriſtianos eſſe, & in fide
111 catholica firmos extare, ſi annuatim videmus illos gladio, & oliva ſacri tribunalis Sancti Officij juſtitia, & miſericordia ob culpa judaiſmi punitos.

66 Deinde quia ex vita ante
112 acta ſummitur conjectura ad præſentem vitam, *ex l. ſi filius §. 1. ff. de accuſationibus cum infinitis Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis p. 3. tit. 3. §. 7. nu. 12. & 13.* Unde
113 cum vita chriſtianorum novorum noſtri Regni ſit talis, qualem viderunt noſtri parentes; & videmus nos quotidiè in actibus publicis fidei, ubi tot, quos ex moribus veros catholicos extimavimus, judęos & legis Moiſaicæ profeſſores reperimus; & quod magis eſt illius profeſſores impęnitentes, prout proximis annis præteritis, ad occultum nobis demonſtratum fuit, in duobus actibus fidei Ulyſiponenſis Inquiſitionis, ubi ſex legis Moiſaicæ profeſſores pertinaces, & proprio ore confeſſi ſeculari brachio traditi vivi cõcremati fuerunt qui apud omnes veri chriſtiani putebantur: quomodo ergo religioni eorum fidem adhibere debeamus, cum ipſi cõtra ſe teſtimonium proferant.

67 Ad undecimum, quod habetur in §. 13. Reſpondemus, 114
quoad primam partem, prout reſpondimus ſuprà ad nonum, & quo 115
ad ſecundam, reſpondemus confitendo, & fatendo plures inter 116
chriſtianos novos noſtri Regni, noſtram ſantam veram, & catholicam religionem fideliter tenere; ſed cum natio iſta ex ſe ſit mala, & perverſa, & interiora Deo tantùm ſint reſervata, *ex cap. 17. Hyeremiæ*, ibi: *ego dominus ſcrutans corda, & probans renes tx. in* 117
*cap. erubeſcimus 32. diſtinct. tx. in cap. in Civitate de uſuris* omnes à muneribus publicis juſtè excludimus, ne putando aliquem eſſe bonum malum experiemur.

68 Cum adverſus integram 118
nationem habeamus præſumptionem deductam ex perverſitate nationis, quæ in jure legitima eſt

præ-

præſumptio ex txt. aperto *in l. quod ſi nolit* §. *qui mancipia ff. de ædelitio edicto ibi : qui mancipia vendunt nationem cujuſcunque in venditione pronunciare debent , plerumque enim natio ſervi aut, provocat, aut deterrat emptorem*: & infra ibi : *præſumptum etenim eſt quoſdam ſervos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata , quoſdam malos , quia natione ſunt , quæ magis infamis eſt latè Menoch. de præſumptionib. lib.* 1. *præſumpt.* 15. *numer.* 28. *&* *lib.* 6. *præſumpt.* 58. *à numer.* 1. *Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis* 3. *part. titul.* 3. §. 4. *numer.* 14. *&* 15. *Marqueſ. in ſuo governador chriſtiano lib.* 1. *cap.* 3. *prope finem omnino videndus.*

119 69 Cum adverſus totam rationem habeamus præſumptionem deſumptam ex parentibus, quæ etiam in jure validiſſima eſt , ut jam diximus , & cum innumeris tradit *Carena ſupra* §. 5. *numer.* 16. 17. 18. *&* 19. *Pechius ad regulam ſemel malus* 8. *de regulis juris numer.* 5. idem eſt ſi ex malo genere natus eſt unde filij ſacerdotum à ſacerdotiis, proditorum à dignitatibus repelluntur. *cap.* 1. *de filijs præsbiteri l. quiſquis cod. ad l. Iuliam majeſtatis Ordin. lib.* 5. *titul.* 6. §. 13. ideo quos lex præſumit , & veretur illos incontinentiæ , hos proditionis paternæ immitatores fore : nam ut à malo præceptore malus proficitur diſcipulus , ità ex improbo patre plerunque 120
producitur improbus filius , & ſicut mala arbor ex fructibus cognoſcitur , & fructus per arborem demonſtratur. *Pechius dicto numer.* 5. *Carena dicto* §. 5.

70 Cum habeamus adver- 121
ſus omnem nationem probationem in contrarium ſelectam ex quotidiana experientia , quæ nos docet nulli ex hac natione eſſe fidem adhibendam , cum quotidiè videamus eos, quorum progenitores judicialitèr de judaiſmo , non convicti fuerunt , 122
de judaiſmo , vel proprio ore , vel probatione convictos , & punitos cum videamus non tantum eos , qui litteris operam non dederunt , ſed & eos , qui litteris ſe incubuerunt de judaiſmo con- 123
victos , noſtris , & præteritis temporibus : nam ſenatorem quidam domùs ſupplicationis Ulyſipponenſis flammis traditum viderunt Ulyſipponenſes , ut tradit *Vicentius da Coſta Mattos no deſcurſo contra a heretica perfidia do judaiſmo cap.*14. *pag.*103 *verſ.* & primarium ſacrorum canonum præceptorem litteris inſignem, moribus verò de pravatum , & in famem , Conimbricenſes , ut narrat *Vincentius da Coſta ſuprâ cap.*9. *pag.*50. & alios plures, quos ommittimus.

71 A quibus excluditur à vitio temerarij noſtrum judici- 124
um : quia judicium noſtrum concipitur

cipitur ex præſumptionibus de-
ſumptis à jure, & ab quotidiana
experientia; & judicium temera-
rium eſt quod concipitur de pec-
cato, aliovè infami malo proximi
ex levibus inditijs, & apud pru-
dentem virum non ſufficientibus,
*ex Leſſio de juſtitia, & jure lib.* 2.
*cap.* 29. *dubitatione* 2. *Abreu de
Parocho perfecto lib.* 8. *ſect.* 5. *nu-
mer.* 517.

125 72 Ad duodecimum reſpon-
demus, quod non dubitamus
plures eſſe familias ab inimicis,
& à chriſtianis novis injuſtè in-
famatas in noſtro Regno; tum,
quia malevoli puros, & nobiles
maculare intendunt, & viles
alterius vituperatione ſe laudarè
putant, & inimici famam non
ita, ut nota eſt ferunt, facilè
mentiuntur, omnia que mala
cogitant, ut damna inferant ini-
mico, & invidi nobiliores in-
famare intendunt, & homini-
bus commune eſt de alijs malè
loqui, ut multis probat *Eſcobar
de puritate* 1. *part. quæſt.* 1. §. 6.
*a numer.* 1. *uſque ad* 7. tum quia
opinio prava circa hominum
qualitates oriri ab iniquis ſolet
cupientibus, quod oriatur fa-
ma mala *Eſcobar numer.* 9. ſed
126 cum mendacium diù ſtare non
poteſt, quia *veritas multorum
improbitate depreſſa, virtus e-
mergit, innocentiæ defenſio inter-
cluſa reſpirat, ex Tullio.* Faci-
lè detegitur, & ſicut lux in
127 obſcuris magis luceſcit, ita &
honor cum malitioſis circundu-
citur tenebris, & veritas dum
magis oppugnatur, magis pro-
greditur in lucem, & victoria
magis glorioſa, ubi fuerunt la-
borioſa certamina, & honor,
& fama in rebus adverſis pleni-
or gloria evadit. *Eſcobar ſuprà*
§. 7. *per totum.*

73 Ad ultimum relatum
in §. 15. Reſpondemus negan- 128
do in noſtro Regno regularitèr
admitti ad religioſam vitam chri-
ſtianos novos immò affirmamus,
nunquam in noſtro Regno fuiſ-
ſe admiſſos chriſtianos novos in
Societate Ieſu, & ferè in om-
nibus alijs religionibus, excep-
tis paucis quæ aliquos admiſſe-
runt ob rationes particulares,
quas prę cordis anguſtia enarra-
re non valemus, & lugenda re-
linquimus cogitationi, quæ ne-
quimus exprimere calamo, &
etiam aſſeveramus omnes religi-
ones noſtri Regni habere ſtatu-
ta puritatis illos excludentes à
Sede Apoſtolica confirmata, 129
quia tanta fuit chriſtianorum no-
vorum noſtri Regni perfidia er-
ga Deum, & tam parum tuta fi-
des, ut Sedi Apoſtolicæ conve-
niens, & neceſſarium viſum fu-
it eis ad religiones aditum præ-
cludere.

74 Tandem ad authorita- 130
tem DD. quos citavimus pro
prima ſententia §. 16. reſpon-
demus opponendo in contrari-
um DD. quos citavimus §. 34.
&

& cùm legibus ſpecialibus noſtri Regni, quæ generalitèr eos excludunt, etiam ſi procedant ab aſcendentibus, qui ſemper poſt primam converſionem catholicam fidem fidelitèr tenuerunt:
131 quia prohibitio uni impoſita ad omnes poſteros extenditur, & in-
132 habilitas medij influit in inhabilitatem finis, & excluſa radice ex-
133 cluditur quidquid ab ea provenit; *l. fin. cod. de verbor. ſignificatione Caſtilho lib.* 3. *controverſ. cap.* 15. *a nu.* 63. *& lib.* 5. *cap.* 129. *a n.* 13. *Peregrinus de fideicommiſsis art.* 26 *n.* 2. *& art.* 27. *a n.* 18. *in ſpecie Eſcobar de puritate* 1. *p. q.* 2. *n.* 35. 36. *&* 37. *cum ſequentibus, qui in eadem q.* 2. *n.* 30. *cum Roxas ſingulari* 104. *n.* 3. *Salzedo in practica crimi-*
134 *nali cap.* 23. *n.* 19. inquit ſcribentes ad favorem chriſtianorum novorum, vel illis quocunque modo faventes, vel ex judæis originem etiam ducere; aut ab ipſis pæcuniæ conductos, & adductos eſſe, quod nos nec affirmamus, nec negamus; & tibi reſolvendum relinquimus, qui diligentèr obſervabis puritatem, & ambitionem ſic faventium; & ſi diligentèr id ſcruteris, timemus, quod horum DD. aſſertum ſine formidine teneas; eo maximè ſi attente legas *Torrecillam dicto tract.* 1. *per totum.*

Plura alia de judæorum moribus corruptis [ à quibus
135 chriſtiani novi originem trahunt] in medium afferre poſſem, quæ in ſacris literis ſcripta ſunt, & quæ hic conſulto omitto, ne aliqua inimicitię ſuſpicione adverſus generationem hanc me loqui notari valeam, à qua [ Deus mihi eſt teſtis ] alienus omnino ſum; nam nihil aliud ad hoc ſcribendum me impulit, niſi, ut omnes admoneam, ut cautè cum hujuſmodi gente negotium in futurum tractet, prout nos monent omnes DD. in diſcurſu hujus capitis, quibus ad-
de *ſentinellam contra judæos Ferrarienſes in ſuo flagello adverſus judæos D. Fratrem Amatorem Arrais Epiſcopum Portalegrenſem in ſuis dialogis dialogo* 30. *per totum Sixtum ſenenſem in Biblioteca ſant. lib.* 2. *Galatinum de miſterijs fidei contra judæos Monarchiam Luſitanam* 1. *part. Choroniſtas Reg. Ioann.* 2. *Emmanuelis & Sebaſtiani. Marianam in ſua hiſtoria Hiſpaniæ lib.* 19. *cap.* 8. *Giribai in ſua hiſtoria generali lib.* 15. *capit.* 48. *Torrecilla tom.* 2. *de conſultas, & allegatos tract* 1. *à num.* 1. *uſque ad* 208. *& à num.* 1. *uſque ad* 130. *& à num.* 1. *uſque ad* 74. 136

A quibus omnibus concludimus chriſtianos novos non poſſe eſſe judices, nec munera publica ſubire; licet generis labe infecti virtutibus, & litteris polleant. *Salzedo dicto cap.* 23. *num.* 17. ubi præſtat rationem, quia non quidem decet, ut quoti- 137

die hoc quæſito colore juſtiſſimæ ſanctiones violentur, nec propter probos mores alicujus jura ſunt violanda. *Baldus in ultimo notabili ad tx. in cap. 1. ut lite pendente*, & ubi quærimus de ſimplici juſtitia,
139 non curamus merita perſonarum, ut egregiè ab eodem *Baldo* proditum eſt *in cap. ſedes de reſcriptis, ex l. cum pater §. rogo ff. legatis 2. Salzedo in practica criminali cap. 23. n. 17.* Sed ab omnibus eſſe repellendos, ut Regi Henriquo 3. Hiſpaniæ Paulus Burgenſis à judæis converſus conſuluit ut teſtatur Mariana ſupra ibi: *ejuſque illa vox*
140 *fuit, ſic fama tulit ex ea gente pronatis nullam reipublicæ partem committendam videri moribus ex fraude*
141 *atque mendatio compoſitis ſimula-*
142 *re, mentirique nactis neque bello, bonis, neque pace. Giribai ſuprà n. 50. Cujus formalia verba refert. Oterus dicto cap. 3. nu. 21.* de quorum parentibus teſtimonium extat apud juvenalem ſatira 14.

143 *Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem.*
*Nil præpter nubes, & cœli numen adorant.*
*Nec diſtare putant humana carne ſuillam.*
*Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.*
*Romanas aut ſoliti contemnere leges.*
*Iudaicum ediſcunt, & ſervant, ac metuunt jus.*
*Tradidit Arcano quodcũque volumine Moyſes.*

Quos verſus refert *Salzedo ſuprà n. 12.* qua de re, & de tota ma- 144
teria hujus capitis, & ſequentis agit latiſsimè doctus & modernus *Martim de Torrecilla tom. 2. de Conſultas apollogias alegatos, y quæſtiones tract. 1. per totum ubi omne deſiderandum invenies & apud Marques en el Governador chriſtiano lib. 1. cap. 3. ad finem.*

## CAPUT. XIV.

Chriſtiani veterani habentes judicem chriſtianum novum, an illum recuſare valeant?

### SUMMARIUM.

1 *Omnis, qui removetur à teſtificando; etiam à judicando excluditur.*
2 *Minor cauſa ſufficit ad removendum judicem, quàm teſtem.*
3 *Chriſtianus novus non eſt teſtis omni exceptione maior contra Chriſtianum veterem.*
4 *Inimicitia præſumpta ſufficit ad recuſandum judicem.*
5 *Chriſtiani novi ſunt inimiciſſimi veterum.*
6 *Demonſtratur hoc memorabilibus exemplis.*
7 *Comitijs celebratis tempore Ioannis tertij prohibitum fuit, ut non poſſent eſſe Medici, aut chirurgi.*
8 *Princeps creando in judicem Chriſti-*

chriſtianum novum, videtur cum eo diſpenſare.
9 Recuſatio ſcandaloſa ſecundum aliquos rejicitur.
10 Rixæ, ſcandala, & mores ſunt vitandæ.
11 Chriſtianus novus diſpenſatus à Rege recuſari non poteſt.
12 Secùs ſi abſque diſpenſatione ſit creatus ad munera publica.
13 Præoratio ad Regem, nè cum illis diſpenſet.
14 Lamentationes notabiles Eſcobaris circa materiam referuntur.
15 Contra jus naturale eſt tradere aliquem judicandum inimico.
16 Notabilia Deocletiani verba traduntur ad intentum.
17 Advocatus actione injuriarum non tenetur ex allegatione infamiæ, quæ pertinet ad cauſam, ſi eam probet.
18 Recuſatio injurioſa, & ſcandaloſa admittitur.
19 Suo jure privari quis non debet
20 In conſiderationem venire non debet injuria, quam quis ſua culpa ſentit.
21 Chriſtianus novus ſe noſcens, tenetur ſe abſtinere à muneribus publicis, & n. 23.
22 Accipiens ſcientèr contra cauſam finalem incurrit peccatum & tenetur ad reſtitutionem.
23 Qui jure ſuo utitur nemini facit injuriam.
24 Utilitas, & favor publicus eſt primùm inſpiciendus.
25 Odium alterius in tali caſu non eſt conſiderandum.
26 Purus non maculatur, & ſi ex hac cauſa recuſetur.
27 Fama velut odorificus flos, cum plus teritur, plus olfacit.
28 Bona fama in tenebris proprium ſplendorem tenet.
29 Stellæ in Cælo per ipſas tenebras fulgent.
30 Recuſans, ſi in probatione defecerit eſt ſeveriſsimè mulctandus.
31 Chriſtianus novus recuſari poteſt, & ſi actor, & reus ſunt Chriſtiani veterani.
32 Quibus noſtra reſolutio non placet reſpondet Torrecilla per verba, quæ ibi referuntur, & Marqueſ.

PRopoſuimus reſolvendam hanc quæſtionem in capite antecedenti; ſed cum illius materia eſſet longâ, & à nobis latè fuſè que diſcuſſa, in diſtincto capite hanc ſecundam quæſtionem deſcutiendam decrevimus, ut cum diſtinctione, diviſione, & ſeparatione lectorum faſtidium effugere valeamus.

Pro parte affirmativa ſequentia inſtant fundamenta, & primũ urget: quia omnis ille poteſt repelli à judicando, qui poteſt removeri à teſtificando; quia cauſa minor requiritur ad recuſandum judicem, quam ad opponendum contra teſtem, ne deponat. *Ripol. variar. cap. 2. n. 162. Barboſ. lib. 2. voto 66. nu. 15. Gaſinus de defenſ.* 1 2

reorum defenſ.1.cap.21.n.2. Maſcard.de probationib.concluſ.953.n. 18.Tuſcus tom.7.concluſ.908.num. 11.Lanfrancus in cap.poſtremo de
3 appellationib.nu.10.& plures alij jam alijs in locis citati; atqui chriſtianus novus poteſt repelli à teſtificando contrà chriſtianum veteranum, ut ex multis probavimus cap.antecedenti §.27.& docet Salzedo in practica criminali canonica cap.23.n.5.& probat ex lege 10.Gothorum lib.12.Felinus in cap.cum ſit,& cap.judæi de judæis Conciolus verbo teſtis reſolutione 21.n.2. Ergo judex chriſtianus novus recuſari poteſt à partibus chriſtianis veteranis.

4 Secundo pro hac parte ſtat, quia ad recuſandum judicem, ſufficit inimicitia, etiam levis, ſeu minima, aut præſumpta, ut ex multis probavimus hoc lib. cap.2. gloſſ. verbo conſanguineus in dicto cap.poſtremo; ibi Hoſtienſis num.2. Bellam n.2.Franchus nu.20. Seraphinus de privilegio juramenti privileg.4. Aufrerius de recuſationib. tit.3.n.26. Maſtrillus deciſ.151. n.46. Tuſcus practicar.verbo ſuſpectos Concluſ.908.n.13.Barb.in votis deciſivis lib.2.voto 66.n.24. atqui chriſtiani novi ſunt, & præſumuntur inimici chriſtianorum ve-
5 teranorum, ut ſatis ſuper que abunde probavimus in ſuperiori capite maximè à §.18.cum pluribus ſequentibus docet Oterus de officialibus reipublicæ cap.3.n.6. ibi; Neophiti etinim quodam hæreditario à maioribus ſuis derivato irrecenciabili odio veteranis chriſtianis & verbis & factis invidi, æmuli, inimici, iracundi, & vendices exhibentur. Maldonadus in ſylva reſponſorum juris lib.1.reſponſo 12.n. 51.ibi: ſunt denique inimici chriſtianis veteranis: adeo ut jure quodam hæreditario à maioribus derivato, irreconciliabili odio chriſtianis veteranis habentur, quod [cum occaſio ſe offert] & verbis & opere procaciter indicant, de quo plura exempla referendo proſequitur: idem Actor n.33.ibi: ſunt igitur Neophiti ut plurimum valdè à natura invidi adeò; ut felicitatem veteranorum chriſtianorum ſubinde lugeant, ac maximo cordis dolore affecti, ea que in eis laudare merentur, & obcurare ad nihil redigere conentur. Denique ſi chriſtianos veteranos impugnè occidere poſſent, non omitterent: ergò ſi chriſtianus novus factus ſit judex, à chriſtianis veteranis recuſari poteſt.

Maior hujuſmodi ſylogiſmi eſt certa: minor non ſolum authori-
tate DD.ſed etiam ex longa expe- 6
rientia comprobatur exemplis & factis latè fuſe què relatis in primo capite, quibus addiri ſolent inter plura ſequentia. Primum narrat Maldonado ſuprà num.51. verſ.Hermanos in fine ibi y eſpecialmente ſabemos por couſa mui cierta, & aviriguada, que hum Medico deſcendiente de judios fuè declarado por herege por los Inquiſidores de cierto deſtricto de Heſpanha,
al qual 7

*al qual ſe le averiguou, que viviendo em cierto pueblo, cuio nombre no declaro, por no offender a nadie, aver muerto con Medicinas falſas, & adulterinas, venenoſas, mas de trezientas perſonas: y cada ves, que entrava en ſu caſa a muger que tenia, que tambien era de generacion de judios, le dizia; Bien venga el vengador, y a eſto el marido le reſpondia alçando, y meneando el braço derecho, venga, y vengarà.* Idem refert *Oterus de officialibus reipublicæ cap. 3. n. 6. Vicentius da Coſta Mattos no diſcurſo contra a heretica perfidia do judaiſmo cap. 10. folio 56. verſ.*

Vbi alia refert ibi: *Outro tanto ſe prova a outro chamado o Meſtre Rodrigo naſcido neſte Reyno, & queimado em Lisboa, o qual confeſſado por elle, todas as vezes que vinha de viſitar o aguardavam aporta humas Irmãas que tinha, & lhe diziam venha embora o defenſor, & guardador da ley de Moyſes; & elle reſpondia, & tambem vingador. Alem do que na meſma cidade, & em outras do Reyno ſe prenderam & prendem infinidade de Medicos, Chirurgiois & Boticarios, ſem outros que ſe tem acolhido deixando ſuas mulheres prezas, de que ha Irmãos & parentes ricos, que todos confeſſaram muitas mortes voluntarias de chriſtãos, fidalgos, & religioſos, algum com numero certo; porque de cada doze matavam hum. E tal ouve que queimando-o em Evora confeſſou, que matara cento & ſincoenta chriſtãos velhos; & certo que ſe doque achei authentico neſta materia, ouvera de eſcrever â metade, que me fora neceſſario outro tanto volume; tam entranhavel, & tal he o odio que tem aos chriſtãos velhos, &c.* Hactenus Vincentius, qui proſequitur referendo plura alia, & plorando noſtram cęcitatem erga hos Neophitos. Apagè cum Medicis, Chirurgis, & Pharmacopolis hujus nationis, qui non homines curant, ſed interficiunt, quibus propriè adaptatur quod de omnibus jocosè ſcripſit Vvem.

*Incidit in Scillam cupiens vitare charybdem,*
*Qui morbum fugiens, incidit in Medicum.*

Ex quibus apertiſſimè deducitur, quod chriſtiani novi, ut plurimũ innatam habent cum chriſtianis veteranis inimicitiam, quam vix ab ipſorum cordibus expellere poſſunt. *Maldonado ſupra n. 51.* & ideo nec judices, nec ſcribæ, nec ad alia munera publica eligi debent, immò eis operam literis dare eſſet prohibendum, & magna cum cura eſſet cuſtodiendum, quod in comitijs celebratis in Villa *de Torres vedras à Ioanne 3.* 7
Rege noſtro ſtabilitum fuit, nempe quod non poſſint eſſe Medici, nec chyrurgi, nec pharmacopolæ, ut narrat *Vincentius ſuprà pag. 57. verſ.* nec illis erat permittendum mercatum & negotia exercere: quia de omnibus faciunt moni-

monipolia, & pecunias Regni ad
exteras dominationes transfun-
dunt, omniaque perturbando, &
confundendo & *nos lib. 2. cap.
ultim.*

Pro negativa ſententia poſſunt
conſiderari omnia, quę in capite
antecedenti conſideravimus ſua-
dentia illos non eſſe excludendos
à muneribus publicis, ſed quia
jam illis fundamentis reſponſum
dedimus. De novo conſiderari
poteſt, quòd ex eo quòd chriſti-
anus novus fuit à Principe judex
creatus, vel ad aliqua munera pu-
blica, non poteſt ex cauſa prędic-
ta recuſari: tum quia Principem
recuſat, qui judicem ab eo crea-
tum recuſat, ut latè diximus *lib. 2.
cap. 2. & 5.* ſacrilegij inſtar eſt
diſputare an dignus ſit quem Im-
perator elegerit, *ex l. diſputare 3.
de crimine ſacrilegij*: tũ quia Prin-
ceps creando judicem chriſtia-
8 num novum, videtur ei committ-
tere munus judicandi, recuſatio-
ne ex hac cauſa remota, quod fa-
cere poſſe tradit *Thome Vaas al-
leg. 96. n. fin. Barb. ad Ord. lib. 3. tit.
21. ad rubricam nu. 25. ubi infinitos
citat.*

9 Conſiderari etiam poteſt quod
hæc recuſatio eſt ſcandaloſa, &
injurioſa, & quòd recuſatio, ſcan
daloſa, & injurioſa non admitti-
tur, immò rejicitur ex traditis à
*Fontanella deciſ. 3. ferè per totam*:
ergo cum nullum producat effec-
tum, recuſatio ex tali cauſa inten-
tari non poteſt.

Ponderari etiam poteſt, quod 10
ſi judex poſſit recuſari ex hac cau-
ſa, daretur occaſio, ut multi judi-
ces injuſtè infamarentur, & ut ali-
qui, quorum labes nota non erat,
detegeretur, & ut rixæ, mortes,
& alia plura graviſſima odia, ac
damna, quotidiè ſequerentur,
quod non expedit reipublicæ, in
cujus favorem, & commodum
multoties à regulis juris receditur
*Eſcobar de puritate 1. p. q. 2. num.
53. & q. 3. §. 2. n. 38. & in ſpecie
n. 44.* & probatur *ex l. ita vulnera-
tus 51. ff. ad l. Aquiliam, l. Panto-
nius ff. de adquirenda hæreditate*:
ergo ſaltem ob publicam utilita-
tem ex hac cauſa judex chriſtia-
nus novus recuſari non poterit.

His perpenſis pro utraque par-
te fundamentis, nobis in hac 11
quæſtione diſtinguere placet in-
ter caſum, quo Princeps creat ju-
dicem, diſpenſando cum illo in
legibus amoventibus à muneri-
bus publicis chriſtianos novos, &
inter caſum, quo Princeps creat
in judicem, vel ad alia munera pu
blica aliquem non diſpenſando in
legibus, ſed putando eum habere
qualitates à lege requiſitas: in pri-
mo caſu tenemus judicem non 12
poſſe ex hac cauſa recuſari, ex fun
damentis, de quibus ſuprà *in* §.
pro negativa ſententia; ſed Prin-
cipem noſtrum piè ac reverenter
exoramus, & humiliter, ac inſ-
tantiſsimè ſupplicamus ne hos ju- 13
dices ad nos judicandos propo-
nat: quia judæi, nec ſarraceni,
nec

nec eorum proles tutè fidem defendent, nec rempublicam, nec Regnum fidelitèr gubernabunt. Audi [quæſumus] O clementiſſimè, ac chriſtianiſsime Princeps, dicentes cum *Eſcobar de puritate 1.p.q.2.n.45.* & plorantes, ac cla-
14 mantes. *Ve noſtra orthodoxa fides, ſi te illi defendant, qui ortum ducunt ab irridentibus te, à conſpuentibus te, abſpernentibus te; ve tibi fides noſtra ſi à progenie eorum tuearis qui Chriſtum noſtrum capeſſerunt, flagelarunt, & cruci turpiſsimè tradiderunt. Ve noſtro chriſtianiſsimo, ac nobiliſsimo Luſitaniæ univerſo Regno, ſi Imperium, & æqualis ſit poteſtas, penes ſabbatizantes, & eorum infectam progeniem; quia nos omnes ſubjugabunt miſere ſi juſtitiæ habeant exercitium, iniquitatibus, & injurijs univerſam circuibunt terram & decipabunt, ſi ad honores, & dignitates aſcendunt, ſuperbia nos humiliabunt, & compriment.*

*Ve noſtri chriſtiani veterani* [proſequitur idem *A. ſuprà n.45.*] *antiqui, & nobiliſſimi, ſi in communitatibus, & honoribus hos infecto ſanguine ſocios habeamus: quia honore denudabimus, & abeis ignominias patiemur, cum maximè ſint elati, ſuperbi, & falſo honore cupidi, quo facile alios ſpernunt, & irrident & dum nos ſublimiores habent, ſe calumnioſe, humiliant, & hipocritas ſingunt: ſi verò nos eis ſubjicimus, & ipſi poteſtate utantur, nos vilipendent, & trucidabunt. Torrecilla tom.2. de conſultas allegatos y queſtiones tract. 1. folio nobis.114.n.72.73.& 74.* omnino videndus, quia benè loquitur.

In ſecundo verò caſu, prima opinio nobis placet ex fundamentis
illius, & ex latiſſimè ponderatis in 15
capite antecedenti; quibus accedit, quòd contra jus naturale eſt, nos cogere coram tam infeſtiſſimis noſtris inimicis litigare, ut diximus *lib. 1. cap. 1.* cum ſequentibus, & quod non eſt credendum Principem voluiſſe nos inimico tradere judicandos; ſed quòd illum creaviſſet credens eſſe purũ: nam Princeps ſæpè fallitur, ut Deoclicianus Imperator faſſus eſt ut docet *Simanch. de republica lib. 9. cap. 1. n. 6.* ibi: *Ego a patre meo audivi Deoclicianum Principem jam*
*privatum dixiſſe, nihil eſſe deficili-* 16
*us, quam benè imperare; colligunt ſe quatuor vel quinque, atque unum conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum ſit; Imperator qui domi clauſus eſt vera non novit, cogitur hoc tantum facere, quod illi loquuntur facit judices, quos fieri non oportet; amovet à republica, quos debeat obtinere; quid multa, ut Deoclicianus dicebat, bonus, cautus, que venditur Imperator.*

Nec obſtant fundamenta in
contrarium perpenſa: quia primũ 17
ſolvitur ex diſtinctione, de qua ſuprà; ſecundum eliditur ex eo quia licet advocatus teneatur actione injuriarum, ſi in recuſatione

verba injurioſa intulerit, ut ex
alijs docet *Mendes in praxi 2.p.
lib.3.cap.19.num.* 15. hoc intelli-
gitur, quando verba injurioſa ar-
ticulantur, quæ non faciunt ad
propoſitum: ſecus ſi ad intentum
neceſſaria ſint. *Farinacius de te-
ſtib.q.*105.*n.*239. *Barb. in reporto-
rio juris verbo injuria. Pegas ad
Ord.lib.*1.*tit.*65.§.25.*nu.* 80. *Ay-
lon ad Gomes* 3.*variar.cap.6.num.*
3.de quo *Ord.lib.* 3. *tit.* 20. §. 33.
quia ex cauſa legitima proferun-
tur *& nos lib.6.cap.*21.

Vnde ſi quis non animo inju-
riandi, ſed aliàs propter jus ſu-
um defendendum, hujusmodi
injurias dixerit, pùta dum repel-
lit à teſtimonio teſtem, non ex
hoc cenſetur facere injuriam, ex
*tx.aperto in l. ſi quis de libertate ff.
de injurijs Barboſa ſuprà Aylon
ſupra n.*2.*Pegas ſupra n.*81.*Mend
in praxi* 2.*p. lib.* 3. *cap.*13.*num.*4.

18 Ulterius diluitur prædictum
ſecundum fundamentum, ex eo
quia recuſatio quamvis injurioſa
19 judici, & ſcandaloſa non reji-
citur, quia ſuo jure privari nemo
debet propter injuriam, quæ in
conſequentiam judici reſultat,
ſed admittitur; & ſi judex nolit
per ſe à cauſa abſtinere, recuſans
admittitur ad eam probandam,
ut docet *Cabed.deciſ.*45.*n.* 5.*p.* 1.
*& Fontanella deciſ.*3.*a nu.*28. *ubi
ſic judicatum tradit in ſenatu Ca-
thaloniæ, & dicemus lib. 6. cap.* 2.
*& lib.6.cap.*21.

20 Tertium, & ultimum facile
diſſolvitur, primò quia vel judex
recuſatus eſt verè chriſtianus no-
vus, vel non? Si eſt ſibi imputet,
quia ſua eſt culpa: tum quia cau-
ſa finalis noſtrorum ſtatutorum
puritatis eſt immaculatas conſer-
vare communitates, & honores.
*Eſcobar, de puritate* 1.*p.q.*2.*n.* 22.
& accipiens ſcienter contra cau-
ſam finalem, incurrit peccatum,
& tenetur ad reſtitutionem. *Na-
varrus in manuali cap.*17.*nu.* 108.
*Vaſques de reſtitutione cap.* 7. *du-
bio* 10.*n.*90. *Leſſius de juſtitia, &* 21
*jure lib.*2.*cap.*17.*dub.*5.*numer.* 33.
*Azor inſtit.moralium* 3.*p.lib.*4. *cap*
21.*quæſtione* 8.ideo ingrediẽs col-
legium, vel capiens legatum ſine
qualitatibus, requiſitis, quæ fue-
runt cauſæ finales, obligatur ad
reſtitutionem. *Navarro ſuprà n.*8.
& magis in noſtra ſpecie *Eſcobar
ſuprà n.*23.*&* 24.*Rodrigues tom.*1 22
*regularium q.*14.*art.*3.*&* 8.Vnde
cum chriſtianus novus ſciens non
habere qualitatem puritatis à no-
ſtra lege requiſitam ad ſubeunda
munera publica, ſcienter procu-
ravit illa ſubire, ſibi imputet.

Tum quia cũ chriſtianus novus 23
teneatur ab adeptione honoris pu
ritatem requirentis ſub peccato
mortali, & obligatione reſtituen-
di ſe abſtinere, ut ſuprà diximus, &
non fecit, non debet ex ſuo pecca
to, & malitia commodum repor-
tare, ſibi imputet, ſi aliquando hac
via macula jam oblita, ac mor-
tua, iterum ſuſcitetur cum maiori
ſua & ſuorum infamia, & ruina.

*Eſcobar*

*Eſcobar ſuprà q.* §.8.*n.* 26. Nec in
conſiderationem venire poſſunt
rixæ, ſcandala, & odia, quæ ex
tali praxi reſultare poſſunt: tùm
quia recuſans in hoc caſu utitur
ſuo jure, & qui jure ſuo utitur ne-
mini facit injuriam *ex l. injuriarũ*
§.1. *ff. de injurijs l.* 3. §. *iſtam ff. de
libero homine exhibendo cap. cum
eccleſia* 21. *de electione Barboſa ibi,
& axioma* 135. *nu.* 8. quamvis in
neceſſariam conſequentiam terti-
us lædatur ex dicta *l. injuriarum* §.
24 15. tum quia utilitas publica ex-
poſcit, quod chriſtiani novi ab
honoribus removeantur, & utili-
tas publica prævalet etiamſi inci-
denter in alterius odium vertatur,
cum primo intendatur favor pu-
blicus, quam odium alterius *l. ita
Vulneratus* 31. *ff. ad leg. Aquiliam,
l. qui exceptionem* 40. *ff. de conditio-*
25 *ne in debiti. Eſcobar de puritate* 1. *p
q.* 3. §. 2. *n.* 44. 45. & 46.

Si non eſt, non læditur ejus pu-
26 ritas: tum quia virtus & fama ve-
27 lut odorificus flos; cum plus teri-
tur, plus olfacit, ut nobis ſcrip-
tum relinquit *Seneca* ibi: *bona e-*
28 *nim opinio hominum tutior eſt pecu-
nia, bonum quod eſt ſupprimitur,
nequaquam extinguitur, bonæ fama
in tenebris proprium ſplendorem te-
net.* Et Lypſius Epiſtola 11. ibi, *ut
ſtellæ in cælo per ipſas tenebras ful-*
29 *gent, ſic bonorum fama per obſtan-
tium calumniarum nubes.* Et ibi:
*quia ut flama firmior non ſurrexit
unquam ſine fumo, ſic nec fama ſine
nube aliqua livoris.* Et ibi: *nec flam-
ma ulla magna ſine fumo ſolet ſur-
gere, nec ſine calumnia fama. & de
jure proprio Eſcobar de puritate* 1.
*p. q.* 1. §. 7. *per totum*: tum quia re-
cuſans ſi cauſam recuſationis con-
cludenter non probaverit ſeveriſ- 30
ſimè eſt puniendus, ut nos docet
*Fontanella deciſ.* 3. *n.* 34. quàre cau
tè ſe habere debent partes, ne ju-
dicem recuſent ex hac cauſa ſi e-
jus macula & defectus non ſit ſatis
notus: quia ſi in probatione defe-
cerint ſeveriſſimè puniri debent.

Intellige judicem poſſe recuſa- 31
ri ex hac cauſa, ſivè litiget cum
chriſtiano novo, ſivè cum altero
chriſtiano veterano: quia licet
quo ad chriſtianos veteranos ſit
par cauſa, attamen cum præſu-
matur par odium ab utroque po-
teſt recuſare: quia utrique nocere
poteſt, ut diximus hoc *libro cap.* 2.

Tandem cui differentia, quam
facimus inter chriſtianos vetera- 32
nos, & novos non placuerit, reſ-
pondemus cum *Religioſiſſimo, ac
doctiſſimo viro Martim Torreci-
lla tom.* 2. *de Conſultas apoligias, al
legatos quæſtiones, y varios trata-
dos morales tratado* 1. *apologia en
defenſa del Sagrado Tribunal de la
Inquiſicion de Portugal contra los
chriſtianos nuebos del dicho Reyno en
la repoſta hecha a ſu Alteza por los
chriſtianos nuebos nu.* 71. 72. 73. &
74. ibi: *Paſſa adelante eſte Doctor
con ſu tema, y pera remedio de tan-
tos males, dà un remedio, que es co-
mo ſuyo; y es deſterrar del Reyno eſ-
ta differencia de chriſtianos nuebos,*

*y chriſtianos viejos, el qual dize, que en ſu entender es mui efficàs, y no ſe engaña, porque es efficaciſſimo, a lo menos ſu propueſta pera comprobar ſu delirio, pues con dicha propoſicion ſe manifieſta palpablemente ſu intento; eſto es de la introducion abſoluta del judaiſmo, que eſte ſe haga incontraſtable, y que no aya quien ſe le oponga. Pues ſi no huviera eſta diſtincion, y la vigilancia del Tribunal, que procura tambien eſtinguir con ella; no ay duda, que el Hebraiſmo echara muchas raizes, y cobrara fuerças en contraſtables. Y ſi nò, inveſtiguemos por partes dicho remedio, que de dicha liquidacion quedarà lo dicho patente a todos.*

72 *Dime, Doctor de la ley, de que manera hà de hazerſe dicha extincion? Diràs, que admittiendo a dichos chriſtianos nuebos ſin diſtincion alguna, como a los chriſtianos viejos a las Ordenes, Dignidades, y officios publicos, y à los matrimonios con eſtos. Aſſi lo dàs a entender: pues dizes, que ſon injuſtos los Eſtatutos, que excluen a los deſcendientes de los judios, y condenas el, que nò ayuntandoſe con los chriſtianos viejos, eſtos ſe reduſgan à la meſma novedad, y queden chriſtianos viejos pera ſiempre, y añades ſer lo peor, que nò ſiendo el hombre diviſible, halla la malicia humana modò con que le divide en quartos, y ochòvas y quando no hallan eſtos, lo dividen en partes, y que aſſi mientras las coſas prezentes no ſe mudaren, nò ha de haver mudança en tan grande mal.*

73 *O buen Rabino, ingerto en Moriſco? quieres, que los deſcendientes de los Hebreos en Portugal ſean admittidos à las Dignidades, a las Ordenes, y a Curas de almas? Luego quieres por conſeguiente la irrizion del chriſtianiſmo, y de ſus ritos catholicos; la nullidad de los Sacramentos, la violacion de los Templos, y los Altares, y que ſe profanen ſus ſacrificios, pues ſon quaſi ſynonomos querer el peligro, y dar de bozicos en el, como ſe infiere de las ſagradas letras. y màs en nueſtro cazo, en que el peligro de dichas coſas es evidente, y que nò admite prueba en contrario, como deſpues veremos. Ademàs, que eſſo era lo que pretendieron, y aconſejaron los Iudios de Conſtantinopla a los de Toledo, de quien deſciènden eſtos de Portugal, eſcreviendoles entre outras coſas; lo que ſe ſigue: Hazed clerigos, & frailes vueſtros hijos, pera que facilmente puedan violar los Templos de los chriſtianos, y profanar ſus Sacramentos, y ſacrificios.*

74 *Y que nò pueda hazerſe, o à lo menos, que nò cõvenga la dicha extincion por los medios mencionados, ſe convence con evidencia. Lo primero, porque aſsi ſe infiere del capitulo* 1. Cùm ſit de Iudæis, *donde ſe determina, que los deſcendientes de los Iudios nò puedan pretender en manera alguna cargos, ni officios publicos, y del* capitulo Conſtituit *donde ſe llàmàn ſacrilegos, los que come-*

*cometen dichos officios publicos à los deſcendientes de los Indios.* Vide Marqueſ. in ſuo gubernatore chriſtiano lib. 1. cap. 3. prope finem ibi *outros ay de tronco infamado, & raizes notadas de poca limpeza, y deſtos ſiempre tuve, y tendre por inconviniente que aſciendan a ſemejantes cargos, y ſe les fie la adminiſtracion de la juſticia, porque no podemos negar que es grande la fuerça de la ſangre, ni que los aſciendientes de los tales no fueron idoneos pera juizes, no ſolo porque, como enſeña Santo Thomas, de quien no tiene verdadera fee no ſe puede prezumir Iuſticia firme ſino porque la republica Hebrea, de cujo tronco por la maior parte proceden las ramas que pretende podar eſta doctrina, fue muchas vezes notada de ruines Iuizes como ſe experimentou en los hijos de Samuel, y en los que condenaron a Suzana, y ſe collige de que el Profeta Sofonias llamma a los de Ieruzalem lobos de ſobre tarde, que con la hambre que han padecido todo el dia no deixan pera el ſiguiente. Por lo qual [ a quanto ſe puede creer ] los Romanos, que ſon alabados de amigos de Iuſticia, les quitaron todo conocimiento en cauſas de ſangres, como graves autores han colegido de la reſpueſta que dieron a Pilatos* nobis non licet interficere quemquam *y de la que dio Galion Proconſul de Achaya a los que lhevaron a San Pablo a ſu Tribunal. Y quãdo antes de la venida de Ieſu Chriſto no los uvieran tenido ſino ſanctiſsimos, ſabemos que em pena de ſu muerte en que anduvieron tan injuſtos, y apaſsionados perdieron la autoridad de Iuſgar: de manera que haviendo ſido otro tiempo tan favorecidos de Dios, que aun eſtando cautivos en poder de Reyes Gentiles conſervaron ſus Iuizes naturales, el dia de oy en qualquiera parte del mundo viven ſugetos a los Magiſtrados, que les ponen Principes eſtrangeros, ſin que aya en ſu poder una tan ſola vara de Iuſticia como advierten Tertuliano, San Geronimo; y el Doctor Navarro dize que ha ſido particular merced que Dios ha hecho a ſu Igleſia ſacarles de las manos toda la occaſion de mandar. Attendiendo a eſtas razones el Concilio Toledano quarto ſe ordeno que ſe quitaſſen los officios publicos a los chriſtianos que deſciendem deſta gente, ſegun la interpetracion que dán aquel Canon algunos Doctores curioſos. Y aunque nos pueden reſponder, que vertudes vencen ſeñales. Todavia echar mano de hombres ſoſpechoſos ſobrando otros ſin ſoſpecha ſeria peligrar de balde, que todo Principe prudente deve eſcuſar.* Plura de materia diſcimus in noſtra ſchola politica morali, & chriſtiana paleſtra ſecunda lectione 6. *Alphonſum Alveres Guerreyro in ſpeculo Iuris Pontificij cap. 10. per totum, & Alphonſus Guerreyro in theſauro religionis chriſtianæ cap. 54. per totum.*

## CAPUT. XV.

Parentes an poſſint recuſare ignominioſas nuptias liberorum?

### SUMMARIUM.

1 *Liberi quoad electionem ſtatùs liberi ſunt.*
2 *Prælatus impedientes nuptias coërcere poteſt per cenſuras.*
3 *Prælatus ante ſponſalia validè inita non debet procedere contra parentes recuſantes ignominioſas nuptias filiorum.*
4 *Aliâs dabitur bellum juſtum inter parentes, & Prælatum*
5 *Prælatus pacis, & non diſſentionis actor eſſe debet.*
6 *Vtens ſuo jure non eſt vexandus.*
7 *Parentes habentur ad impediendas ignominioſas nuptias filiorum ante ſponſalia validè contracta.*
8 *Parentes ad dirigenda connubia filiorum jus habent.*
9 *Filij; filiævè matrimonium contrahentes, invitis juſtis parentibus, mortaliter peccant.*
10 *Filiæ ſine conſenſu parentum nubentes ante vigeſimum quintum annum de jure noſtro exhæredantur.*
11 *Nullâ factâ diſtinctione, an dignè, vel indignè.*
12 *Parentes recuſantes ignominioſas nuptias filiorum, eos non impediunt, ſed ad meliores dirigunt.*
13 *Eccleſia libertatem matrimonij non violat prohibendo matrimonia clandeſtina, vel cum conſanguineo, ſeu affini infideli, ac pagano, ſed dirigit ad melius.*
14 *Pater injuſtè renitens ab utraque poteſtate compelli poteſt.*
15 *Parens ex rationabili causâ poteſt præcipere filio, ut cum certa matrimonium contrahat.*
16 *Multò fortiùs poterit filium avertere, nè ignominioſam ducat ante ſponſalia legitimè contracta.*
17 *Libertas matrimonij ex hoc non infringitur; quia cum alijs contrahere poteſt.*
18 *Ex varijs locis ſacræ paginæ probatur parentes poſſe recuſare ignominioſas nuptias filiorum.*
19 *Vna ex multis cauſis, ex quibus matrimonium clandeſtinum fuit prohibitum ea fuit, nè filij citra conſilium parentum matrimonium contraherent.*
20 *In matrimonio contrahendo maturius conſilium requiritur, quàm in cæteris rebus omnibus peragendis.*
21 *Quos amor cæcus conjungit diù non ſervat unanimes.*
22 *Quæ alicui aptè nubere intendit, nubat pari.*
23 *Prælatus non poteſt contra patrem recuſantem procedere, niſi malitiosè impediat.*
24 *Malitiosè non impedit pater, qui*

*qui ante ſponſalia validè contracta nuptias ignominioſas filiorum recuſat.*
25 *Ex duobus malis neceſſarijs minus eſt eligendum.*
26 *Minus malum eſt, quòd pater injuſtas nuptias filiorum recuſet, quàm tot mala, quæ indè ſequuntur.*
27 *Prælatus potiùs bono matrimonio proſpicere debet, quam morem gerere adoleſcentibus, qui cæco amore ducuntur ad tempus.*
28 *Prælatus non debet eſſe facilis in omittendo legitimas denuntiationes.*
29 *Nullum habemus jus, quod cogat Prælatum ad procedendum contra patrem recuſantem, & impedientem ignominioſas nuptias filiorum antè ſponſalia validè contracta.*
30 *Liberis licitum non eſt abuti poteſtate libertatis ſtatûs ad contrahendum indignè.*
31 *Deus coercendo, & puniendo peccantes, libertatem non violat. ſed ad melius dirigit.*
32 *Prælatus non tenetur officium ſuum impartiri injuſtè petenti.*
33 *Ignominia, licet non attendatur poſt ſponſalia, anteà tamen attendi debet.*
34 *Parentes tantùm diſſuadere poſſunt filios, vel paternis precibus, vel minis, non per tormenta, carcerationes, & metum mortis, ſeu ſimilem.*
35 *Non peccat Prælatus jungendo filios etiam indignè contrahentes contra conſenſum patris.*
36 *Poſt ſponſalia ligitimè contracta non poſſunt parentes nuptias, etiam ignominioſas impedire.*
37 *Niſi in grave, & inevitabile damnum Reipublicæ cedat.*
38 *Traduntur DD. de propoſita materiâ agentes.*

NOn nulli recentiores, ijque doctiſsimi non quidem libris evulgatis, ſed privatis ſcriptis, ut audio, ita partem affirmantem ſequuntur, ut oppoſitam non levi nota incurrendam eſſe aſſeverent. Fundamentum eorum eſt: quia ita judiciorum eccleſiæ praxis habet; quantumcumque enim injuria parentes ex conjugijs filiorũ afficiantur, eccleſia ut aiunt filios familias jungit. Secundo quia 1 filij familias quo ad electionem ſtatûs ſunt omnino ſui juris, & à poteſtate paternâ liberi: quare quomodocunque velint contrahere, ſi modo impedimentum eccleſiaſticum non ſubſit, tenebitur prælatus eos jungere; ſi ad eum recurrunt, & quosvis impedientes, ſivè parentes ſint, ſivè conſanguinei per cenſuras ſi opus fuerit, 2 coercère, ne nuptias impediant.

Sit nihilominus prima reſolutio: non licet Prælato ante ſponſalia validè inita à filijs familias utriuſque ſexûs prohibere per cenſuras, vel aliqua alia ratione, nè 3 pa-

parentes ejuſmodi matrimonia ſibi ignominioſa impediant ſi parentes licitè eadem poſſunt impedire. Hęc à nemine negatur, & eſt vel ipſo lumine naturali notum: nam ſi fas ſit prælato prohibere, nè parentes in propoſito eventu iſta conjugia impediant; apertè
4 dabitur bellum juſtum ex utraque parte inter parentem licite nuptias impedientem, & Prælatum per cenſuras eidem parenti, nè id faciat, pręcipientem; quod tamen fieri nulla ratione poteſt. Sic enim poteſtas patria per quam parentes impediunt, & poteſtas eccleſiaſtica, quà Prælatus utitur ſibi mutuo adverſaretur, imò Deus ipſe, qui utriuſque poteſtatis inſtitutor, & ordinator eſt ex doctri-
5 nam *Pauli ad Roman.* 13. non jam pacis, ſed diſcentionis author dicendus eſſet contra ejuſdem *Pau-*
1 *li* aſſertionem 1. *Corint.* 14.

Accedit, quia ſi parentes jus
6 habent ad impediendum, quo jure per Prælatum tutius juris conſervatorem; & cujuſvis ſubditi injuriam patientis patronum, ac defenſorem proprio ſuo jure ſpoliari poſſunt? ſanè id fas non eſſe nemo non videt. Solùm ergo reſtat examinare an parentes ejuſmodi jure potiantur.

Secunda igitur reſolutio ſit: Parentes jus habent ad impediendas nuptias ſibi ignominioſas, vel eti-
7 am pernitioſas ipſis filijs familias utriuſque ſexùs per ordinaria media; ſaltem ante ſponſalia validè contracta hæc eſt *Anton. Cordub. in ſumma q.* 171. *ad finem Menochij tom.* 1. *conſ.* 69. *& Directorij judicum eccleſiaſticorum*, qui tres poſt *Concil. Trident.* ſcripſerunt, aquà alij antiquiores non diſſentiunt, qui pænas civiles contra liberos citra conſenſum parentum contrahentes juſtas eſſe defendunt, in quibus ſunt pluſquam quatuordecim infra citati, nec ullus citabitur fortaſſe Doctor contra propoſitam reſolutionem. Hæc adeò certa videtur, ut oppoſita, non ſolum falſa, ſed, & periculoſa ſcādaloſa; ac reipublicæ pernicioſa, & pacis communis offenſiva videatur. Primo: nam ſi utroque jure conceditur facultas parentibus puniendi liberos citra conſenſum ipſorum contrahentes derogatione dotis, quantò magis impediendi, nè criminoſa matrimonia contrahantur; ſaltem ante contracta ſpōſalia eaſdem pænas juris miniſtrādo, vel alias ſæviores idoneas adhibendo: Vnde *Interreligio cap.* 21. Sic decernit: *An verò parentibus poteſtas permitti debeat liberorum in obedientiâ ſine conſilio & conſenſu parentum contrahentium derogatione, aut ſaltem deminutione dotis, aut aliqua alia via puniendi de hac re ordinariæ poteſtati* [ ſub audi ſęculari ] *cura relinquenda videtur*, hæc Interreligio ubi, ut vides concedit liberos, citra conſenſum parentum contrahentes juſtè poſſe puniri per pænas civiles, nulla facta diſtinctione

filij

filij dignè, vel indignè contrahen
tis. Cum igitur parentes filios poſt
patratam offenſam juſtè punire
poſſint à fortiori antequam patre-
tur earundem pœnarum, incuſſo
timore, vel alia rationabili via, ut
etiam ait *Interreligio* impedire nè
patretur, poterunt ex eodem ju-
re parentum, quod habent indiri-
gendis filiorum connubijs, & im-
pediendis innutilibus ſivè indig-
nis, proficiſcitur præceptum illud
Concilij *Moguntini cap.37.* & *Co-*
8 *lonienſis cap.*43. quo præcipiunt,
ut quantum fieri poſſit, caveant
Parochi, ne filios citra parentum
authoritatem jungant. Hinc eti-
am *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 9.
diligentiſsimè de matrimonio de
crevit; cum anathematiſet Prin-
cipes, ac reipublicæ gubernato-
res, à quibus jura expectantur, ſi
cognoſcant ſubditos contrahere,
nuſquam tamen eiſdem, nihilo-
9 minus parentibus prohibet, ne
impediant, puniant vè contrahen
tium abuſus, ut notat *Anton. Cor
dub. in ſumma q.* 171. Quod eti-
am maximè conſentaneum eſt nō
ſolum rationi ſed etiam Sacris Ca-
nonibus *Can. Aliter* 30. *q.* 5. *ex
Evariſto Papa, & Can. Non om-
nes ex Leone, & Can. Honoran-
tur* 32. *quæſt.* 2. *Ex Ambroſio
poſt Tertul. lib.* 2. ad uxorem aſ-
ſeverantem filios ſine conſen-
ſu parentum, nec ritè, nec ju-
re conjugi. Ex eodem denique
jure emanarunt pœnæ in eoſdem
citra conſenſum parentum con-
trahentes, tam jure communi
cæſareo, quam regnorum parti-
culari ſtatuto; nam filiæ ipſo
facto exhæredantur jure Luſita-
no *lib.* 4. *Ordin. titul.* 76. & *Hiſ-
pano, ac Neapolitano*, ut teſtatur 10
*Sotus*, & Cæſareo ſi ante 25.
annos nubant *Authent. cum de
appellat. cog. §. ſed ſi poſt*, quas le-
ges juſtiſſimas eſſe, nulla etiam
facta diſtinctione de filiâ dignè,
vel indignè nubente, quam ali-
qui faciunt, defendit *Gomeſius
l.* 49. *Tauri num.* 2. *Pint. de ſuc-* 11
*ceſsionibus* 1. *p.* §. 10. *Bald. ad l.
omnem Cod. ad Tertul. & alij
relati per Cotam in Memorabili
verbo nuptiarum Paulus in l. ſi
filia numer.* 2. *Cod. de innofficio-
ſo teſtamento Bald. Novellus de
dote* 6. *part. pravilegio* 16. *numer*
6. *Caſſan. in catal. part.* 12. *con-
ſid.* 49. *Corraſ. miſcel. lib.* 1. *cap.*
17. *Gomes Arias ad l.* 49. *Tau-
ri numer.* 37. *Pereyra ad leges Ca-
ſtellæ lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 1. *Sarmiento ſe-
lectarum lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Pa-
latius, & alij juris conſulti cum
Conimbricenſibus juris Canoni-
ci profeſſoribus *& nos diximus
de munere judicis orph. tract.* 1. *lib.*
1. *cap.* 1. Ex Theologis *Cajet. o-
puſc. in reſp.* 12. *Sotus* 4. *d.* 41. *art.* 5.
*Vict. de matrim.* 2. *p. n.* 12. *& alij te
ſte verò Soto* 4. *d.* 29. *q. & art.* 4. no
vo jure Caſtellæ extēſio facta eſt
ad filias nubētes ultra 25. annos nō
obſtante contraria inſtantia *Na-
varri cap.* 14. *num.* 15. *Covar.* 2. *p.
cap.* 3. §. 8. *num.* 5. & aliquorum

veterum juris conſultorum, qui prædictas leges crediderunt eſſe abrogatas, utpotè contra matrimonij libertatem. Verum id nullo expreſſo jure, nec ex praxi, ut conſtat [ cum jure Hiſpano innoventur, & extendantur ] probare poterunt, immò ex Concilijs, ac Canonibus ſupra citatis juſtas eſſe & maximè è bono eo, non obſcurè colligitur, magiſque ex ſequentibus perſpicuum fiet. Nec ſanè reipublicæ gubernatores per ejus modi legis, vel parentes ipſi, dum talium legum timore incuſſo im-
12 pediunt; nè citra ſuum conſenſum filiæ nubant matrimonij libertatem injuſtè minuunt, vel filios offendunt, ſed potius eorum libertatem dirigunt, & perficiunt, & in maius bonum tum ipſorum, tum familię, tum ipſius matrimonij ordinant: quemadmodum, nec Pontifices libertatem matrimonij
13 violant, dum prohibent ne contrahātur clandeſtinè, nec cum cōſanguineâ, vel affini in certis gradibus, nec cum ſpirituali cognato nec cum infideli pagano; [ Nec verò timendum erit, quod filiæ innuptæ maneant ex timore prædictarum legum, ſi pater conſentire nolit: Nam ex officio judicis cogendus erit conſentire, niſi juſtam cauſam contradicendi habeat *ex l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum*; ex pæna igitur legis, quam etiam
14 in dubio credere debemus eſſe juſtam in primis patet.

Secundò: Pater pro ratione cauſæ poteſt præcipere filio, ut 15
contrahat cum aliqua determinata, ut pro bono pacis, vel alia de cauſa: ergo à fortiori propter ignominiam, & ſcandalum, ac pro commodo ipſius met filij, & ob alia damna, quæ ex indignis nuptijs ſequi ſolent, vitanda, poterit præcipere diſtinctè filio ſuo 16
ne criminosè contrahat: Antecedens ab omnibus recipitur, conſequentia probatur: quia ma- 17
gis offenditur libertas, percipiendo, ut cum certa contrahat, ſic enim ab ducendis omnibus alijs impeditur, quam impediendo, ne cum indignâ aliqua certâ contrahat, adhuc enim manet liber ad ducendas omnes alias penè infinitas, ſivè dignas.

Tertio: parentes ſinè ullo 18
ſcrupulo ignominioſa filiorum utriuſque ſexus conjngia impediri ſolent cum laude, ut paſſim videmus exemplo Patriarcharum: Abraham enim, & Iacob filijs præceperunt, ne de filiabus Canaan acciperent uxores *Gen. 24. & 28.* idemquè apertiùs ex Leg. Divina *exod. 22.* habemus, quæ legi naturali non adverſatur ubi ſic dicitur: ſi ſeduxerit quis virginem nec dum deſponſatam, dormierit què cum eâ, dotabit eam, & habebit eam uxorem: ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis &c. ubi vides poteſtati, ac volūtati patris, nō voluntati ipſius virginis

virginis defloratæ reliquiſſe. Deúm jus naturæ declarando, ut talis virgo nubat, vel non nubat defloratori, & ſi eidem velit nubere, & eſto nullum alium inveniat virum propter vitium deflorationis.

Quarto: una ex multis cauſis
19 ob quas Patres Concilij Trid. matrimonia clandeſtina, irritarunt; hæc fuit, ut notat *Menoch. ſupra-poſt Sotum collect. 3. ad initium, & Petrum Sotum de inſtit. ſacerdotis lect. 4. de matrimonio*, quæ naturæ ipſius rei convenit, ac juri naturali quo parentes in liberos funguntur ſub ſuâ poteſtate exiſtentes; ne citra paternum conſilium aliquid de re tam gravi, ut eſt matrimo-
20 nij vinculum, à quo totum vitæ inſtitutum pendet, filius deliberet. Ipſa enim perpetuitatis ratio, & amoris nexus, quo debent conjuges conglutinari, per quam maturum conſilium in paciſcendis nuptijs expoſcit, nè fortè facti,
21 quod leviter contractum eſt diù contrahentes, ut de more accidit, ſine fructu pæniteat: juſta vulgare illud proverbium: *caſamientos por amores paran en dolores*. Vnde rectè apud *Ovid*. De janira ad Herculem.
22 *Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

Nulla igitur ratione negandum erit jus parentibus ad dirigenda, impedienda vè ſi inepta fuerint ſuorum filiorum, qui magis conſilio indigent.

Quinto probatur utraque reſo-
23 lutio, Prælatus non poteſt prohibere patrem, niſi malitioſè impedientem, ut ex *Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. de reformatione* deducitur illis verbis [quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio matrimonium malitioſè impediri poſſe ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat &c.) at in prædictâ prohibiti- 24
one paternâ non cernitur malitioſum impedimentum: ergo, &c. Minor probatur: nam malitioſè id fieri dicitur, quod injuria fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia, ut in ſpecie exponit *gloſſ. capitis ultimi ad finem de clandeſtinâ diſpenſatione*, calũnia autem dolũ anexum habet apud juris conſultos, ſed dolus, & calumnia non conveniunt in patre: quia ſuo jure utitur, dum peccatum filij ſui prohibet ex obligatione, paternæ correctionis, & injuriam ſuam propullat *ex l. ut vim de juſtit. & jure* quod unicuique ſecundum omnes DD. licet. Quod verò ſi patre inſcio, vel invito contrahat facit parentibus injuriam lædendo jus paternæ poteſtatis conſtat *ex l. unica Cod. de raptu virginum* Idemque diſertè poſt *Hoſtiensè in ſumma de clandeſtin. de matrimonio n. 5* affirmat *Palud. 4. p. d. 2. § 9. & art. 2.* Iuſtè ergo, & nõ malitioſè pater in propoſito eventu nuptias impedire poterit & ex hoc reſpectu Epiſcopus contra parentem ſuo jure utentem ferre cenſuras non poterit, ne bellum juſtum ex utraque parte detur, ne vè poteſtas

eccleſiaſtica poteſtati naturali pa-
rentum adverſetur, quod fieri nō
poſſe patet cum utraque ſit à Deo
totius pacis authore.

Sexto: ex duobus malis minus
25 eſt eligendum ſemper, unde in u-
traque republica minora permit-
tuntur, ut maiora evitentur conſ-
tat autem minus malum eſſe, ſi ul-
lum eſt, quod filij impediantur ab
indignis nuptijs, ut dignè contra-
hant, quam ſcandala, quæ naſce-
rentur ſi parentes impedirentur à
repellenda ſua ignominia deinde
odia, ac diſcordia inter parentes
offenſos, ac filios offendentes, im-
mò inter familias utriuſque con-
jugis exorta: ex quibus malis, quis
non videt multo magis reipublicæ
ſtatum perturbari, potiuſque Præ
latus in propoſito eventu ſecun-
dum regulas politici regiminis fa
vere debet parentibus læſis, quam
filijs lædentibus, ad maiora evitā-
da mala.

Vltimo: Prælatus bonum ma-
26 trimonialis ſtatûs, ſivè matrimo-
nij potiùs debet intendere, quàm
morem gerere adoleſcentibus, qui
cæco ad tempus ducuntur amore:
at quod impediantur indigna con
jugia, ut digna contrahant cedit
in bonum, ac dignitatem ipſius
matrimonij: ergo non debet Prę-
latus impedire parentes in propo-
ſito eventu. Minor probatur: quia
nullo melius implentur bona ma-
trimonij ſcilicet prolis generatio,
& educatio fides mutua obſequio
rum pręſtatio per conjugia digna,
quam per indigna; poſtquam e-
nim ille veſanus libidinis ardor, &
cæcus amor poſt unum vel alterū
annum remiſſus eſt in pænam in
ordinati amoris, vel per reliquum
vitę tempus inter ſe rixari ſolent,
vel uxore derelicta, alio ſolet mari
tus abire; accedit quia filiæ ſi cō-
trahunt citra paternum conſenſū
exhæredari ſolent, atque adeò in
inopia viventes deficilimè onera
matrimonij ſuſtinere conſueve-
runt: filij ægerrime aluntur fides
periculo exponitur ducātium per
diſceſſum juris in alias regiones
provictu quærendo regulariter ſe-
qui ſolet.

Ex dictis colligit *Menoch.* non 27
eſſe licitum Prelato omittere le-
gitimas denuntiationes, quando
probabiliter timetur, ſi pater cer-
tior fiat ab eo impediendum eſſe
ſui filij familias conjugium, quod
quidem veriſſimum eſt, ſi pater
juſtè, & non malitioſe creditur
impediturus.

Ad primum ergo fundamen- 28
tum contrariæ partis, negandum
eſt in praxi eccleſiæ poſitum eſſe
ut cum injuria parentum filios
jungant ante valida ſponſalia, im-
mò, ut patuit ex *Concilio Col. &*
*Mog.* pręcipitur Parochis ne ci-
tra conſenſum parentum eos jun-
gant, quantò magis cum parentū
ignominia, & Canonis Pontificis
ſupra citati cum matrimonia citra
conſenſum parentum iniri vetent,
ac repræhendant, qua ratione ea-
dem conſiliare debebunt.

Ad

Ad ſecundum concedimus fi-
29 lios eſſe liberos ad electionem ſui
ſtatûs non tamen eis liberum omnino eſſe abuti ſuâ libertate ad contrahendum indignè, & cum ignominia parentum, ac proinde fas eſſet parentibus eiſdem tunc contradicere, nec filiorum libertatem contradicendo offendunt, ſed potius perficiunt, quemadmo-
30 dum nec Deus, nec ſuprema Po-
teſtas coercendo, & puniendo peccantes eorum libertatem lædunt, ſed potius dirigunt, non ſecus, atque eccleſia, dum matrimonia clandeſtina, & inter conſanguineos, affines, diſpares cultu & cęteros, quibus impedimenta appoſuit ſine injuriâ libertatis naturalis vetando conjugales contractus irritavit.

31 Sed objicies: Prælatus cujus officium imploratur, tenetur reddere unicuique quod ſuum eſt: ergo filius etiam ad indignè contrahendum, illud implorans, audiendus erit. Nego conſequentiam: quia citra conſenſum parentum, ſi juſtam cauſam contradicendi habēt, ut re vera habent in propoſito ob ignominiam, & injuriam quod ſupponimus à filio committi; non habet filius jus, ut audiatur à Prælato nec legitime ejus officium implorat, quo fungitur Prælatus ad ędificationem, non ad deſtructionem.

32 Vrgebis ſecundo: Ignominia, contraria vè voluntas non eſt impedimentum poſitum ab eccleſia propter quod liceat filium à jure matrimonij ineundi repellere, nec unquam data eſt ad eam coactionem facultas: ergo pater filium indignè contrahentem impedire non poterit. Reſp. Ingenuè tibi concedo, non eſſe impedimentum dirimens nuptias, nec etiam numerari inter impedimenta dirimentia; quia ſolum numerantur inter impedimenta tam dirimentia, quam non dirimentia ea, quæ impediunt generaliter omne matrimonium, quale non eſt voluntas contraria parentum, quæ nō impedit ſecundas nuptias, nec etiam primas, niſi filiorum familias. Nego deinde non eſſe impedimentum ab eccleſiâ expreſſum in conjugis filiorum familias, ut probatur *ex cap. Aliter cap. Non omnis cap. honorantur, ſupra citatis*. Tum *ex concilijs* ſupra adductis percipientibus, ne citra parentum conſenſum filios jungant Parochi; tum ex *Interreligione* faciente facultatem poteſtati ſeculari ad punienda matrimonia ſine conſenſu parentum contracta; niſi autem culpa ſubeſſet in talibus conjugijs injuſtè punirentur à poteſtate ſeculari, injuſtèque eam punitionem *Interreligio*
concederet: Parentibus verò non 33
quamcumque violentam coactionem ad impediendum etiam indigna filiorum connubia concedimus, ſed moderatam rationabilē, ac conſuetam præcipiendo ne faciat objurgādo, minitando; pæ-

nam, legem ſtatuta pro dotis imminutione, vel de domo ejectione ſi id fecerit & ſimilia, quæ paternam correctionem decent, & indignitas facti poſtulaverit; non tamen per tormenta, vel incarcerationem, vel mortis metũ incuſſum &c. atque hoc modò explicandus videtur *Cordub. in ſumma q. 171.* ad finem, dum inquit patres poſſe licitè cogere filios nè cum hac, vel illa contrahant.

34 Inſiſtis adhuc ſaltem non peccare Prælatum jungendo filios etiam indignè contrahentes contra conſenſum parentum: Nam non eſt bonum argumentum filius contrahendo peccat: ergo etiam prælatus conſiliando eaſdem nuptias peccabit cooperando [ eidem pacto quemadmodum non ſequitur peccare judicem, qui cogit infidelem jurare, quem ſcit per falſos Deos juraturum, vel debitorem, qui creditur pejeraturus vel cum cogit pauperem ſolvere debitum, quod non poteſt ſolvere, quin cadat ab ſtatu, vel in ſexcentis alijs ſimilibus ubi actor contra charitatem peccat officium judicis implorando; Reſp. firmam, & certam eſſe contrariam argumenti: Nam antequam ſponſalitia obligatio cõſurgat, non legitimè implorat filius familias officium Iudicis, cum ignominiam, & injuriam parentibus inferat eorum conſenſum prætermittendo, in ſuper què ignominioſe contrahendo, ideò què remittendus eſt filius familias, ut poſtulet patris conſenſum, quod ſi pater juſtam cauſam contradicendi non attulerit, erit à judice non ſolum eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari audiendus filius *l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum*. Poſt ſponſalia verò validè contracta, maior videtur eſſe dubitatio, ideò enim in reſolut. 2. hanc moderationem adhibuimus [ ſaltem ante ſponſalia validè contracta ] cujus rei examen longiorem poſtulat diſputationem crediderim enim, & ſi valida ſint, juſtè poſſe impediri à poteſtate publica, ſi vergant in grave damnum reipublicę, & à judice eccleſiaſtico diſſolvi poſſe, ac debere ad inſtantiam ejus, cujus intereſt, quoties hæc, vel alia rationabilis cauſa intervenerit. Ad exempla verò in confirmatione adducta, dicendum diſparem eſſe rationem: Nam quando inter actorem, & reum cernitur contracta obligatio de juſtitia commutativa tenetur judex ex officio, immò etiam ex juſtitia commutativa, ſi interpelletur, reddere actori, quod ſuum eſt eſto actor cõtra charitatem peccet, eſt enim per ſe judex cuſtos juſtitiæ; inter creditorem verò, & debitorem juſtitia commutativa intervenit, ſine tertij alterius injuria, ac proindè etiam inter actorem interpellantem, & judicem interpellatum. At verò inter volentes contrahere ante ſponſalia non cernitur obligatio juſtitiæ commutativę, ut unum faciat conjugem alterius

35

36

alterius: quare quandiu neuter injuſtè impeditur, non poteſt Prælatus ſe intromittere ad contradicendum parentibus impedientibus, quin eiſdem faciat injuriam lædendo jus naturale patriæ poteſtatis, quod ſuperius ſatis ſuper què confirmatum eſſe videtur, & prepter allegatos parentes poſſe recuſare contradicere ignominioſas nuptias filijs ante contracta ſponſalia ſine metu excommunicationis tradunt *Aquilla ad Rox. de incompatibilitate 3. p. cap. 3. nu. 49. Iulius camponius tom. 3. diſtepceptatione 159. cap. 1. Boſius de contractu matrimonij cap. 11. num. 70. Marinis lib. 2. reſol. cap. 132. à nu. 1. Bonacinas de matrimonio q. 2. puncto 2. Navar. de eod. cap. 22. nu. 37. Sanches de eod. lib. 1. diſp. 14. n. 2. Guterres de eodem cap. 4. num. 4. Azorius Inſt. moralium 3. p. lib. 5. quæſt. 3.*

## CAPUT. XVI.

**Iudex, an & quando ex cauſa ambitionis & cupiditatis recuſari valeat.**

### SUMMARIUM.

1 *Humanus intellectus amore, odio, timore, & cupiditate prævertitur.*

2 *Iudex vel pretio, vel prece, vel ambitione corruptus recuſari poteſt.*

3 *Iudices neque dare, neque accipere debent.*

4 *Oportet Reipublicæ Iudices incorruptos habere.*

5 *A legum rectitudine animus judicis moveri non debet.*

6 *Ad movendum Iudicis animũ potentius nihil ambitione.*

7 *Qui accipit non poteſt non flecti ad favorem donantis.*

8 *Muneribus ipſos Deos capi tradiderunt gentiles.*

9 *Iudex per baratariam corruptus recuſari poteſt.*

10 *Barataria, quæ dicatur.*

11 *Nihil intereſt, quòd judex vel per ſe, vel per uxorem, filios, & alios corrumpatur.*

12 *Etſi pecuniam tantùm accipiat, ut facienda omittat.*

13 *Etſi pecunia in nummo tantùm conſiſtat.*

14 *Etſi tantùm pecunia ſit promiſſa, & a judice acceptata.*

15 *Etſi non pecuniâ, ſed alia re corrumpatur.*

16 *In præſenti pecuniæ appellatione venit omne commodum.*

17 *Ac omne, quod pecuniæ comparatur.*

18 *Procedit etiam in quocumque beneficio collato filijs, vel filiabus.*

19 *Militat etiam ſi recipiatur velamento emptionis.*

20 *Simili velamento multa accipiunt judices.*

21 *Contemplatione officij donatio facta præſumitur.*

22 *Ampliatur etiamſi judex ſub velamento mutui recipiat.*

23 *In-*

23 *Iudex recipiens pecunias ſub velamento mutui baratariam committit.*
24 *Iudex à litigantibus nec ad neceſsitatem ſublevandam mutuum recipere poteſt.*
25 *Remiſsione debiti judex corruptus dicitur.*
26 *In delictis non attenditur modus, ſed affectus.*
27 *Iudex ſubornatus recuſari poteſt, & quid ſit ſubornatio.*
28 *Subornatio ſit per quamcunque perſonam.*
29 *Iudex extorquens poteſt recuſari, & extortio quomodò fiat.*
30 *Iudex cum parte negotians recuſari poteſt.*
31 *Iudicibus prohibitum eſt mercaturam exercere.*
32 *Iudex utens prohibitis manet ſuſpectus quo ad partes cum quibus prohibitis utitur.*
33 *Iudex emens, vel vendens in provincia in cauſis ementium, vel vendentium recuſari poteſt.*
34 *Quamvis per interpoſitam perſonam emat, vel vendat.*
35 *Sive ſit judex inferior, ſivè ſuperior.*
36 *Et licèt palam, & bona fide emat, vel vendat.*
37 *Iudex perpetuus poteſt emere, & vendere.*
38 *Dummodò partes ad emendum aut vendendum non cogat.*
39 *Res ſuorum maiorum omnis Iudex emere poteſt.*
40 *Et omnia, quæ ſunt neceſſaria ad victum, & veſtitum.*
41 *Dummodò à partibus acta litigantibus non emant.*
42 *Quia licèt hoc ſine crimine facere valeant, benè verò recuſantur, niſi partes publicè res venales habeant.*
43 *Iudex nec ab Eccleſiaſticis recipere poteſt.*
44 *Eccleſiaſtici in multis caſibus coram ſæculari reſpondere tenentur.*
45 *Poſſunt conveniri de ſpolio, & reconveniri regularitèr.*
46 *Niſi ex communi certis diebus prædicta munera judicibus dari ſolita ſint.*
47 *Iudex, quamvis poſſit, durante officio acceptare donationem factam ob ſervitia geſta ante officium.*
48 *Rectè tamen recuſatur.*
49 *Non defuerunt DD. aſſerentes, judicem nec ſimilem donationē acceptare poſſe.*
50 *Iudex, ab aliquo hærede inſtituto, vel legatario relicto, in cauſis inſtituentis, ſeu legantis recuſari poteſt.*
51 *Iudici non prohibetur ex ultima voluntate capere.*
52 *Timor revocationis ſufficit, ut judex ſuſpectus reddatur.*
53 *Ex muneribus receptis ante officium judex recuſari poteſt.*
54 *Iudex poteſt accipere munera à non ſubditis.*
55 *Fallit, ſi fiant ratione officij.*

56 *Si poſteà fiat judex ſic donantium recuſari poteſt.*
57 *Iudex recipiens eſculenta, & poculenta, etiam parvi valoris, recuſari poteſt.*
58 *Inter eſculenta juſtitia interdum comeditur, & inter oſſa edulium quieſcit.*
59 *Similia munera, & xenia pro emenda in juſtitia de præſenti, vel de futuro dari ſolent.*
60 *De jure communi judex recuſari non poteſt propter xenia parvi valoris.*
61 *De jure noſtro ſecùs.*
62 *De jure Canonico judex ſive Ordinarius, ſive delegatus eſculenta, & poculenta recipere poteſt.*
63 *Traditur modus, quo ferè omnes judices munera omnia recipiunt, & reprehenditur.*
64 *Iudex colonus, ſeu inquilinus gracioſus recuſari poteſt in cauſis domini fundi, ſeu domus.*
65 *Iudex precibus potentium oppreſſus recuſari poteſt.*
66 *Preces potentium, non preces, ſed juſſus ſunt.*
67 *Maximè ſi rogans ſit ſuperior, vel perſona, à qua multum dependeat.*
68 *His potentibus, quidquid petunt raò denegatur.*
69 *Potentibus placere omnes ſtudent.*
70 *Quidquid volunt potentes agũt omnes.*

QVarta tandem recuſationis cauſa eſt cupiditas, ſeu ambitio judicis; quia inter quatuor, quæ hominum pervertunt judicium eſt cupiditas, quâ præmio animum alicujus corrumpimus, ut probatur *ex capit. quatuor* 78. *cauſa* 11. *quæſt*. 3. ibi: *cupiditate dum præmio animum alicujus corrumpimus*; & docent ſequentes verſus. 1

*Quatuor iſta timor, Odium, dilectio, cenſus*
*Sæpè ſolent hominum rectos pervertere ſenſus*.

De quo multa diximus *in rubricâ noſtri operis de munere judicis Orphanorum*; 2. *part. a numer.* 205. cum plutibus ſequentibus & tradit *Pegas ad Ordin. lib.* 1. *titul.* 65. §. 42. *gloſſ.* 45. & in ſpecie, quod judex recuſari valeat ex causâ cupiditatis, & ambitionis; docent *Scobar. de puritate* 1. *part. quæſt.* 6. §. 6. *Torreſilla tom.* 1. *de los viſitadores conſ.* 4. *per totam Creſpus de Valdaura obſervat.* 9. *a numer.* 76. *Morla in Emporio juris titul.* 2. *in principio Gratianus cap.* 56. *a num.* 48. *Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio numer.* 27. *Guaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 21. *numer.* 48. *Maranta de Ordine judici verbo appellatio num.* 66.

Sit igitur concluſio: quod judex corrùptus; vel pretio, vel 2
prece, vel ambitione recuſari poteſt, ut ultra citatos docet multis

 relatis

relatis *Pegas dicta Gloſſ.* 45. *Be-
rart. in ſpeculo viſitationis ſecu-
laris cap. 6. numer. 37. Landim
de Syndicatu cap. 6.* quia judi-
ces, nec dare, nec accipere de-
3 bent, ut ex multis probat *Flu-
vius Palianus de probationibus lib
2. cap. 44. numer.* 84. Nam op-
portet eum, qui ſervator eſt le-
4 gis, & cuſtos, tam incorrup-
tum eſſe, quam ſummè fieri po-
teſt in humanâ naturâ, adeo ut
juxta ſummam legum rectitudi-
nem animus ejus à juſtitiæ ſemi-
5 ta, nec prætio, nec prece de-
flectatur; & nihil eſt potentius
ad pervertendum humanum ju-
6 dicium, quam cupiditas, & am-
bitio, quod bene ſola luminis
naturalis ratione intellexit *Plato*
aſſerens; quod *qui accipit, non*
7 *poteſt non flecti ad favorem do-
nantis*: quia donis, & mune-
ribus non ſolum homines, ſed
& Deos etiam flecti, ut refert
*Landim de Salario judicum, &*
8 *advocatorum quæſt.* 1. *ubi nu-
mer.* 19. Sequentes verſus refert
ibi:

*Munera Pontifices, ſubvertũt*
*munera Reges,*
*Munera jus ſtatuunt diſtituunt-*
*que ſimul:*
*Munera pervertunt leges, de-*
*creta refellunt,*
*Evacuant patrum jura rigore*
*ſuo.*
*Munera judicij librum mode-*
*rantur, & ipſam,*
*Protinus inflectunt, quo data*
*penſa trahunt;*
*Omnia vincit amor, ſed amorem*
*munera vincunt.*
*Excæcant oculos, præcipitant-*
*que gradus;*
*Munera ſi ceſſent, ceſſabunt jur-*
*gia, lites*
*Mars cadet, & Veneris nullus*
*amicus erit,*
*Munera ſi ceſſent miſeris mor-*
*talibus ultra*
*Clamor, nec luctus, nec dolor*
*ullus erit,*

De quo plura vide in noſtra rubrica ſupra alegata 1. *p.* & 2. quare Vvem *lib. uno epigramma* 17. *ſic ait.*

*Cum Reus eſt dives prætorem*
*nactas avarum,*
*Quid nõ ſperabit poſſe licere ſibi,*
iterum epigrama 79.
*Quid non argento? Quid non cor*
*rumpitur auro?*
*Qui maiora dabit munera vic-*
*tor erit.*

Ampliabis primo: ut proce- 9
dat primo: & principaliter in ju-
dice pecuniâ corrupto per bara-
tariam, quod eſt quando judex 10
officialis aliquid injuſtè facit con
tra præſcriptum Officij exerciti
ob quæ dicuntur hi baractare ju-
ſtitiam *Amadeus de Syndicatu
numer.* 161. *Paris de puteo de eo-
dem verbo Baratariæ numer.* 8.
*Landim de Syndicatu quæſt.* 14.
*numer.* 29. *referendo plures Pe-
gas ad Ordin. libr.* 1. *titul.* 60.
§. 9. *Gloſſ.* 11. qui plures alios
citant *Berart. infra.*

Am-

11 Ampliabis ſecundo: ut procedat, ſivè judex, aut officialis, aut per ſe, aut per uxorem, filios & famulos, aut per quaſcumquè alias perſonas recipiat *Landim ſupra n.30.& 31. Neviſa in Sylva nuptiali lib.5.n.8.* & in ſpecie *Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n. 27. Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.17.n.11. & 35* ubi multos citat.

12 Ampliabis tertio: ut procedat & ſi pecuniam accipiat, ut non faciat facienda, vel ut citò cauſam expediat, vel pro facienda juſtitia *Landim cum multis ſupra n. 32. & 33.& 34.Berart.n.9.& 14.*

13 Ampliabis quarto: ut procedat, & ſi pecunia accepta ſit minima, & in numo tantum conſiſtat, ut cum *Farinacio Maſcard. & alijs tradit Landim ſupra n. 35 & probatur ex Ord.lib.5.titul. 71. §.1.*

14 Ampliabis quinto: ut procedat & ſi tantum pecunia promittatur, & à judice vel officiali ejus promiſſio acceptata ſit *ex Authent. ſed novo jure Cod.de pœnis judicũ Ord.ſupra* §.5. vel ſaltem non recuſetur *Amadeus ſupra num. 166. Landim ſupra alijs relatis n.38.& 39. Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.17.n.22.23. & 24.*

15 Ampliabis ſexto: ut procedat non ſolum quando pecuniam accipit, ſed etiam ſi aliam rem, vel commodum, aut utilitatem ſentiat *Berart. dicto cap. 17. num. 25. Bald.in l.1.Cod.de pœnis judicum,* qui malè judicant, *Landim ſupra nu.* 40. ubi plures citat: quia appellatione pecuniæ in materiâ, de quà agitur venit omne id, quod pro pecunia accipitur, & omne commodum, & omnis utilitas, quæ ſub pecunia in hoc caſu continetur *Barthol.in l.1.* §. *pecuniam ff. de calumniatoribus. Neviſa in ſylva nuptiali verbo quomodo eſt judicandum lib.5.n.101.Berart. cum alijs nu.25. Menoch.de arbitrarijs caſu 342.n.2. cum infinis Barb. appellativo 196.*ubi *n.1.* inquit quod pecuniæ appellatione venit omne 17 univerſale commodum, & ſic omne quod ad pecuniam reduci poteſt, & *num.2.* ait, quod frumentum, & omne id, quod pondere, numero & menſura conſtat pecuniæ appellatione continetur. 16

A prædictis infertur, quod judex poteſt recuſari, ſi ejus filius 18 receperit à litigante aliquod beneficium ſine oppoſitione, ſeu ejus filia fuerit à litigante dotata, aut monialis facta, aut aliquod quodcumque beneficium, ſeu cõmodum eidem judici, vel ſuis obvenerit ex *l.1.*§.*fin.& ex l.3.ff. de calumniatoribus* ibi: *& generaliter ſiquid Omnino compendij ſenſerit propter hoc Berart ſupra nu.26. ubi infinitos refert Bobadilh. lib. 2. politicorum cap.11.n.54.Martienſ in dialogo relatoris 3.p.cap.25.n. 1. & lib.5.tit.71.*§. 8.

Ampliabis ſeptimo: ut procedat & ſi recipiat ſub titulo vendi- 19 tionis, donationis, aut alterius

Kk2 cu-

cujuſcumque contractûs: quia præſumitur recipere ſub velamento Baratarię *per tx. in l. fin. Cod. ad l. Iuliam repetundarum* in illis verbis ibi: *aut dationis, donationis, aut alio velamento cujuſcumque contractûs*: quia Barataria committitur quomodocumque judex, ſeu officialis pecuniam recipiat *Paris de puteo in dicto verbo Barataria n. 4. Berart. dicto cap. 17. num*
20 32. & merito lex ſic præſumit: quia facile partes corrumperent judicem aut officialem, & facile judex, ſeu officialis ſub velamento cujuſcumque contractûs ſe corrumpi pateretur. Hinc dicitur, quod non poteſt judex ſeu officialis ex debitis, & geſtis ante officium aliquid capere durante officio niſi debita clare pateant: quia
21 ſemper præſumitur datum contemplatione officij ob vicinitatem actûs *Archidiachonus in cap. per teſtes 11. q. 3. Paris de puteo ſupra verbo non poſſunt Maſcard. concluſione 164. n. 16. Berart. dicto num. 33.*

Ampliabis octavo: ut proce-
22 dat in judice accipiente pecuniam mutuã à litigatore: quia committit Baratariam *Berart. ſupra n. 33. Puteus verbo Barataria nu. 4.* & in verbo *corruptio cap. 3. num. 1.*
23 *Amadeus de ſindicatu nu. 166.* vel quod aliquid ſub velamento mutui *Maſcard. dicto nu. 4. Menoch. caſu 342. n. 3. cum alijs Berart. nu.*
24 33. quia judices non poſſunt à ſubditis pecuniam mutuam ad negotiandum, nec à litigatoribus ad neceſſitatem ſublevandam cum infinitis *Portug. de donat. regijs 3. p. cap. 32. n. 26. & 33. Landim dicto cap. 14. a n. 41. Ord. lib. 5. tit. 71. §. 9.*

Ampliabis nono, ut procedat 25
quando judici, ſeu officiali fuit aliquod ęs alienum remiſſum *l. 2. l. 3. ff. de calumniatoribus* ibi: *Nihil refert, quâ ex cauſa improbitas, vel corruptio judicis detegatur*: quia in delictis non attenditur modus, ſed affectus per id, quod obſervavit *Vlpianus in l. 1. §. Occiſorum ff. ad Syllianum*, & in terminis iſtis 26
eſt tx. celebris *in l. jubemus Cod. ad l. Iuliam repetundarum Grammat. conſ. 35. n. 8. Menochio ſupra n. 33. Berart. ſupra n. 34. Maſcard. concluſione 453. n. 8.*

Ampliabis decimo: ut procedat in judice ſubornato; qui talis 27
dicitur, quotieſcunque aliquid petit, vel accipit à litigantibus nõ vi ſed ſpõte, ut tradit *Berart. dicto cap. 17. n. 13. Maſtrilhus de magiſtratibus lib. 6. cap. 8. nu. 2. 11. & 26.* ſivè per ſe recipiât ſivè per uxo-
rẽ, filios, famulos aut aliã interpoſi 28
tã perſonã *ex l. fin. Cod. ad l. Iulliã repetundarũ* ibi *ſivè per ſe, ſivè per interpoſitam l. 2. ff. de Calumniatoribus* ad illa verba ibi: *nec refert ipſe pecuniam acceperit, an alij dari juſſerit; vel acceptum ſuo nomine ratum habuerit Ord. lib. 5. titul. 71. in principio & §. 1. Berart. ſupra dicto n. 13. n. 35. & 40. ubi plures refert, & ſupra diximus Landim*

*dim ſupra num.* 44.
29 Ampliabis undecimo: ut pro-
cedat in judice, qui per concuſſio
nem videlicet per minas, per car-
ceres per metum violentum pecu
nias vel id, quod appellatione
pecuniæ continetur à litigantibus
extorſerit. *Landim de ſindicatu cap*
15. *per totum Berart. in ſpeculo viſi*
*tationis ſecularis cap. 17. n. 8. & 36*
quam ob cauſam non tantum à
parte adverſa recuſari poteſt, ſed
etiam ab ipſa parte, aqua pecuni-
as extorſit.
Ampliabis duodecimo: ut pro
30 cedat in judice negotiante cum
aliqua parte: quia judicibus om-
nino prohibitum eſt negotiare, &
31 ſi ſint perpetui, ut ſenatores, qui
nullo modo poſſunt mercaturã ex
ercere *Portug. de donationibus re-*
*giis 3. p. cap. 32. n. 32. Xamar de of-*
32 *ficio judicis q. 19. n. 37. Fachin. lib.*
2. *controverſ. cap.* 78. & judex utẽs
prohibitis, manet ſuſpectus ad fa-
vorem illorum, cum quibus pro-
hibitis uſus eſſet *Fontanella deciſ.*
9. *n.* 23. & nos jam diximus.
A quibus infertur, quod judex
33 poteſt recuſari, tamquam ſuſpec-
tus, ſi in provincia in quâ guber-
nat, durante officio, emat vel aliud
contractum fecererit cum ſubdi-
to reſpectu cujus manet ſuſpectus
quia cum illo uſus eſt prohibitis,
ſiquidem judices in provintiâ, in
quâ gubernant, durante officio
emere aut aliud contractum face-
re, nequeunt ex noſtrâ *Ord. lib.* 4.
*tit.* 15 *ubi latè Barb. l. unica Cod. de*
*contractibus judicum ubi Barb. n.* 6
*infinitos citat latiſsimè Portug. de*
*donationibus regiis 3. p. cap. 32. per*
*totum* ubi omnes de materia agen-
tes commulavit.
Extende primo limittationem, 34
ut procedat, & ſi per interpoſi-
tam perſonam emant, vel contra-
hant: quia etiam hoc eis prohibi-
tum eſt *Barb. in d. l. unica n.* 7. *Pe-*
*regrin. de jure fiſci lib. 4. tit. 7. n.* 9.
*Tiraquellus de nobilitate cap.* 37. *n.*
109. *cum aliis Portug. ſupra n.* 8.
*ubi plura jura, & DD. citat.*
Extende ſecundo: ut procedat 35
tam in judicibus inferioribus,
quam ſuperioribus: quia omni-
bus æquè eſt prohibitum *Barb.*
*cum multis n.* 9. *Molina de juſtitiâ*
*tom. 2. diſput.* 343. *in principio.*
Extende tertiò: quamvis pa- 36
lam, & bonâ fide emant: quia e-
tiam in hoc caſu, hoc eis eſt pro-
hibitum, & ſi authoritate judicis
emant *Barb. in d. l. unica n.* 12. *Fa-*
*chineus lib. 2. cap.* 79. *Peregrin. ſu-*
*pra n.* 12. *Portug. ſupra n.* 6. *ubi mul*
*tos refert Alphõſus Guerreyro meæ*
*familiæ ſplendor maximus in The-*
*ſauro religionis Chriſtianæ cap.* 54.
*nu.* 1. & 2. quem refert & *ſe-*
*quitur Queſada Pilo controverſ.*
*forenſ. cap.* 43. *n.* 20.
Reſtringè illationem primo:
ut non procedat in judicibus per- 37
petuis, quibus licitum eſt emere à
ſubditis, vel vendere ſubditis, eti-
am durante officio; quia aliter pri
varẽtur omni commertio, ut cum
veriori, & communiori ſententiâ

eccleſiaſtica poteſtati naturali parentum adverſetur, quod fieri nõ poſſe patet cum utraque ſit à Deo totius pacis authore.

Sexto: ex duobus malis minus
25 eſt eligendum ſemper, unde in utraque republica minora permittuntur, ut maiora evitentur conſtat autem minus malum eſſe, ſi ullum eſt, quod filij impediantur ab indignis nuptijs, ut dignè contrahant, quam ſcandala, quæ naſcerentur ſi parentes impedirentur à repellenda ſua ignominia deinde odia, ac diſcordia inter parentes offenſos, ac filios offendentes, immò inter familias utriuſque conjugis exorta: ex quibus malis, quis non videt multo magis reipublicæ ſtatum perturbari, potiuſque Præ latus in propoſito eventu ſecundum regulas politici regiminis fa vere debet parentibus læſis, quam filijs lædentibus, ad maiora evitãda mala.

Vltimo: Prælatus bonum ma-
26 trimonialis ſtatûs, ſivè matrimonij potiùs debet intendere, quàm morem gerere adoleſcentibus, qui cæco ad tempus ducuntur amore: at quod impediantur indigna con jugia, ut digna contrahant cedit in bonum, ac dignitatem ipſius matrimonij: ergo non debet Pręlatus impedire parentes in propoſito eventu. Minor probatur: quia nullo melius implentur bona matrimonij ſcilicet prolis generatio, & educatio fides mutua obſequiorum pręſtatio per conjugia digna, quàm per indigna; poſtquam enim ille veſanus libidinis ardor, & cæcus amor poſt unum vel alterũ annum remiſſus eſt in pænam inordinati amoris, vel per reliquum vitę tempus inter ſe rixari ſolent, vel uxore derelicta, alio ſolet maritus abire; accedit quia filiæ ſi cõtrahunt citra paternum conſenſũ exhæredari ſolent, atque adeò in inopia viventes deficilimè onera matrimonij ſuſtinere conſueverunt: filij ægerrime aluntur fides periculo exponitur ducãtium per diſceſſum juris in alias regiones provictu quærendo regulariter ſequi ſolet.

Ex dictis colligit *Menoch.* non 27
eſſe licitum Prçlato omittere legitimas denuntiationes, quando probabiliter timetur, ſi pater certior fiat ab eo impediendum eſſe ſui filij familias conjugium, quod quidem veriſſimum eſt, ſi pater juſtè, & non malitioſe creditur impediturus.

Ad primum ergo fundamen- 28
tum contrariæ partis, negandum eſt in praxi eccleſiæ poſitum eſſe ut cum injuria parentum filios jungant ante valida ſponſalia, immò, ut patuit ex *Concilio Col. & Mog.* pręcipitur Parochis ne citra conſenſum parentum eos jungant, quantò magis cum parentũ ignominia, & Canonis Pontificis ſupra citati cum matrimonia citra conſenſum parentum iniri vetent, ac repræhendant, qua ratione eadem conſiliare debebunt.

Ad

Ad ſecundum concedimus fi-
29 lios eſſe liberos ad electionem ſui
ſtatûs non tamen eis liberum om-
nino eſſe abuti ſuà libertate ad
contrahendum indignè , & cum
ignominia parentum , ac proinde
fas eſſet parentibus eiſdem tunc
contradicere , nec filiorum liber-
tatem contradicendo offendunt ,
ſed potius perficiunt , quemadmo
dum nec Deus , nec ſuprema Po-
30 teſtas coercendo , & puniendo
peccantes eorum libertatem læ-
dunt , ſed potius dirigunt , non ſe-
cus , atque eccleſia , dum matri-
monia clandeſtina , & inter con-
ſanguineos , affines , diſpares cul-
tu & cęteros , quibus impedimen-
ta appoſuit ſine injuriâ libertatis
naturalis vetando conjugales con-
tractus irritavit.

31 Sed objicies : Prælatus cujus of
ficium imploratur, tenetur redde-
re unicuique quod ſuum eſt : ergo
filius etiam ad indignè contrahen
dum , illud implorans , audiendus
erit. Nego conſequentiam : quia
citra conſenſum parentum , ſi juſ-
tam cauſam contradicendi habẽt,
ut re vera habent in propoſito ob
ignominiam , & injuriam quod
ſupponimus à filio committi ; non
habet filius jus , ut audiatur à Præ
lato nec legitime ejus officium im
plorat, quo fungitur Prælatus ad ę-
dificationem , non ad deſtructio-
nem.

Vrgebis ſecundo : Ignominia ,
32 contraria vè voluntas non eſt im-
pedimentum poſitum ab eccleſia
propter quod liceat filium à jure
matrimonij ineundi repellere ,
nec unquam data eſt ad eam coa-
ctionem facultas : ergo pater fili-
um indignè contrahentem impe-
dire non poterit. Reſp. Ingenuè
tibi concedo , non eſſe impedi-
mentum dirimens nuptias, nec eti
am numerari inter impedimenta
dirimentia ; quia ſolum numeran-
tur inter impedimenta tam diri-
mentia , quam non dirimentia ea,
quæ impediunt generaliter omne
matrimonium , quale non eſt vo-
luntas contraria parentum , quæ
nõ impedit ſecundas nuptias , nec
etiam primas , niſi filiorum fami-
lias. Nego deinde non eſſe impe-
dimentum ab eccleſià expreſſum
in conjugis filiorum familias , ut
probatur *ex cap. Aliter cap. Non
omnis cap. honorantur , ſupra cita-
tis*. Tum *ex concilijs* ſupra addu-
ctis percipientibus , ne citra pa-
rentum conſenſum filios jungant
Parochi ; tum ex *Interreligione*
faciente facultatem poteſtati ſe-
culari ad punienda matrimonia
ſine conſenſu parentum contrac-
ta ; niſi autem culpa ſubeſſet in
talibus conjugijs injuſtè punirẽn-
tur à poteſtate ſeculari , injuſtè-
que eam punitionem *Interreligio*
concederet: Parentibus verò non 33
quamcumque violentam coactio-
nem ad impediendum etiam in-
digna filiorum connubia concedi
mus, ſed moderatam rationabilẽ,
ac conſuetam præcipiendo ne
faciat objurgãdo, minitando; pæ-

nam, legem ſtatuta pro dotis im-
minutione, vel de domo ejectio-
ne ſi id fecerit & ſimilia, quæ pa-
ternam correctionem decent, &
indignitas facti poſtulaverit; non
tamen per tormenta, vel incarce-
rationem, vel mortis metū incuſ-
ſum &c. atque hoc modò explican
dus videtur. *Cordub. in ſumma q.*
171. ad finem., dum inquit patres
poſſe licite cogere filios nè cum
hac, vel illa contrahant.

34 Inſiſtis adhuc ſaltem non pec-
care Prælatum jungendo filios eti
am indignè contrahentes contrà
conſenſum parentum: Nam non
eſt bonum argumentum filius con
trahendo peccat: ergo etiam præ-
latus conſiliando eaſdem nuptias
peccabit cooperando [ eidem pa-
cto quemadmodum non ſequitur
peccare judicem, qui cogit infi-
delem jurare, quem ſcit per falſos
Deos juraturum, vel debitorem,
qui creditur pejeraturus vel cum
cogit pauperem ſolvere debitum,
quod non poteſt ſolvere, quin ca-
dat ab ſtatu, vel in ſexcentis alijs
ſimilibus ubi actor contra chari-
tatem peccat officium judicis im-
plorando; Reſp. firmam, & certam
eſſe contrariam argumenti: Nam
antequam ſponſalitia obligatio cō
ſurgat, non legitimè implorat fi-
lius familias officium Iudicis, cum
ignominiam, & injuriam parenti-
bus inferat eorum conſenſum præ
termittendo, in ſuper que ignomi
nioſe contrahendo, ideò què re-
mittendus eſt filius familias, ut
poſtulet patris conſenſum, quod
ſi pater juſtam cauſam contradi-
cendi non attulerit, erit à judice
non ſolum eccleſiaſtico, ſed etiam
ſeculari audiendus filius *l. qui libe-
ros ff. de ritu nuptiarum*. Poſt ſpon
ſalia verò validè contracta, maior
videtur eſſe dubitatio, ideò enim
in reſolut. 2. hanc moderationem
adhibuimus [ ſaltem ante ſponſa- 35
lia validè contracta ] cujus rei ex-
amen longiorem poſtulat diſputa-
tionem crediderim enim, & ſi va- 36
lida ſint, juſtè poſſe impediri à
poteſtate publica, ſi vergant in
grave damnum reipublicę, & à
judice eccleſiaſtico diſſolvi poſſe,
ac debere ad inſtantiam ejus, cu-
jus intereſt, quoties hæc, vel alia
rationabilis cauſa intervenerit. Ad
exempla verò in confirmatione
adducta, dicendum diſparem eſ-
ſe rationem: Nam quando inter
actorem, & reum cernitur con-
tracta obligatio de juſtitia com-
mutativa tenetur judex ex officio,
immò etiam ex juſtitia commuta-
tiva, ſi interpelletur, reddere ac-
tori, quod ſuum eſt eſto actor cō-
tra charitatem peccet, eſt enim
per ſe judex cuſtos juſtitiæ; inter
creditorem verò, & debitorem
juſtitia commutativa intervenit,
ſine tertij alterius injuria, ac pro-
indè etiam inter actorem inter-
pellantem, & judicem interpel-
latum. At verò inter volentes con
trahere ante ſponſalia non cerni-
tur obligatio juſtitiæ commutati-
vę, ut unum faciat conjugem al-
terius

alterius: quare quandiu neuter in-juſtè impeditur, non poteſt Prælatus ſe intromittere ad contradicendum parentibus impedientibus, quin eiſdem faciat injuriam lædendo jus naturale patriæ poteſtatis, quod ſuperius ſatis ſuperque confirmatum eſſe videtur, & propter allegatos parentes poſſe recuſare contradicere ignominioſas nuptias filijs ante contracta ſponſalia ſine metu excommunicationis tradunt *Aquilla ad Rox. de incompatibilitate 3. p. cap. 3. nu. 49. Iulius camponius tom. 3. diſceptatione 159. cap. 1. Boſius de contractu matrimonij cap. 11. num. 70. Marinis lib. 2. reſol. cap. 131. a nu. 1. Bonacinas de matrimonio q. 2. puncto 2. Navar. de eod. cap. 22. nu. 37. Sanches de eod. lib. 1. diſp. 14. n. 2. Guterres de eodem cap. 4. num. 4. Azorius Inſt. moralium 3. p. lib. 5. quæſt. 3.*

## CAPUT. XVI.

Iudex, an & quando ex cauſa ambitionis & cupiditatis recuſari valeat.

### SUMMARIUM.

1 *Humanus intellectus amore, odio, timore, & cupiditate prævertitur.*

2 *Iudex vel pretio, vel prece, vel ambitione corruptus recuſari poteſt.*

3 *Iudices neque dare, neque accipere debent.*

4 *Oportet Reipublicæ Iudices incorruptos habere.*

5 *A legum rectitudine animus judicis moveri non debet.*

6 *Ad movendum Iudicis animũ potentius nihil ambitione.*

7 *Qui accipit non poteſt non flecti ad favorem donantis.*

8 *Muneribus ipſos Deos capi tradiderunt gentiles.*

9 *Iudex per baratariam corruptus recuſari poteſt.*

10 *Baratarìa, quæ dicatur.*

11 *Nihil intereſt, quòd judex vel per ſe, vel per uxorem, filios, & alios corrumpatur.*

12 *Etſi pecuniam tantùm accipiat, ut facienda omittat.*

13 *Etſi pecunia in nummo tantũm conſiſtat.*

14 *Etſi tantùm pecunia ſit promiſſa, & à judice acceptata.*

15 *Etſi non pecuniâ, ſed alia re corrumpatur.*

16 *In præſenti pecuniæ appellatione venit omne commodum.*

17 *Ac omne, quod pecuniæ comparatur.*

18 *Procedit etiam in quocumque beneficio collato filijs, vel filiabus.*

19 *Militat etiamſi recipiatur velamento emptionis.*

20 *Simili velamento multa accipiunt judices.*

21 *Contemplatione officij donatio facta præſumitur.*

22 *Ampliatur etiamſi judex ſub velamento mutui recipiat.*

23 *In-*

23 *Iudex recipiens pecunias ſub velamento mutui baratariam committit.*
24 *Iudex à litigantibus nec ad neceſsitatem ſublevandam mutuum recipere poteſt.*
25 *Remiſsione debiti judex corruptus dicitur.*
26 *In delictis non attenditur modus, ſed affectus.*
27 *Iudex ſubornatus recuſari poteſt, & quid ſit ſubornatio.*
28 *Subornatio fit per quamcunque perſonam.*
29 *Iudex extorquens poteſt recuſari, & extortio quomodò fiat.*
30 *Iudex cum parte negotians recuſari poteſt.*
31 *Iudicibus prohibitum eſt mercaturam exercere.*
32 *Iudex utens probibitis manet ſuſpectus quo ad partes cum quibus probibitis utitur.*
33 *Iudex emens, vel vendens in provincia in cauſis ementium, vel vendentium recuſari poteſt.*
34 *Quamvis per interpoſitam perſonam emat, vel vendat.*
35 *Sive ſit judex inferior, ſivè ſuperior.*
36 *Et licèt palam, & bona fide emat, vel vendat.*
37 *Iudex perpetuus poteſt emere, & vendere,*
38 *Dummodò partes ad emendum aut vendendum non cogat.*
39 *Res ſuorum maiorum omnis Iudex emere poteſt.*
40 *Et omnia, quæ ſunt neceſſaria ad victum, & veſtitum.*
41 *Dummodò à partibus actu litigantibus non emant.*
42 *Quia licèt hoc ſine crimine facere valeant, benè verò recuſantur, niſi partes publicè res venales habeant.*
43 *Iudex nec ab Eccleſiaſticis recipere poteſt.*
44 *Eccleſiaſtici in multis caſibus coram ſæculari reſpondere tenentur.*
45 *Poſſunt conveniri de ſpolio, & reconveniri regularitèr.*
46 *Niſi ex communi certis diebus prædicta munera judicibus dari ſolita ſint.*
47 *Iudex, quamvis poſſit, durante officio acceptare donationem factam ob ſervitia geſta ante officium.*
48 *Rectè tamen recuſatur.*
49 *Non defuerunt DD. aſſerentes, judicem nec ſimilem donatione acceptare poſſe.*
50 *Iudex, ab aliquo hærede inſtituto, vel legatario relicto, in cauſis inſtituentis, ſeu legantis recuſari poteſt.*
51 *Iudici non prohibetur ex ultima voluntate capere.*
52 *Timor revocationis ſufficit, ut judex ſuſpectus reddatur.*
53 *Ex muneribus receptis ante officium judex recuſari poteſt.*
54 *Iudex poteſt accipere munera à non ſubditis.*
55 *Fallit, ſi fiant ratione officij.*

56 *Si*

56 *Si poſteà fiat judex ſic donantium recuſari poteſt.*
57 *Iudex recipiens eſculenta, & poculenta, etiam parvi valoris, recuſari poteſt.*
58 *Inter eſculenta juſtitia interdum comeditur, & inter oſſa edulium quieſcit.*
59 *Similia munera, & xenia pro emenda in juſtitia de præſenti, vel de futuro dari ſolent.*
60 *De jure communi judex recuſari non poteſt propter xenia par vi valoris.*
61 *De jure noſtro ſecùs.*
62 *De jure Canonico judex ſive Ordinarius, ſive delegatus eſculenta, & poculenta recipere poteſt.*
63 *Traditur modus, quo ferè omnes judices munera omnia recipiunt, & reprehenditur.*
64 *Iudex colonus, ſeu inquilinus graciosus recuſari poteſt in cauſis domini fundi, ſeu domus.*
65 *Iudex precibus potentium oppreſſus recuſari poteſt.*
66 *Preces potentium, non preces, ſed juſſus ſunt.*
67 *Maximè ſi rogans ſit ſuperior, vel perſona, à qua multum dependeat.*
68 *His potentibus, quidquid petunt raro denegatur.*
69 *Potentibus placere omnes ſtudent.*
70 *Quidquid volunt potentes agūt omnes.*

Quarta tandem recuſationis cauſa eſt cupiditas, ſeu ambitio judicis; quia inter quatuor, quæ hominum pervertunt judicium eſt cupiditas, quà præmio animum alicujus corrumpimus, ut probatur *ex capit. quatuor* 78. *cauſa* 11. *quæſt.* 3. ibi: *cupiditate dum præmio animum alicujus corrumpimus*; & docent ſequentes verſus. 1

*Quatuor iſta timor, Odium dilectio, cenſus*
*Sæpè ſolent hominum rectos pervertere ſenſus,*

De quo multa diximus *in rubricâ noſtri operis de munere judicis Orphanorum*; 2. *part. a numer.* 205. cum pluribus ſequentibus & tradit *Pegas. ad Ordin. lib.* 1. *titul.* 65. §. 42. *gloſſ.* 45. & in ſpecie, quod judex recuſari valeat ex causâ cupiditatis, & ambitionis; docent *Scobar de puritate* 1. *part. quæſt.* 6. §. 6. *Torreſilla tom.* 1. *de los viſitadores conſ.* 4. *per totam Creſpus de Valdaura obſervat.* 9. *a numer.* 76. *Morla in Emporio juris titul.* 2. *in principio Gratianus cap.* 56. *a num.* 48. *Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio numer.* 27. *Guaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 21. *numer.* 48. *Maranta de Ordine judic. verbo appellatio num.* 66.

Sit igitur concluſio: quod judex corruptus, vel pretio, vel prece, vel ambitione recuſari poteſt, ut ultra citatos docet multis 2

relatis *Pegas dicta Gloſſ.* 45. *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap. 6. numer.* 37. *Landim de Syndicatu cap. 6.* quia judices, nec dare, nec accipere de-
3 bent, ut ex multis probat *Flavius Palianus de probationibus lib* 2. *cap.* 44. *numer.* 84. Nam oportet eum, qui ſervator eſt le-
4 gis, & cuſtos, tam incorruptum eſſe, quam ſummè fieri poteſt in humanâ naturâ, adeo ut juxta ſummam legum rectitudinem animus ejus à juſtitiæ ſemi-
5 ta, nec prætio, nec prece deflectatur; & nihil eſt potentius ad pervertendum humanum ju-
6 dicium, quam cupiditas, & ambitio, quod bene ſola luminis naturalis ratione intellexit *Plato* aſſerens; quod *qui accipit, non*
7 *poteſt non flecti ad favorem donantis*: quia donis, & muneribus non ſolum homines, ſed & Deos etiam flecti, ut refert *Landim de Salario judicum, &*
8 *advocatorum quæſt.* 1. *ubi numer.* 19. Sequentes verſus refert ibi:

*Munera Pontifices, ſubvertũt munera Reges,*
*Munera jus ſtatuunt diſtituuntque ſimul:*
*Munera pervertunt leges, decreta refellunt,*
*Evacuant patrum jura rigore ſuo.*
*Munera judicij librum moderantur, & ipſam,*
*Protinus inflectunt, quo data penſa trahunt;*
*Omnia vincit amor, ſed amorem munera vincunt.*
*Excæcant oculos, præcipitantque gradus;*
*Munera ſi ceſſent, ceſſabunt jurgia, lites*
*Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit,*
*Munera ſi ceſſent miſeris mortalibus ultra*
*Clamor, nec luctus, nec dolor ullus erit,*

De quo plura vide in noſtra rubrica ſupra alegata 1. *p.* & 2. quare Vvem *lib. uno epigramma* 17. *ſic ait.*

*Cum Reus eſt dives prætorem nactas avarum,*
*Quid nõ ſperabit poſſe licere ſibi,*

iterum epigrama 79.

*Quid non argento? Quid non corrumpitur auro?*
*Qui maiora dabit munera victor erit.*

Ampliabis primo: ut proce- 9
dat primo: & principaliter in judice pecuniâ corrupto per baratariam, quod eſt quando judex 10
officialis aliquid injuſtè facit contra præſcriptum Officij exerciti ob quæ dicuntur hi baractare juſtitiam *Amadeus de Syndicatu numer.* 161. *Paris de puteo de eodem verbo Barataria numer.* 8. *Landim de Syndicatu quæſt.* 14. *numer.* 29. *referendo plures Pegas ad Ordin. libr.* 1. *titul.* 60. §. 9. *Gloſſ.* 11. qui plures alios citant *Berart. infra.*

Am-

11 Ampliabis ſecundo: ut procedat, ſivè judex, aut officialis, aut per ſe, aut per uxorem, filios & famulos, aut per quaſcumquè alias perſonas recipiat *Landim ſupra n.*30.*&* 31. *Neviſa in Sylva nuptiali lib.*5.*n.*8. & in ſpecie *Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n.*27. *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.*17.*n.*11. *&* 35 ubi multos citat.

12 Ampliabis tertio: ut procedat & ſi pecuniam accipiat, ut non faciat facienda, vel ut citò cauſam expediat, vel pro facienda juſtitia *Landim cum multis ſupra n.* 32. *&* 33. *&* 34. *Berart. n.*9. *&* 14.

13 Ampliabis quarto: ut procedat, & ſi pecunia accepta ſit minima, & in numo tantum conſiſtat, ut cum *Farinacio Maſcard. & alijs tradit Landim ſupra n.* 35 *& probatur ex Ord. lib.*5. *titul.* 71. §. 1.

14 Ampliabis quinto: ut procedat & ſi tantum pecunia promittatur, & à judice vel officiali ejus promiſſio acceptata ſit *ex Authent. ſed novo jure Cod. de pœnis judicũ Ord. ſupra* §. 5. vel ſaltem non recuſetur *Amadeus ſupra num.* 166. *Landim ſupra alijs relatis n.*38. *&* 39. *Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap.*17.*n.*22. 23. *&* 24.

15 Ampliabis ſexto: ut procedat non ſolum quando pecuniam accipit, ſed etiam ſi aliam rem, vel commodum, aut utilitatem ſentiat *Berart. dicto cap.* 17. *num.* 25. *Bald. in l.*1. *Cod. de pœnis judicum,* qui malè judicant, *Landim ſupra nu.* 40. ubi plures citat: quia 16
appellatione pecuniæ in materiâ, de quâ agitur venit omne id, quod pro pecunia accipitur, & omne commodum, & omnis utilitas, quæ ſub pecunia in hoc caſu continetur *Barthol. in l.* 1. §. *pecuniam ff. de calumniatoribus. Neviſa in ſylva nuptiali verbo quomodo eſt judicandum lib.*5.*n.*101. *Berart. cum alijs nu.*25. *Menoch. de arbitrarijs caſu* 342.*n.*2. *cum infinis Barb. appellativo* 196. ubi *n.*1. inquit quod pecuniæ appellatione venit omne 17
univerſale commodum, & ſic omne quod ad pecuniam reduci poteſt, & *num.*2. ait, quod frumentum, & omne id, quod pondere, numero & menſura conſtat pecuniæ appellatione continetur.

A prædictis infertur, quod judex poteſt recuſari, ſi ejus filius 18
receperit à litigante aliquod beneficium ſine oppoſitione, ſeu ejus filia fuerit à litigante dotata, aut monialis facta, aut aliquod quodcumque beneficium, ſeu cõmodum eidem judici, vel ſuis obvenerit ex *l.*1. §. *fin. & ex l.*3. *ff. de calumniatoribus* ibi: *& generaliter ſi quid Omnino compendij ſenſerit propter hoc Berart ſupra nu.*26. *ubi infinitos refert Bobadilh. lib.* 2. *politicorum cap.*11.*n.*54. *Martienſ in dialogo relatoris* 3.*p.cap.*25.*n.* 1. *& lib.*5.*tit.*71.§. 8.

Ampliabis ſeptimo: ut procedat & ſi recipiat ſub titulo venditionis, donationis, aut alterius 19

cujuſcumque contractùs : quia
præſumitur recipere ſub velamen
to Barataręe *per tx.in l.fin.Cod. ad*
*l.Iuliam repetundarum* in illis ver-
bis ibi: *aut dationis* , *donationis*,
*aut alio velamento cujuſcumque*
*contractùs* : quia Barataria com-
mittitur quomodocumque judex,
ſeu officialis pecuniam recipiat
*Paris de puteo in dicto verbo Bara-*
*taria n.4.Berart.dicto cap.17. num*
20 32. & merito lex ſic præſumit:
quia facile partes corrumperent
judicem aut officialem, & facile
judex, ſeu officialis ſub velamen-
to cujuſcumque contractùs ſe cor
rumpi pateretur. Hinc dicitur,
quod non poteſt judex ſeu officia-
lis ex debitis, & geſtis ante offici-
um aliquid capere durante officio
niſi debita clare pateant : quia
21 ſemper præſumitur datum con-
templatione officij ob vicinitá-
tem actùs *Archidiachonus in cap.*
*per teſtes 11.q.3. Paris de puteo ſu-*
*pra verbo non poſſunt Maſcard.*
*concluſione 164.n.16.Berart. dicto*
*num.33.*

Ampliabis octavo : ut proce-
22 dat in judice accipiente pecuni-
am mutuã à litigatore: quia com-
mittit Baratariam *Berart.ſupra n.*
33. *Puteus verbo Barataria nu.* 4.
& in verbo *corruptio cap.3. num.1.*
*Amadeus de ſindicatu nu.* 166. vel
23 quod aliquid ſub velamento mu-
tui *Maſcard.dicto nu.* 4. *Menoch.*
*caſu 342.n.3.cum alijs Berart. nu.*
24 33. quia judices non poſſunt à ſub
ditis pecuniam mutuam ad nego-
ciandum, nec à litigatoribus ad
neceſſitatem ſublevandam cum
infinitis *Portug. de donat. regijs 3.*
*p.cap.32.n.26.& 33. Landim dic-*
*to cap.14.a n.41.Ord.lib.5.tit. 71.*
*§.9.*

Ampliabis nono, ut procedat 25
quando judici, ſeu officiali fuit
aliquod ęs alienum remiſſum *l. 2.*
*l.3.ff.de calumniatoribus* ibi: *Nihil*
*refert, quâ ex cauſa improbitas, vel*
*corruptio judicis detegatur*; quia in
delictis non attenditur modus,
ſed affectus per id, quod obſerva-
vit *Vlpianus in l.1.§. Occiſorum ff.*
*ad Syllianum*, & in terminis iſtis 26
eſt tx. celebris *in l. jubemus Cod.*
*ad l. Iuliam repetundarum Gram-*
*mat.conſ. 35. n. 8. Menochio ſupra*
*n.33.Berart.ſupra n.34. Maſcard.*
*concluſione 453.n.8.*

Ampliabis decimo: ut proce-
dat in judice ſubornato, qui talis 27
dicitur, quotiescunque aliquid
petit, vel accipit à litigantibus
nõ vi ſed ſpõte, ut tradit *Berart.di*
*cto cap.17.n.13. Maſtrilbus de ma-*
*giſtratibus lib.6.cap.8.nu.2. 11. &*
26. ſivè per ſe recipiat ſivè per uxo
rẽ, filios, famulos aut aliã interpoſi 28
tã perſonã *ex l.fin. Cod. ad l.Iulliã*
*repetundarũ* ibi *ſivè per ſe, ſivè per*
*interpoſitam l.2.ff. de Calumniato-*
*ribus* ad illa verba ibi: *nec refert*
*ipſe pecuniam acceperit, an alij da-*
*ri juſſerit, vel acceptum ſuo nomi-*
*ne ractum habuerit Ord.lib.5.titul.*
*71.in principio & §.1. Berart. ſu-*
*pra dicto n.13. n.35. & 40.ubi plu-*
*res refert, & ſupra diximus Lan-*

*dim*

*dim ſupra num.* 44.

29 Ampliabis undecimo: ut procedat in judice, qui per concuſſionem videlicet per minas, per carceres per metum violentum pecunias vel id, quod appellatione pecuniæ continetur à litigantibus extorſerit. *Landim de ſindicatu cap 15. per totum Berart. in ſpeculo viſitationis ſecularis cap. 17. n. 8. & 36* quam ob cauſam non tantum à parte adverſa recuſari poteſt, ſed etiam ab ipſa parte, aqua pecunias extorſit.

30 Ampliabis duodecimo: ut pro cedat in judice negotiante cum aliqua parte; quia judicibus omnino prohibitum eſt negotiare, &
31 ſi ſint perpetui, ut ſenatores, qui nullo modo poſſunt mercaturã exercere *Portug. de donationibus regijs 3. p. cap. 32. n. 32. Xamar de of-*
32 *ficio judicis q. 19. n. 37. Fachin. lib. 2. 2. controverſ. cap. 78.* & judex utẽs prohibitis, manet ſuſpectus ad favorem illorum, cum quibus prohibitis uſus eſſet *Fontanella deciſ. 9. n. 23.* & nos jam diximus.

33 A quibus infertur, quod judex poteſt recuſari, tamquam ſuſpectus, ſi in provincia in quâ gubernat, durante officio, emat vel aliud contractum fecererit cum ſubdito reſpectu cujus manet ſuſpectus quia cum illo uſus eſt prohibitis, ſiquidem judices in provintiâ, in quâ gubernant, durante officio emere aut aliud contractum facere, nequeunt ex noſtrâ *Ord. lib. 4. tit. 15. ubi latè Barb. l. unica Cod. de contractibus judicum ubi Barb. n. 6 infinitos citat latiſſimè Portug. de donationibus regijs 3. p. cap. 32. per totum* ubi omnes de materia agentes commulavit.

Extende primo limitationem, 34
ut procedat, & ſi per interpoſitam perſonam emant, vel contrahant: quia etiam hoc eis prohibitum eſt *Barb. in d. l. unica n. 7. Peregrin. de jure fiſci lib. 4. tit. 7. nu. 9. Tiraquellus de nobilitate cap. 37. n. 109. cum alijs Portug. ſupra n. 8. ubi plura jura, & DD. citat.*

Extende ſecundo: ut procedat 35
tam in judicibus inferioribus, quam ſuperioribus: quia omnibus æquè eſt prohibitum *Barb. cum multis n. 9. Molina de juſtitiâ tom. 2. diſput. 343. in principio.*

Extende tertiò: quamvis palam, & bonâ fide emant: quia e- 36
tiam in hoc caſu, hoc eis eſt prohibitum, & ſi authoritate judicis emant *Barb. in d. l. unica n. 12. Fachineus lib. 2. cap. 79. Peregrin. ſupra n. 12. Portug. ſupra n. 6. ubi multos refert Alphõſus Guerreyro meæ familiæ ſplendor maximus in Theſauro religionis Chriſtianæ cap. 54. nu. 1. & 2.* quem refert *& ſequitur Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 43. n. 20.*

Reſtringe illationem primo:
ut non procedat in judicibus per- 37
petuis, quibus licitum eſt emere à ſubditis, vel vendere ſubditis, etiam durante officio; quia aliter privarẽtur omni commertio, ut cum veriori, & communiori ſententiâ

 tradit

tradit cum infinitis *Portug. ſupra n.*30. licet oppoſitum teneat cum non paucis *Barb. in d. l. unicâ n.* 10
38 dummodo ſubditos non compellant ad emendum, vel vendendum, aut emant vel vendant perſonis coram ipſis actu litigantibus *ex Ord. lib. 5. tit. 71. §. 9. cum infinitis Portug. ſupra n.* 31.

Reſtringe ſecundo: ſi judex e-
39 mat res, quæ fuerunt maiorum ſuorum *Barb. nu.* 21. *Portug. cum multis ſupra n.*18. vel ea, quæ ſunt
40 neceſſaria ad victum, & veſtitum quotidianum, & ad ſui, & ſuæ familiæ ſuſtentationem *Barb. n.* 19. *Portug. a n.*15. ubi hoc extendunt ad equos, in quibus equitant, & nos de prævilegijs officialium, familiariumquè Sanctæ Inquiſitio-
41 nis *lib. unico cap.* 4. dummodo à partibus actu litigantibus non emant; quia ex cauſâ poterunt recuſari: quia licet hoc emere non vetentur hoc non tollit; quia emendo à partibus recuſari vale-
42 ant, niſi partes res communiter venales habeant; & palam, & bona fide judex emat eodem prætio, quo cæteri communiter emere ſolent.

43 Ampliabis decimo tertio: & ſi judex munera recipiat à perſonis eccleſiaſticis: quia etiam ab eccleſiaſticis non licet judici munera recipere; quoniam eccleſiaſtici contra laicos coram ſeculari judice agere debent ſiquidem tenentur ſequi forum rei *ex cap. ſiquis clericum cap. cum ſit generale de foro competenti ubi Barb. Gonſales Fagnanus & omnium latiſsimè Fermoſinus, Ord. lib. 2. tit.* 1. §. 3. *ubi Barb.* & in ſuper quia eccleſiaſtici in multis caſibus coram judice ſeculari respondere tenen- 44
tur, de quibus DD. ſupra, & nos *in tract. de prævilegijs officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis lib. unico cap.* 12. & 13. & maximè poſſunt conveniri de ſpolio commiſſo, vel contra ſeculare, vel contra eccleſiaſticum *ex Ord. lib. 2. tit.* 1. §. 2. *ubi Pegas multos dedit*, & reconveniri valent coram ſeculari judice, ut apud omnes certum 45
eſt, de quibus apud *Portug. de donationibus* 3. *p. cap.* 32. *& probat Ord. dicto tit.* 1. §. 1. *ubi Pegas* plures comulavit, & ita manifeſtè cõvincitur, quod ſi judex, recipiat munera ab aliquo eccleſiaſtico, ſivè clerico, ſivè monacho, poterit recuſari, niſi munera ſint ſolita dari omnibus judicibus certis diebus anni de conſuetudine, nomi- 46
ne communitatis: quia tunc recuſatio non procedet, ſecus, ſi tantum illi judici, vel tantum nomine Prçlati: quia tunc rectè procedit recuſatio: quia præſumitur amicitia, ex qua recuſatio procedit.

Ampliabis decimo quarto: ut 47
procedat in judice, qui durante officio acceptavit donationem remuneratoriam à ſubdito ex meritis; & ſervitijs exhibitis ante in greſſum officij: nam licet judici temporali non prohibeatur ſimilem

lem donationem acceptare *ex l.*
*Aquilius regulus ff. de donationi-*
*bus Fachineus lib. 2. controverſ. cap*
48 80. *Portug. ſupra n.* 24. tamen cum
talis donatio aliquo modo obliget
naturaliter donatarium ad grati-
tudinem, & forſan excedat meri-
ta, rectè putamus ſufficere ad re-
cuſationem eo vel maximè: quia
non defuerunt DD. qui affirma-
49 verunt ſimilem donationem, du-
rante officio, acceptari non poſſe;
quos referunt & ſequuntur. *Alci-*
*atus in l. principalibus ff. ſi certum*
*petatur. Caldas de emptione cap.* 8.
*num.* 47.

50 Ampliabis decimo quinto in
judice: ab aliquo hærede inſtitu-
to, vel cui donatio etiam causâ
mortis facta eſt, aut legatum re-
lictum, qui poteſt recuſari in cau-
ſa illius, qui eum habet hæredem
inſtitutum, vel, qui ei causâ mor-
tis donavit, aut legatum in ſuo te-
ſtamento reliquit; nam licet ju-
dici non prohibeatur ex ultimâ
51 voluntate capere *ex l. milites* 9. *ff.*
*de re militari. l. 4. ff. de decurionibus*
*cum multis Portugal. ſupra nu.* 23.
*Barb. in dicta l. unica referens alios*
*n.* 24. tamen cum ultima voluntas
uſquè ad mortem revocari poſſit
juſtè timetur judicem ob metum
52 revocationis fautorum eſſe ſuo in
ſtituenti, leganti, aut donanti, &
ideò, juſtè recuſatur ex his, quæ
diximus *hoc lib. cap.* 9.

Ampliabis decimo ſexto: ut
53 non ſolum judices poſſint recuſa-
ri tamquam ſuſpecti, ex muneri-
bus receptis à litigatoribus, du-
rante cauſa, ſed etiam ex muneri-
bus receptis ante litigium, & an-
tequam litigium futurum ſuſpice-
tur: quia judicibus non tantum
prohibitum eſt recipere munera
litigantibus actu, ſed ab omnibus,
qui aptitudine poſſunt coram ju-
dice litigare, ut probatur *expreſ-*
*sè ex Ord. lib.* 5. *tit.* 71. in principio
ibi: *poſto que com ellas naõ traga*
*deſpacho algum latè Barboſa ibi*
*Portug. dicto cap.* 32. *n.* 22.

Ampliabis decimo ſeptimo: ut
quamvis judex poſſit accipere mu 54
nera à non ſubditis *ex Portug. ſu-*
*pra n.* 92. *Valaſc. de judice perfecto*
*anotatione* 9. *n.* 1. & 7. & mutuum
à non ſubditis accipere dummo- 55
do non fiat mutuum ratione offi-
cij. *Portugal d. nu.* 22. & cæteros
contractus celebrare, cum non
ſubditis dummodo contemplati-
one officij non fiant *ex l. præſidis*
*ff. ſi certum petatur*, *Ord. lib.* 4. *tit.*
15. *Barb. in d. l. unica multos, qui-*
*bus adde, quos refert, & ſequitur*
*Portugal. dicto cap.* 32. *nu.* 20. ta-
men ſi caſus contingerit, quod il- 56
le non ſubditus, qui munera dedit
judici mutuum, vel cum illo con-
traxit, vel fiat ſubditus, vel coram
eo litiget, poterit judex recuſari
ex prædictis cauſis.

Ampliabis decimo octavo: ut 57
procedat, & ſi judex tantum, vel
durante causâ, vel ante recipiat
eſculenta, & perculenta parvi va-
loris: quia nec ſimilia xenia po-
teſt judex recipere, niſi à conſan-
gui-

guineis, vel affinibus intra quar-
tum gradum; vel ab amicis, qui-
bus ratione amicitiæ ſunt de jure
ſuſpecti ex expreſsâ *deciſ. noſtræ*
*Ordinat. lib. 5. tit. 71. in principio*
*Landim de Syndicatu cap. 14. num*
51. & 52. & meritò noſtra lex ſic
diſpoſuit: tum quia melius eſt ni-
hil recipere *inter eſculenta juſtitia*
58 *interdum conceditur, & inter oſſa*
*edulium quieſcit. Gratianus forenſ.*
*cap. 56. n. 48. Creſpus de Valdau-*
*ra obſervat. 9. num.* 81: tum quia
59 ſimilia munera, & xenia pro in ju-
ſtitiâ de præſēti, vel de futuro dari
ſolent, quod utrique juri repug-
nat *Morla in Emporio juris tit. 2.*
*in principio n. 5. Creſpo ſupra n.* 81.
quod nos ſemper obſervavimus
[Deo favente cui gratias damus]
ſtricte, & religioſe non ſolum
cum omnibus privatis, ſed cum
communitatibus indiſtinctè adeò
ut interdum moleſti, & nimis de-
licati viſi ſimus, & ita concludi-
mus, quod attento jure noſtro ju-
60 dex, vel mandans, vel recipiens
xenia, recuſari poteſt, non ſolum
ex capite ſubornationis; ſed ex ca-
pite amicitiæ: quia xenia non
mandantur, niſi ab eo, qui judi-
cis amicus jactatur, & cum eo fa-
miliaritatem habet.

Attento jure communi dicen-
61 dum eſt quod judex non poteſt re
cuſari ex capite, quod xenia par-
vi valoris reciperet à litigante an-
te litigium, ſecus verò illo duran-
te: quia inſpecto jure communi
non ob xenia parva flectendos à
juſtitiæ tramite leges ſuſpicarunt,
in probatur *ex l. ſi ſolent 6. ff. de of-* 62
*ficio pro conſulis* ibi: *non vero in to-*
*tum xenijs abſtinere debebit pro con-*
*ſul. ſed modum adjicere, ut neque*
*avarè modum xeniorum excedat,*
*quam rem Divus ſeverus, & Im-*
*perator. Antonin. elegantiſsimè e-*
*piſtola ſunt moderati, cujus verba*
*hæc ſunt: vetus proverbium eſt, nec*
*omnibus, nec omni tempore, nec ab*
*omnibus accipere, ſed paſſim viliſsi-*
*mum, & omnia avariſſimum. Creſ*
*po ſupra.*

Iure autem Canonico permiſ-
ſum eſt non tantum judici delega- 63
to; de quo loquitur expreſſe *tx. in*
*cap. ſtatutum 11. §. inſuper de reſ-*
*criptis in 6.* ſed etiam in ordinario
*Sanches in opuſculo lib. 3. cap. Unico*
*dub. 2. n. 5.* & ob id prohibitum nō 64
eſt etiam Inquiſitoribus *Diana p.*
*4. tract. 8. reſol. 8. Creſpus ſupra n.*
*79: late Themudo in præfatione ad*
*tertiam partem ſuarum deciſionum.*

Ampliabis decimo nono: ut
procedat in judice corrupto, & 65
ſubornato per interpoſitam per-
ſonam, quod ſæpè fit: nam liti-
gantes ſolent amico judicis mune
ra mittere, aut dare, ut ipſe ſuo no
mine in judicem transfundat, &
in tali caſu judex; qui hoc ſciens
recepit, non ſolum recuſari po-
teſt, ſed & accuſari: quia ut ſupra
diximus, & probavimus, nihil
intereſt, quod quis, vel per ſe, vel
per alios recipiat.

Ampliabis vigeſimo: ut pro-
cedat in judice, qui gratis alicujus
domos

66 domos habitat, vel qui in domo ſubditi hoſpitium ſaltem ad tempus ſibi eligit; quia reſpectu talium, & ſuorum recuſari poteſt, non tantum ex capite amicitiæ, ſed etiam ex capite ſobornationis: quia ut ſupra probavimus, ſufficit, quod judex ex quacumque causâ commodum recipiat. *Fab. in ſuo Codice lib.3.tit.4.definit.* 3.

67 Ampliabis vigeſſimo primo: ut procedat in judice præcibus potentium ſobornato: quia preces Magnatuum imperij vices ſibi vêdicant, & minas ſecum devolvunt, ſi id non faciat judex rogatus; ut probat *Landim de Syndicatu cap.*10.*n.*141 ubi ſequentes verſus refert.

*Crede rogare Ducum ſpes eſt violenta jubendi,*
*Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.*

Maximè ſi rogans, aut patroci-
68 nans ſit ſuperior judicis; vel perſona, à quâ multum dependeat, vel propriæ perſonæ augmentum, vel
69 bonorum: quia his petentibus dificilius aliquid denegatur, & omnes, ut plurimum illis placere ſtu-
70 dent, & procurant, ut ſatis probatur ex quotidiana experientiâ, & nobis id teſtatur Ariſtoteles aſſerens: *Quod quid volunt potentes, agunt omnes Ord.lib.*1.*tit.*21. §.5.
71 *tit.*58. §. 15. *tit.* 75. §.12. ubi probatur, quod potentibus non facile reſiſtitur *Pegas in dictis Ord. Lara de anniverſarijs lib.*1.*cap.*19 *a n.*1. *Iullius caupon.tom.*4.*diſcept.* 294.*a num.*73. *& diſcept.* 295. & tandẽ hoc caput cõcludo, quòd ſi Iudices velint divites eſse, Chriſti mandata ſervent ut docent ſequentes verſus.

*Vis fieri dives Chriſti mandata ſequaris.*
*Dunumasque animi gaudia nota tui.*

## CAPUT. XVII.

An judex valeat recuſari ex alijs cauſis præter relatas, quando illis ſunt ſimiles, vel maiores? & quæ ſint ſimiles, vel maiores.

### SUMMARIUM.

1 *Acuſantur DD. tenentes judices nòn poſſe recuſari ex alijs cauſis; quæ non ſint, vel in jure expreſſæ, vel à DD. traditæ.*
2 *Sed contraria traditur reſolutio.*
3 *Cauſæ, quæ ſint ſufficientes ad recuſandum judicem prudentis judicis arbitrio relinquuntur.*
4 *Similes cauſæ, quæ dicantur.*
5 *Iudex recuſari poteſt ex omnibus cauſis, quibus de jure probatur, odium, amor, timor, aut cupiditas.*
6 *Omnis cauſa, quæ ſufficiens eſt ad removendum procuratorem, vel arbitrum eſt ſufficiens ad recuſandum judicem.*

1 NOn pauci, & non parvi nominis DD. affirmarunt judicem non poſſe recuſari ex alijs cauſis, quam illis, quas tradunt DD. etiam ſi illis ſint, aut ſimiles, aut maiores. Sed cum contra hanc ſententiam ſtat communis DD. traditio: aſſerendum eſt ju-
2 dicem poſſe recuſari ex alijs cauſis vel ſimibus, vel maioribus ultra expreſſas, ut tradunt *Gratianus forenſ. cap. 100. numer. 10. Farinat. in fragmentis litera I. numer. 802. Fermoſin. in cap. ſiquis contra 4. de foro competenti quæſt. 38. Giurba deciſ. 48. numer. 4. Tuſcus practicarum litera S. Concluſione 908. numer. 13. Iuelius lib. 1. conſ. 23. numer. 4. Menoch. de arbitrarijs judicum caſu 162. numer. 9. Corteada deciſ. 18. numer. 50. & 51. late Fermoſin. in cap. ſiquis 4. de foro competenti q. 38. per totam.*

Et ob id juſtè hoc judicis ar-
3 bitrio relinquunt *Menochius numer. 2. Tuſcus numer. 15. Farinatius numer. 803. Giurba deciſ. 54. numer. 9. Iuelius ſupra numer. 5. Fermoſin. dictâ quæſt. 38. numer. 9. Corteada ſupra numer. 53. Laſana quæſtionum regularium to. 3. verbo judex numer. 13. Sanch. in conſilijs moralibus tom. 2. lib. 6. cap. 8. dubitatione 3. a numer. 20. Fontanella deciſ. 2. numer. 1. & 7. numer. 4. part. 1. Barboſa cum multis in cap. poſtremo de appellationibus numer. 8.* qui penſatis circumſtantijs, & cauſis allegatis judicabit an in cauſa allegatâ, quæ jure non eſt expreſſa detur maior, vel eadem ratio quæ datur in expreſſis ex his, quæ diximus cum multis *lib. 1. cap. 19.* quæ optimè confirmantur ab illis, quæ in ſimili tradidimus de munere judicis orphanorum *tract. 2. de Diviſionibus lib. 2. cap. 1. Fermoſin. in cap. Siquis contra de foro competenti quæſt. 38. Mendes in praxi 1. part. lib. 2. cap. 7.*

Similes ſũt omnes cauſæ ob quas 4
ſimiliter timetur judicẽ, vel odio vel amore, vel timore, vel cupiditate potius in unam partem, quam in aliam ſe in inclinaturum; ut docet *Gaſinus de defenſione reorum defenſione 1. part. cap. 21. num. 15. Maſcard. de probat. concluſione 913. numer. 13. poſt Abbas in cap. cauſam quæ de judicijs Bertaſanus conſ. 58. numer. 4. Torrecilla tom. 1. de conſultas, y 5
allegatos tract. 10. de los viſitadores conſ. 3. & 4,* unde ex omnibus caſibus, in quibus de jure probatur vel præſumitur odium, amor, timor, & cupiditas, poterit etiam judex recuſari; quos omnes ad compendium reducere longum eſſet, & ſufficiat referre principaliores, de quibus hactenus

Regula generalis etiam eſt
in materia recuſationum, quod 6
omnis cauſa, quæ eſt ſufficiens ad removendum procuratorem, vel arbitrum, illa eadem ſufficiat ad removendum judicem *Gaſinus dicto cap. 21. n. 53. Marantà de ordine*

*dine judiciorum 6. part. de appellationibus numer. 73. Rota diverſorum deciſ. 93. numer. 1. part. 1. Franch. in cap. poſtremo de appellationibus numer. 20.* Maiores cauſæ, quæ ſint videbis *apud Manzium in biblioteca juris titul. 3. a num. 35.*

## CAPUT XVIII.

Iudex, an poſſit removeri à judicando ex omnibus cauſis, ex quibus teſtis redditur ſuſpectus ad teſtificandum?

### SUMMARIUM.

1 *Cauſa, quæ removet teſtem à teſtificando, vel ſuſpectum reddit potentior eſt ad recuſandum judicem.*

2 *Inimicitia ſicut ſufficit ad removendum teſtem, ita ad judicem recuſandum.*

3 *Parentes ſicut non poſſunt eſſe teſtes, itâ non poſſunt eſſe judices.*

4 *Socer, & gener ſicut non poſſunt reciproce eſſe teſtes, ſimiliter, & judices eſſe non poſſunt.*

5 *Eodem modo, quo removetur frater à teſtificando, removetur à judicando.*

6 *Vir, & uxor nec teſtes, nec judices inter ſe eſſe poſſunt.*

7 *Aſſerendum eſt idem de concubina, & concubinario.*

8 *Militat etiam hoc in conſanguineis, & affinibus.*

9 *Amicus facilius removetur à judicando, quàm à teſtificando.*

10 *Advocatus ſicut non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui clientuli, ita nec judex.*

11 *Pari modo, quò ſocius pro ſocio, in teſtem vel non admittitur, vel non creditur, removetur judex.*

12 *Facilius removetur colonus, ſeu inquilinus à judicando, quàm à teſtificando.*

13 *Accuſator, ſeu delator teſtis & judex eſſe pari modo prohibetur.*

14 *Conſors litis potiori jure à judicando removetur, quàm à teſtificando.*

15 *Compater regulariter nec integri teſtis vices gerit, nec judicis munus ſubit.*

16 *Cedens in cauſâ ceſſâ æquè judex, & teſtis repellitur.*

17 *Arbiter ſicut teſtis eſſe non poteſt in causâ, ita judex factus recuſatur.*

18 *Debitor regularitèr integer teſtis non eſt pro creditore, & ſemper judex recuſari poteſt.*

19 *Eodem modo, quo teſtis ſe offerens ad teſtificandum redditur ſuſpectus, ita & judex, qui ſe ad judicandum obtulit.*

20 *Teſtis, qui habet conſimilem cauſam, ſicut non eſt integer teſtis, ſimilitèr judex, qui ſimilem cauſam habet recuſari poteſt.*

21 *Tutor pro pupillo teſtis eſſe nequit, & neque judex.*

22 *Aſſeſſor ſicut teſtis eſſe non poteſt, ita judex factus recuſari valet.*

23 *Fideijuſſor pro eo, pro quo fideijuſſit teſtimonium ferre prohibetur, & judex recuſari poteſt.*

24 *Nutritor eo modo, quo removetur teſtis, recuſatur judex.*

25 *Donatarius pro donante teſtis omni exceptione maior non eſt, & in cauſa illius recuſari valet.*

26 *Teſtamenti executor in negotijs, quos gerit, nec teſtis, nec judex eſſe valet.*

27 *Fideicommiſſarius univerſalis, ſicut in cauſis tangentibus fideicommiſſum teſtis eſſe interdicitur, judex eſſe prohibetur.*

28 *Emphyteuta in lite cum domino agitata ſuper dominio directo nec teſtis, neque judex valet eſſe.*

29 *Curator in cauſa minoris teſtis, & judex eſſe æquè prohibetur.*

30 *Sicut teſtis habens intereſſe in cauſa removetur, ita judex in causâ habens intereſſe recuſatur.*

31 *Procurator cauſæ neque teſtis, neque judicis vices gerere valet.*

32 *De ſollicitatore cauſæ idem eſt affirmandum.*

33 *Agens de ſe exonerando, non minus eſſe teſtis, quam judex eſſe ſuſpectus redditur.*

34 *Suſpectus redditur teſtis declarans ſe deſiderare certam partem vincere, & ſimilitèr judex eadem verba proferens.*

35 *Paupertas, quæ reddit ſuſpectum teſtem, a fortiori reddit judicem.*

36 *Famulus in cauſa domini teſtis omni exceptione maior non reputatur, & ſuſpectus judex exiſtimatur.*

37 *Familiaritas, quæ teſtem ſuſpectum reddit ſufficit ad judicem recuſandum.*

38 *Proxeneta in criminalibus teſtis regularitèr omni exceptione maior non eſt, & judex ſemper ſuſpectus habetur.*

39 *Cæcus, qui teſtimonium ferre prohibetur, fortiori jure judex factus recuſatur.*

40 *Condemnatus de adulterio, ſicut teſtis eſſe non poteſt, iudex eſſe legitimè recuſatur.*

41 *Banitus neque teſtis, neque judex eſſe toleratur.*

42 *Excommunicatus, qui non admittitur in teſtem, multo fortius in judicem recuſari valet.*

43 *Blaſfemus teſtis, aut judex non ſinitur.*

44 *Calumniator condemnatus, qui teſtis eſſe prohibetur, judicem eſſe à fortiori interdicitur.*

45 *Concubinarius manifeſtus non minus à judicando repellitur, quam à teſtificando.*

46 *Referuntur alij, qui neque judices,*

*dices, nec teſtes tolerantur.*
47 *Iudæus nec judex, nec teſtis con tra Chriſtianos admittitur.*
48 *Hæreticus, & Apoſtata à teſtimonio, & à judicando arcentur.*
49 *Qui in quadrageſſima ad ſacramentum pænitentiæ, & communionis nō acceſſit nec teſtis, nec judex eſſe valet.*
50 *Mentecaptus, fatuus, furioſus, & ſimiles à judicando, & ferendo teſtimonio removentur.*
51 *Carceratus quandò inhibetur à teſtimonio ferendo, multò fortius à judicando removeri poteſt.*
52 *Servi, & impuberes nec teſtes, nec judices valent eſſe.*
53 *Infamis ſive de jure, ſive de facto ad teſtificandum expellitur & ad judicandum excluditur*
54 *Exponitur, & exacratur abuſus noſtri Regni, quatenùs ad teſtificandum admittit penitentiatos in Sancto Officio ad teſtificandum; cum ſint, & eorum ſaltem filij, & nepotes infames de jure, & de facto.*

1 ORdo doctrinæ poſtulat, ut antequam hujus libri vela contrahamus de alterâ juris regula in materiâ cauſarum legitimarum ad recuſandum judicem agamus, & ut brevitati conſulamus regula ſit: quod omnis cauſa, quæ ſufficit ad allegandum ſuſpectum teſtem, multò magis ſufficiat ad allegandum ſuſpectum judicem: quia facilius repellitur judex à judicando, quam teſtis à teſtificando: nam facilius eſt invenire alium judicem, quam alios teſtes *Tuſcus practicarum tom. 7. concluſione* 908. *n.* 11. *Maſcard. de probationibus concluſione* 953. *n.* 1. *Lan. Franch. in cap. poſtremo de appellationibus n.* 10. *Guaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 21. *n.* 2 *Barb. votto* 66. *n. fin. Creſpo de Valdaura obſ.* 9. *n.* 61. *Torrecilla tom.* 1 *de conſultas y Alegatos tract.* 10. *de los viſitadores conſ.* 3. *n.* 10. *Bertachinus in repertorio juris verbo recuſatio Larrea alleg.* 118.

Ex quâ regula infero primo: quod ex inimicitiâ poteſt recuſari judex: quia teſtes inimicus à teſtificando arceri debet, & ſi deponat nihil probat *cap. repellantur cap. cum oporteat de accuſationibus l. ſiquis cod. de teſtibus l.* 3. *ff. eodem latè Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis p.* 3. *tit.* 5. §. 1. *a nu.* 3. *uſque ad* 13. *Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo teſtis quo ad perſonas reſolutione* 1. *ampliando, & limitando a n.* 1. *uſque ad* 17. *Barb. ad principium Ord. lib.* 3. *tit.* 55. *concluſione* 7. *n.* 54. *Hiltropio in proceſſu judiciario* 3. *p. tit.* 9. *cap.* 2. *n.* 13. *ubi qui dicantur inimici capitales Calvolo in praxi* §. *exceptio contra teſtes concluſione* 4. *a n.* 1. *uſque ad* 4. *ubi quando exceptio inimicitiæ repellat teſtes.* 2

Infero ſecundo: quod parentes non poſſunt eſſe judices in cauſis filio- 3

filiorum, nec filij in cauſis parentum: quia non poſſunt eſſe teſtes *ex l. teſtis idoneus 9. ff. de teſtibus cap. ſi teſtes* 4. q. 2. *Conciolus ſupra reſolutione* 2. *a n.* 1. *uſque ad* 6. *ubi n.* 5. limitat quando pater examinatur pro uno filio contra alium filium, ex quo ſub infero, quod pater poteſt eſſe judex in cauſa in quâ litigant duo filij: quia cum detur par affectio, ceſſat periculum, nè magis faveat uni, quam alteri. *Hiltropio ſupra n.* 11.

4 Infero tertio quod ſocer poteſt recuſari in cauſa generis, & è contra: quia ſocer in cauſa generis, vel è contra non poteſt eſſe teſtis, nec ad id cogi *Conciolus ſupra reſolutione* 3. *nu.* 2. ubi hoc extendit ad vitricum, & prævignum, & ſponſam, *Gomes* 3. *var. cap.* 12. *n.* 24. *ibi Aylon Calvinus de æquitate cap.* 158. *n.* 57. *Farinacius de teſtibus q.* 78. *n.* 85. *Calvolo ſupra concluſione* 2. ubi quando exceptio conſanguinitatis repudeat teſtes.

5 Infero quarto quod frater, ſive utrinque conjunctus, ſive conſanguineus tantum, aut ſolum uterinus poteſt recuſari in causâ fratris quia pro fratre nec in criminalibus, nec in civilibus eſt per ſe teſtis omni exceptione maior, nec in criminalibus contra fratrem regulariter deponere cogitur, ut probatur *ex cap. conſanguinei* 3. *q.* 5. & docet infinitis relatis *Conciolus ſupra reſolutione* 4; *&* 5 *per totas. Carena dicto tit.* 5. §. 3. *nu.* 15. cum ſequentibus, niſi cauſa ſit Civilis, & verſetur inter alios fratres æquè conjunctos; quia tunc cum paritas affectionis auferat ſuſpicionem, frater in teſtem admittitur *Conciolus dictâ reſolutione* 4. *nu.* 6. ubi infinitos refert, ex quâ ratione ſub infero; quod etiam judex frater recuſari non poteſt in litibus inter fratres æquè conjunctos verſantibus *Ord. lib.* 3. *tit.* 56. §. 2. *ibi Barb. Hiltropio ſupra n.* 28. *Calvolo dicta concluſione* 2.

Infero quinto; quod vir recuſari poteſt in cauſa uxoris: quia vir pro uxore, & uxor pro marito regulariter teſtis eſſe non poteſt, nec ad id cogi propter magnam affectionem, quæ inter eos intercedit, ita ut dicantur duo in carne una *l. etiam* 2. *de teſtibus latè Conciolus ſupra reſolutione* 6. *&* 7. *ubi reſolutione* 6. *nu.* 2. ait, quod hoc non ſolum habet locum in uxore, & viro; ſed etiam in concubinâ, & Amaſea, & è contra; quæ ratione affectionis omne fas, & nefas pro altero committerent *Carena ſupr. n.* 19. *Ordinatio noſtra lib.* 3. *tit.* 56. *ibi Barb.* 6 7

Infero ſexto: quod conſanguinei, & affines intra quartum gradum recuſari poſſunt: quia licet admittantur, & poſſint eſſe teſtes tam pro, quam contra; tamen, quando in favorem deponunt, nō ſunt teſtes omni exceptione maiores, ac integræ fidei *Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis* 3. *p. tit.* 5. §. 3 *per totum Conciol. ſupra reſolutione* 19. *&* 20. *per totas Hiltro-* 8

*pio*

*pio ſurpa dicta.cap.2. Calvolo dicta*
*concluſione 2.*

Infero ſeptimo: Amicus po-
9 teſt recuſari in cauſa amici: quia
amicus non poteſt eſſe teſtis pro
amico cum infinitis *Barb.ad Ord.*
*lib.3.tit.56.in principio cõcluſion.7.*
*num.* 6. quibus adde *Torrecilla*
*tom.1.de conſultas , y allegatos*
*tract.10.conſ.3.n.11.& 9. Hiltro-*
*pio in proteſſu judiciario 3.p.titul.9*
*cap.2.n.12.*

10 Infero octavo: quod advoca-
tus poteſt recuſari judex in cauſa
clientuli: quia advocatus eſt ſuſ-
pectus teſtis in cauſa clientuli, ut
cum infinitis tradit *Barb.ſupra n.*
3.& e contra clientulus in causâ
advocati *Barb. cum multis nu.* 19.
ubi alios citat *Calvolo concluſio-*
*ne 12.*

Infero nono: Quod judex ſo-
11 cius recuſari poteſt: quia ſocius
removetur à teſtificando *Contio-*
*lus in ſuis reſolutionibus criminali-*
*bus verbo teſtis, quoad perſonas re-*
*ſolutione 20. per totam ubi infinitos*
*dat concordantes, & loquitur* de
ſocio itineris *Barb.ſupra n.80.*

12 Infero decimo: Quod colonus
ſivè ſimplex, ſivè ad ſcriptitius ju
dex factus poteſt recuſari in cauſa
domini: quia pro domino ad teſ-
tificandum non admittitur *Barb.*
*ſupra infinitis relatis n.20.*

13 Infero undecimo: Quod ju-
dex accuſator, ſeu delator recuſari
poteſt: quia accuſator excepto
crimine hæreſis non poteſt eſſe
teſtis *ex capit. forus.* §. *in omni de*
*verborum cum alijs Barb.ſupra n.2*

Infero duodecimo: Quod ju- 14
dex conſors litis poteſt recuſari:
quia conſortes in eadem causâ te-
ſtimonium ferre prohibentur, ut
cum multis *tradit Barb.ſupra nu-*
*mer.5.*

Infero decimo tertio: Quod 15
judex compater poteſt recuſari:
quia compater pro compatre de-
ponens non eſt teſtis integræ fidei
ut cum infinitis *tradit Barb.ſupra*
*num.24.*

Infero decimo quarto: Quod 16
cedens in cauſa ceſſionarij judex
recuſari poteſt: quia pro ceſſiona-
rio non poteſt eſſe teſtis, ut cum
multis docet *Barb.ſupra num.* 17.
*Caldas de emptione cap.* 24. *nu-*
*mer.*54.

Infero decimo quinto: Quod
arbiter factus judex recuſari po- 17
teſt in causâ, de quâ tamquam ar-
biter cognovit: quia à teſtimonio
in pertinentibus ad eandem cau-
ſam, de quâ cognovit, repellitur
*ex cap.ſtatutum 2.q.8. cum multis*
*Barb.ſupra n.5.*

Infero decimo ſexto: quod ju- 18
dex poteſt recuſari in cauſa ſui
creditoris: quia debitor pro ſuo
creditore teſtimonium ferre pro-
hibetur ſaltem quando ita eſſet
obnoxius, ut non poſſit commo-
dè ſolvere, & timeret creditorem
petiturum debitum, ut ex multis
docet *Barb.in principio Ord.lib.3.*
*tit.55.Concluſione 7.n.31. Hiltro-*
*pio in proceſſu judiciario tit.9.cap.*
*2.num.31.*

Infero

19 Infero decimo ſeptimo: Quod judex, qui ſe obtulit ad judicandum, recuſari poteſt: quia offerens ſe ultro examini, tamquam ſuſpectus non probat, ut diximus ex multis *hoc lib. cap. 2. quibus adde plures, quos refert, & ſequitur Barb. in dicto principio Ord. concluſione 7. nu. 70. Hiltropio ſupra dict. tit. 9. cap. 6. n. 146.*

20 Infero decimo octavo: Quod judex ſimilem cauſam habens recuſari poteſt: quia teſtis ſimilem habens cauſam, tamquam ſuſpectus non probat *Barb. ſupra cum multis n. 79. Cald. de emptione cap. 31. n. 17.*

21 Infero decimo nono: Quod judex tutor in cauſa pupilli recuſari poteſt: quia teſtis ſuſpectus eſt pro pupillo ex *Montano de tutelis cap. 31. n. 8. Barb. ſupra numer. 89. & nos de munere judicis Orphanorum tract. 5 lib. 3. cap. 13.*

22 Infero vigeſimo: Quod Acceſſor judex factus poteſt recuſari: quia repellitur à teſtimonio *ex cap non poteſt 2. q. 1. cap. alieni errores 3. q. 4. Barb. ſupra num. 10. ubi alios dat concordantes.*

23 Infero vigeſimo primo: Quod fidejuſſor factus judex recuſari poteſt in cauſa, in qua fidejuſſit: quia teſtis eſſe non poteſt, contra creditorem debitoris, pro quo fidejuſſit cum infinitis *Barb. ſupra num. 43.*

24 Infero vigeſimo ſecũdo: Quod nutritor judex factus recuſari poteſt, quia deponendo teſtis ſuſpectus eſt *Menochius de arbitrarijs lib. 2. caſu 161. cum alijs Barboſa ſupra n. 69.*

Infero vigeſimo tertio: Quod donatarius, vel donans factus judex recuſari poteſt in cauſa donantis, vel è contra: quia ſuſpectus eſt teſtis ex infinitis, quos refert & *ſequitur Barb. ſupra n. 25.* 25

Infero vigeſimo quarto: Quod executor teſtamenti factus judex poteſt recuſari: quia non poteſt eſſe teſtis in negotijs per ipſum exequendis, ut poſt *Maſcard. Farinatium, & alios docet Barb. ſupra n. 39.* 26

Infero vigeſimo quinto: Quod fideicommiſſarius univerſalis factus judex recuſari poteſt in litibus tangentibus fideicommiſſũ: quia teſtis eſſe non poteſt in teſtamento, in quo jubentur bona ei reſtitui, ut cum multis docet *Barb. ſupra num. 42.* 27

Infero vigeſſimo ſexto: Quod emphyteuta factus judex recuſari poteſt, quando cum domino agitur de re emphiteuticà: quia nõ poteſt pro domino ſuo in tali caſu teſtificari; quoniam tractatur tũc in conſequentiam de intereſſe ipſius emphiteutæ *Barb. ſupr. n. 37.* 28

Infero vigeſimo ſeptimo: Quod curator judex factus recuſari poteſt in cauſa ſui minoris, prodigi, aut furioſi: quia pro illo non eſt idoneus teſtis *Barb. ſupra n. 29.* 29

Infero vigeſimo octavo: Quod judex habens intereſſe in cauſa recuſari poteſt: quia teſtis habens inte- 30

intereſſe in cauſâ, à teſtimonio removetur, ut *poſt multos tradit Barb. ſupra n.* 56.

31 Infero vigeſimo nono: Quod procurator recuſari poteſt: quia in eà teſtis eſſe non poteſt, ut cum infinitis docet *Barb. ſupra nu.* 74. *Calvolo concluſione* 12.

32 Infero trigeſimo: Quod ſolicitator electus à principali recuſari poteſt, ut non juret in cauſa in qua ſolicitavit: quia in eâ non eſt teſtis idoneus, ut cum multis *docet Barb. ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 55. *in principio Concluſione* 7. *num.* 81.

33 Infero trigeſimo primò: Quod factus judex ille, qui tractat de ſe exonerando in causà, in quâ ſe exonerare procurat, judex recuſari poteſt: quia in eâ ſuſpectus eſt teſtis infinitis relatis *Barboſa ſupra nmer.* 84.

34 Infertur trigeſimo ſecundo: Quod ſi fiat judex ille, qui dixit, ſe velle, quod certa pars obtineret rem tamquam ſuſpectus recuſari poteſt: quia teſtis, qui dixit velle, quod pars, pro qua teſtificatur obtineret, non eſt idoneus teſtis, ut ex multis tradit *Barboſa ſupra num.* 86.

35 Infertur trigeſimo tertio: Quod judex pauper recuſari poteſt, quia teſtis pauper, vel non eſt idoneus, vel non eſt teſtis omni exceptione maior, ut cum multis docet *Barboſ. ſupra num.* 72. *quibus adde Menoch. de arbitrarijs lib.* 2. *caſu* 99. *Gomes* 3. *var. cap.* 12. *numer.* 19. *ibi cùm multis Aylon Farinacius de teſtibus quæſt.* 57. *Conciol. in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo teſtes, quo ad perſonas latiſsimè reſolutione* 23. *a numer.* 1. *uſque ad* 10. niſi ſit honeſtæ, ac probatæ vitæ, ut ex multis declarat, *Conciolus ubi proximè numer.* 7. *Calvolo ſupra Concluſione* nona *per totam.*

Infero trigeſimo quarto: Quod famulus factus judex poteſt recuſari in cauſis domini: quia non eſt idoneus teſtis *Cyriacus controverſ.* 409. & 219. *Vella diſſertatione* 38. *a num.* 69. *Gomes ſupra numer.* 15. *Valaſc. conſultat.* 45. *Barboſa ſupra numer.* 41. 36

Infero trigeſimo quinto: Familiaris factus judex poteſt recuſari: quia familiaris non eſt idoneus teſtis in cauſis domini *cap. in literis de teſtibus ubi latè Barboſ. & ejus pater cum alijs ſupra num.* 40. & DD. omnes ſupra citati, quibus adde, quos refert, & ſequitur fusè *Conciol. ſupra reſolutione* 24. *per totam a num.* 1. *uſque ad* 10. *Calvolo ſupra Concluſione* 3 37

Infero trigeſimo ſexto: Quod proxeneta judex factus in criminalibus recuſari poteſt: quia in criminalibus proxeneta non eſt integer teſtis *Conciol. ſupra reſolut.* 13. *per totam ubi infinitos refert Barboſ. ſupra num.* 76. *ubi alios citat.* 38

39 Infero trigeſimo ſeptimo: Quod cæcus factis judex recuſari poteſt: quo ad eas cauſas, quarum deciſiones ex viſu pendent & non ex auditu: quia cæcus non probat, quo ad ea, quæ viſu percipiuntur *Barb. ſupra cum multis num.* 16. ſecus autem ſi judex poſt ſuſceptum officium, vel morbo, vel caſu fiat cęcus *l. qui funere ff. de ſtatu hominum l. judex l. cæcus ff. de judicijs latè Maſtrillus de magiſtratibus lib.* 2. *cap.* 10. *a numer.* 1. *uſquè ad* 24. *Thomé Vas ad novam juſtitiæ reformationem* §. 9. *numer.* 102. *Barboſ. & Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 54: quia non ex eo deſinit eſſe judex ex juribus, & DD. de quibus *ſupra de quo de munere judicis Orphanorum tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. & *lib.* 4. *cap.* 3.

40 Infero trigeſimo octavo: quod judex condemnatus de adulterio poteſt recuſari: quia teſtis condemnatus de adulterio à teſtimonio repellitur *ex cap. conſtituimus cap. ſimiliter* 3. *quæſt.* 5. *l.* 3. §. *lege Iullia ff. de teſtibus cum multis Barboſ. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 55. *in principio concluſione* 7. *n.* 4. & ejus filius *Barb. in cap. in nomine* 2. *de teſtibus numer.* 3. *ubi multos citat. Hiltropio dict. cap.* 2. *num.* 5.

41 Infero trigeſimo nono: Quod banitus factus judex recuſari poteſt: quia banitus à teſtimonio repellitur *Barb. in dicto cap. in nomine n.* 4. *Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis* 3. *p. tit.* 5. §. 8. *nu.* 36. 37. & 38. *Hiltropio ſupra dict. n.* 5.

Infero quadrageſimo: Quod 42
judex excommunicatus recuſari poteſt: tum quia excommunicatio in judice ſuſpendit ejus juriſdictionem. *Gaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 22. *num.* 5 *gloſſa in cap. ſuſcitatus in verbo infamem, & in cap. propoſuit verbo tempore de clericis excommunicatis miniſtrandis facit tx. in cap. is cui de officio delegati in* 6. *Vantius de nullitate ex defectu juriſdictionis num.* 137. tum quia excommunicatus à teſtimonio repellitur, ut cum multis tradit *Barb. ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 55. *in principio Concluſione* 7. *n.* 37. quibus adde infinitos apud *Conciol. in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo teſtis, quoad perſonas reſolutione* 10. *per totam Carena dicto tit.* 5. *n.* 33. quod intellige de excommunicato maiori excommunicatione *cap. veniens* 38. *de teſtibus* ibi *Barb. n.* 9. *Pereyra in ſua academia ſeu republica literaria lib.* 3. *diſp.* 5. *q.* 1. *nu.* 1056. & 1057.

Infero quadrageſimo primo:
Quod judex blaſfemus recuſari 43
poteſt: quia teſtis blaſfemus à teſtimonio repellitur *Barb. ad txt. in cap. in nomine* 2. *de teſtib. n.* 5. *ejus pater Barb. ſupra alijs relatis n.* 13.

Infero quadrageſimo ſecundo: 44
Quod calumniator condemnatus ſi fiat judex, recuſari poteſt: quia calumniator condemnatus à teſtimonio repellitur *Barboſ. in*

*dicto*

*dicto cap. in nomine n. 6. ejus pater cum multis ſupra n.13.*

45 Infero quadrageſimo tertio: Quod judex concubinarius manifeſtus recuſari poteſt: quia teſtis eſſe prohibetur *Barb. cum multis in dicto cap. in nomine nu. 8. ejus pater cum alijs ſupra nu.*

46 Infero quadrageſimo quarto: Quod recuſari poteſt judex, vel uſurarius, vel luſor conſuetudinarius, vel penitus ebrius, vel ſpurius non probatæ vitæ vel hiſtrio vel arenarius, vel beſtiarius, vel fuſtigatus, vel decotus, ſeu falitus, vel leno, vel maleficus, vel ſodomita, vel prodigus, cui ſit interdicta adminiſtratio bonorum, vel proditor, vel relegatus; quia hi omnes à teſtimonio repelluntur latè *Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis 3.p.tit. 5. §. 10. à n.35. Barb. in dicto cap. in nomine a n.3. uſque ad n.20. & in repertorio juris verbo teſtis Barb. referens multos ad principium Ord. lib.3. tit. 55. Concluſione 7. Conciol. dicto verbo teſtis, quo ad perſonas à reſolutione 1. uſque ad 25.*

47 Infero quadrageſimo quinto: Quod judæus factus judex recuſari poteſt à Chriſtianis: quia judæus non poteſt eſſe teſtis contra chriſtianum *ex cap. pagani 297. l. Quoniam 11. Cod. de hæreticis Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis 3. part. tit. 5. a num. 25. cum infinitis Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo teſtis, quo ad perſonas reſolutione 21. per totam ubi numer. 2. cum Maſcard. de probationibus concluſione 944. numer. 3. Farinat. de teſtibus quæſt. 56. a numer. 208. & alij* idem dicit de judæo, vel infideli recenter converſo ad noſtram fidem, vel de hæretico.

Infero quadrageſimo ſexto: Quod judex hæreticus apoſtata 48
poteſt recuſari: quia non poteſt eſſe judex *Barboſ. ad principium Ord. lib. 3. tit. 55. Concluſione 7. numer. 47. & 53. & numer. 9. Barb. ad text. in cap. in nomine 2. de teſtibus numer. 13. Conciolus & Carena in locis proxime citatis, qui innumeros referunt. Vide quæ latè diximus de munere judicis orphanorum tract. 1. lib. 8. cap. 2.*

Infero quadrageſimo ſeptimo: Quod judex, qui in qua- 49
drageſimà peccata ſua confeſſus non fuit, nec Corpus Domini recipit, recuſari poteſt: quia teſtis idoneus non eſt, ut cum *Menoch. Maſcard. & alijs tenet Barboſ. ad Ord. ſupra n.21.*

Infero quadrageſimo octovo: 50
Quod judex mentecaptus, furioſus phreneticus, aut ſimili morbo laborans recuſari poteſt: quia teſtis eſſe nequit *Barb. cum multis dicta concluſione 7. numer. 64. & 73.*

Infero quadrageſimo nono: 51
Quod judex incarceratus ob crimen, quod per ſententiam infamaretur, recuſari poteſt: quia teſtis eſſe nequit *Barb. ad tx. in cap. in nomine de teſtib. referẽs plures n. 7.*

*Barb.ad Ord.lib.3.tit.* 55. *in principio concluſione 7. n.* 15. *ubi plures refert* & apud nos eſt *Ord. lib.3.tit* 56.§.9.ibi *Barboſa* niſi ſit nominatus in teſtem ante incarcerationem, vel crimen ſit leve, cui non veniat imponenda pœna corporalis, vel relegationis, quæ extendatur ultra ſex menſes extra opidum, & terminum ex dicta *Ord.* egregiè *Conciol.in ſuis reſolutionib criminalibus verbo teſtis, quoad perſonas reſolutione* 11. *à n.*1 *.uſque ad* 6*.ubi infinitos refert*, quę diſpoſitio procedit incarcerato ſub homagio, vel ſecuro, & in eo, qui ſe liberat cum alvarà de fideijuſſione: quia accuſatus, inquiſitus, ſeu denuntiatus de crimine, quod irrogat infamiam, accuſatione, inquiſitione, & denuntiatione pendente repellitur à teſtimonio *l. teſtimonium* 20.*ff.de teſtibus cap.ſi teſtes* 4. *q.* 3. *cap. fin. de teſtibus ubi Barb.n.*1.*&* 2.*multos citat quibus adde infinitos quos refert, & ſequitur Conciolus dicta reſolutione* 11.*a num.*1.

Infero quinquageſimo: Quod
52 judex ſervus, aut impubes recuſari poteſt: quia teſtis eſſe nequit ex *Ord.lib.*3.*tit.*56. §. 6. ibi *Barb. Conciol.ſupra reſolut.* 14. per totũ dum ætatem 14.annorum maſculus, & 12. fæmina non expleverit *Hiltropio in proceſſu judiciario* 3.*p. tit.*9.*cap.*2.*n.*3. *&* 4.

Infero quinquageſimo primo:
53 Quod judex infamis, vel infamià facti, vel juris recuſari poteſt: quia infamis ſive de facto, ſivè de jure non poteſt eſſe teſtis, ut cum omnibus de materià agentibus fusè tradit *Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo teſtis quoad perſonas à reſolutione* 1. *uſque ad* 25. Unde deploranda eſt noſtri
regni conſuetudo, quæ admittit 54
ad teſtificandum condemnatos de crimine judaiſmi, cum talis ſint infames, & eorum filij, & nepotes infamià juris, & facti *ex Ord.lib.*5.*tit.*6.§.13,ibi *Barb.cum multis* qui autem dicantur infames diximus *de munere judicis Orphanorum tract.*2.*lib.*4.*cap.*4.*latiſſime Manſius in bibliotheca juris tit.*8.*de infamibus a nu.* 1. *uſque ad* 92. *Vvezembequius Zoeſius, & Ordinarij ad titulum ff. qui notantur infamia Calvolo in praxi judiciaria* §.*exceptio contra teſtes concluſione ſeptima a num.* 1. *uſque ad* 7. ubi quando exceptio infamiæ ſufficiens ſit ad repellendum teſtes.

Hoc dicere ſufficeat pro cauſis recuſationũ, quas unuſquiſque noſtrum effugere poteſt, deponendo in executione juſtitiæ, carnem ſanguinem, & ponendo, & ante oculos Deum ſemper tenendo: nam *juſtitia* [ ſecundum Caſſiodorum ad Pſalm. ) *non novit patrem, non novit matrem, non novit perſonas, nec accipit ſed Deum imitatur* ejusque officium ac exercitium eſt, quod continetur in duobus ſequentibus verſibus.

*Iuſti-*

*Iuſtitiæ merces gemina eſt, vel cum bona rectis,*
*Vel parvis digne cum mala reſtituit.*

Et ratio ob quam clauſis oculis depingitur cæca & nuda enſem dextera tenẽs bilancẽ ſiniſtra traditur in ſequentibus verſibus.

*Quæ Dea? juſtitia, at cur torvo lumine ſpectas?*
*Neſcia ſum fleti, nec moveor pretio.*
*Vnde genus? Cælo, qui te genuere parentes?*
*Mi modus eſt genitor, clara fides genitrix.*
*Cur gladium tua dextera gerit? cur leva bilancem?*
*Ponderat hæc cauſas, percutit illa reos.*
*Paupere cur cultu? ſemper juſtiſſimus eſſe,*
*Qui cupit, immenſas nemo parabit opes.*

Quare ejus Miniſtri debent ante ocullos obverſare diſpoſitionem textus *in cap. 2. de re judicata in* 6. ibi *Caveant judices, & pruden ter atendant ne in cauſarum proceſſibus aliquid vindicet odium, amor agat, favor uſurpet, præmium, aut ſpectatio præmij Iuſtitiam non evertant: ſed ſtateram geſtantes in manibus lanſes appendant æquo libramine in ſententijs concipiendis, & ferendis ſolum Deum pre oculis habeunt.*

# LIBER QUINTVS

## CAPUT I.

Quid ſit cautio, & an, & quando in recuſationibus requiratur.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex recuſatus poteſt cogere, recuſantem, ut præſtet cautionem, quando cautio de jure requiritur.*
2 *Verbum cautio generale eſt.*
3 *Diſcribitur cautio quo ad intẽtum.*
4 *Quare introducta ſit cautio.*
5 *Refferuntur DD. agentes de materia cautionis.*
6 *Cautio de qua ſermo deponenda eſt apud ſcribam.*
7 *Recuſatio abſque cautione non admittitur in terminis Ord. lib.3.tit.22.*
8 *Non depoſita cautione, Iudex ad ulteriora procedere poteſt.*
9 *Quæ cautio requiratur ad ſingulos Iudices recuſandos.*
10 *Præter numeratos in dicta Ord aliqui dantur Iudices, qui recuſari non poſſunt niſi depoſita cautione.*
11 *Vicarius generalis ſi recuſetur poteſt cogere recuſantem, ut præſtet cautionem.*
12 *Non ita in judice delegato procedit.*
13 *In præſtandis cautionibus ſemper obſervandæ leges fori in quo vertitur letigium.*
14 *Cautio non eſt neceſſaria ſi expreſſè non ſit diſpoſitum, ut interveniat.*
15 *De jure communi cautio non diſideratur.*
16 *Ad recuſandum judicem mortuum etiam requiritur cautio, ſi ad eum vivum recuſandum ipſa foret neceſſaria.*

VIſis in quatuor ſuperioribus libris judicibus, & officialibus, qui recuſari valent, à quibus, & in quibus cauſis recuſari poſſint, & cauſis, ob quas rectè recuſantur conſequens eſt, ut in hoc libro videamus, quid amplius, his peractis, peragere poſſit recuſatus.

Oblatâ igitur recuſatione judici recuſato attendere debet recuſatus an cautio ad recuſationem requi-

# LIBER QUINTVS

## CAPUT I.

Quid ſit cautio, & an, & quando in recuſationibus requiratur.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex recuſatus poteſt cogere, recuſantem, ut præſtet cautionem, quando cautio de jure requiritur.*
2 *Verbum cautio generale eſt.*
3 *Diſcribitur cautio quo ad intẽtum.*
4 *Quare introducta ſit cautio.*
5 *Refferuntur DD. agentes de materia cautionis.*
6 *Cautio de qua ſermo deponenda eſt apud ſcribam.*
7 *Recuſatio abſque cautione non admittitur in terminis Ord. lib.3.tit.21.*
8 *Non depoſita cautione, Iudex ad ulteriora procedere poteſt.*
9 *Quæ cautio requiratur ad ſingulos Indices recuſandos.*
10 *Præter numeratos in dicta Ord aliqui dantur Iudices, qui recuſari non poſſunt niſi depoſita cautione.*
11 *Vicarius generalis ſi recuſetur poteſt cogere recuſantem, ut præſtet cautionem.*
12 *Non ita in judice delegato procedit.*
13 *In præſtandis cautionibus ſemper obſervandæ leges fori in quo vertitur letigium.*
14 *Cautio non eſt neceſſaria ſi expreſsè non ſit diſpoſitum, ut interveniat.*
15 *De jure communi cautio non diſideratur.*
16 *Ad recuſandum judicem mortuum etiam requiritur cautio, ſi ad eum vivum recuſandum ipſa foret neceſſaria.*

Viſis in quatuor ſuperioribus libris judicibus, & officialibus, qui recuſari valent, à quibus, & in quibus cauſis recuſari poſſint, & cauſis, ob quas rectè recuſantur conſequens eſt, ut in hoc libro videamus, quid amplius, his peractis, peragere poſſit recuſatus.

Oblatâ igitur recuſatione judici recuſato attendere debet recuſatus an cautio ad recuſationem requi-

requiratur, & ſi de jure præſtan-
1 da ſit, illam præſtare jubere debet recuſanti intra terminum brevem cum comminatione procedendi ad ulteriora, ſi intra illum illam non præſtet.

Eſt autem generale nomen om
2 nium ſecuritatum, quoties quis ſecurus redditur de eo, quod ſibi debetur, & varias in ſpecies dividitur, de quibus *Nebrica in Lexic. utriuſque juris verbo cautio.* Sed quoad noſtrum intentum, eſt
3 *Cautio depoſitio pecuniæ à lege deſignatæ, quâ recuſatus manet ſecurus de punitione calumniæ recuſatoris in eventu recuſationis non probatæ*, quæ quidem cautio re-
4 quiritur a lege ad puniendos recuſantes, qui judices injuſtè recuſant, & ad evitandum, nè litigantes ſub prætextu injuſtæ recuſationis lites, & cauſates merè differant, ut probatur ex noſtra *Ord. lib.3.tit.22. in principio*, & agunt
5 de materia *Salgado in labyrinto 1. part.cap.44.n.47. & 124. Thome Vas aleg. 97. per totam Pereyra in promptuario juris verbo judex quoad recuſationem à num.900.* & plures alij in diſcurſu referendi, & quos citavimus *de munere judicis Orphanorum tract. & tom.2. de diviſionibus lib.8.cap.14. Fragoſ. de regimine reipubl.2.part.lib. 5. diſp. 12.num.248.*

Quæ quidem cautio deponen-
6 da eſt penes ſcribam, qui ſcribit in ſuſpicionum proceſſu ex *Ord. lib.3.tit.22.in principio Thome Vas aleg.97.n.6. Pereyra in promptuario juris verbo judex quoad recuſationem num.90.* & eſt caſus ſpecialis, in quo tantum admittitur à noſtra lege depoſitum penes ſcribam, contra generalem prohibitionem *Ord.lib.4. tit.49.* ubi prohibitum eſt omnibus ſivè juſtitiæ, ſivè regij patrimonij miniſtris depoſitum accipere ſub pænis contentis in eadem *ord.*

Itaque recuſatio juxta *Ord. lib. 3. titul.22. in principio propè finem* 7
abſque depoſito non eſt admittenda: ſed recuſatus ad ulteriora 8
procedere poteſt ex dicta *Ord.* ſecundum quam qui recuſare intendit præſidem, vel ſenatus pa- 9
latini, vel menſæ conſcientiæ, aut comitem patrimonij Regis, aut rectorem juſtitię Domùs ſupplicationis Vlyſiponenſis, vel gubernatorem domùs ſupplicationis Portuenſis. Prius quinquaginta aurea deponere debet, qui verò recuſare procurat Cancellarium, aut ſenatorem palatinum, triginta, qui ſenatorem utriuſque domùs Vlyſſiponenſis, & Portuenſis, aut menſæ conſcientiæ deputatum, viginti, qui correctores Vlyſiponenſes, Pręſides, aut Proviſores provinciarum, Auditores ordinum militarium, aut auditores litteratos dominorum terrarum, aut conſervatorem Conimbricenſem, decem, qui judices forenſes litteratos, ſive a Rege conſtitutos, ſive a dominis terrarum, quinque, ut diſponit dicta *Ord.*

*Ord.*& tradit optimè *Thome Vas dicta aleg.97.Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationē n.900.Fragoſ.d.*§.*7.n.*248.

10 Sunt præterea multi judices, qui recuſari non poſſunt, niſi depoſita cautione, qui non numerantur in dicta Ordinatione ſed per regimina ſua ita ſtabilitum eſt: nam primo judices Fiſci Inquiſitionum recuſari non poſſunt, niſi depoſitis viginti aureis, ſi ſint ſenatores, decem verò ſi ſenatores non ſint *ex cap.*43.*regiminis fiſcalis*. Secundo Auditores generales provinciarum militiæ armatæ, qui ſimiliter recuſari non poſſunt, niſi depoſitâ cautione, quæ deponitur ad recuſandum præſidem provintiæ ex regimine gubernatorum armorum §.46. Tertio ſuperintendētes beti, qui etiam recuſari non poſſunt niſi depoſita cautione, quæ ad recuſationem præſidis provintiæ de jure requiritur ex ſuo regimine Quarto calculatores regij patrimonij recuſari non poſſunt in rebus tangentibus Principem, niſi depoſitis decem aureis, ut judicatum tradit *Phæb.*1.*part. areſto* 76. *Barb.ad Ord.lib.*3.*tit.*22.§. 1. qui declarant cautionē non requiri ad recusãdos tales calculatores in rebus, quę Principem non tangunt, & plures alij, qui ſecundum ſua regimina recuſari non poſſunt, niſi depoſita câutione, quæ ſunt cuſtodienda, & ſecũdũ ea cautio deponenda *ex Ord.lib.*3.*tit.*22.§. 1. ubi quinque requirit ad recusãdos calculatorum ſcribas.

In causà ſuſpicionis, ſi vicarius
generalis obliget recuſantem, ut 11
deponat cautionem, non facit vim
nec competit recurſus ad coronã,
ſecûs ſi judex delegatus deponere 12
cautionem obliget, quia tũc facit
vim, & cõpetit ad coronã recurſus
ut judicatũ tradit *Peg.ad Ord. lib.*
1.*tit.*9.§.12.*n.*72.*Pereyr. in prõptuario juris verbo judex quo ad recuſationē n.*902.*Thome Vas aleg.* 97.
ubi pro regula tradit, quod incuri- 13
ijs eccleſiaſticis circa cautiones obſervãdæ ſunt cõſtitutiones Archiopiſcopatùs, ſeu Epiſcopatùs: quia obſervantur leges fori, ubi vertitur litigium.

Vnico verbo hęc omnia cõple- 14
ctẽtes aſſeveramus in materiâ cautionem eſſe neceſſariam ubicũque per legē, cõſtitutionē regimē, aut cõſuetudinē ad recuſationē requiritur. Deficiẽte verò lege, cõſtitutione aut regimine ſeu cõſuetudine, cautio non eſt pręſtanda, ſiqui
dem de jure cõmuni tã Civili, quã 15
Canonico cautio nõ deſideratur: quarè requirenda nõ eſt deficiẽte lege, cõſtitutione, ſtatuto regimine, aut conſuetudine particulari: quia noſtrum nõ eſt cõdere leges, ſed condita cuſtodire *Peg. forenſ. cap.*15.*n.*229.

Dubiũ nõ leve fuit, an recuſans
judicē mortuũ ad anullandam e- 16
jus ſententiam, vel acta cautio pręſtanda foret, & poſt longum examen reſolutum fuit, quod cautio erat pręſtãda, ſi recuſatio abſque illâ prædicto judici intima-

ri non poſſit. Ita reſolvit *Pereyra ſupra n.* 902. *Thome Vas aleg.* 97. *numer.* 20. & merito quia cautio præſtatur, ne partes impunè differant deciſionem cauſarum *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 25. *in principio.* quæ ratio æquè militat in judice vivo, vel mortuo.

## CAPUT II.

Cautio ad recuſandum data; an & quando amittatur, vel non.

### SUMMARIUM.

1 *Quando recuſationem non procedere judicatur; demidium cautionis amittitur.*

2 *Tota amittitur cautio, ſi judex non ſuſpectus judicetur.*

3 *Se recuſans à recuſatione deſiſtat poſtquã deciſum eſt recuſationem procedere totam cautionem ammittit.*

4 *Si verò anteaquam recuſationem procedere, ſit judicatum, integram habebit cautionem.*

5 *Tertius, qui ad recuſandum non admittitur cautionem amittere non poteſt.*

6 *Caſu tamen, quo ad recuſandum tertius de jure admittitur, poterit ſecundum facti ſpeciem, integram, vel demidiam amittere cautionem.*

7 *Recuſans cautionem non amittit ceſſante recuſatione morte recuſati.*

8 *Si ſententia, qua judicatum eſt recuſationem procedere, per impedimenta revocetur, cautio non amittitur.*

9 *Cautio ammiſſa ad quem debet applicari.*

10 *Semper amittitur cautio non obtinente recuſante.*

11 *Recuſans qui in recuſatione non obtinuit in expenſis retardationis eſt condemnandus.*

12 *Has expenſas, repetere non poterit, etiam ſi ex poſt facto in cauſa victor evadat.*

Ad reſolutionem propoſitæ quæſtionis ſeparãdi ſunt 1
aliqui caſus, quorum primus eſt, quando judicatur, quod recuſatio non procedit, & in hoc tantum dimidia cautio amittitur *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 22. §. 3. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n.* 901. *Thome Vas aleg.* 97. *num.* 13.

Secundus eſt: quando judex nõ ſuſpectus eſt judicatus, & in iſto 2
caſu tota amittitur cautio *Ord. ſupra d.* §. 3. *Pereyra d. n.* 502. *Thome Vas d. n.* 13.

Tertius eſt: quando recuſans poſt quam recuſationem procede 3
re deciſum eſt, à recuſatione deſiſtit, & in hoc caſu, etiam tota cautio amittitur *ex Ord. ſupr.* §. 3. *Pereyra & Thome Vas ſupra Mẽdes in praxi* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 24.

Quartus eſt: quando recuſans recuſationi renuntiavit, antequam 4
judicatum fuiſſet recuſationem procedere, & in hoc recuſans totã recuſationem recuperat *Ord. d.* §. 3. *Thome Vas & Pereyra ſupra.*

Quin-

5 Quintus eſt, quando tertius recuſat, & non admittitur, tamquam pars ad recuſandum, & in hoc caſu cautionem non amittit *Pereyra dicto numer.* 902. *Thome* 6 *Vas dicta aleg.97.num.* 17.*Cabed.* 1. *parte areſto* 25. ſecùs autem quando tertiùs in cauſa intervenit, & admiſſus fuit ratione intereſſe, vel aſſiſtendo alicui ex partibus ſecundùm *tx.in cap.* 2.*ut lite pendente lib.6.ubi Barb.Ord.lib.*3. *tit.*20.§. 31. vel opponendo ſe ad excludendum actorem, aut reum *ex d. Ord. d. tit.* 20. §. 31. *Thome Vas ſupra n.* 18. quia in hoc ſecundo caſu jacturam cautionis integrę, vel dimidiæ incurret juxta terminos *Ordin. d.* §. 3. *Thome Vas d. numer.* 18. *Pereyra d.num* 902. *Mendes dict.n.*24.

7 Sextus caſus eſt: Quando recuſatio fuit appoſita vivo recuſato, & ejus morte ceſſavit, & recuſans eam non proſecutus fuit, quo in caſu recuſans ſuam cautionem minime amittit *Thome Vas d.aleg* 97.*n.*20. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem num.*902. *Cabed.*1.*part.deciſ.* 45.*numer.*7, *Cabedo* 1.*p.areſto* 25. *Pegas ad Ord.lib.*1.*titul.*35. *litera S.n.* 18. *Coſta ad ſtila domùs ſuplicationis littera S.Mendes d. n.* 24. *ubi idem docet quo ad abſentem.*

8 Septimus caſus eſt: quando judicatum eſt recuſationem procedere, & pars contraria adverſus ſententiam ſic determinatè opponit exceptiones, ſeu impedimenta, quorum virtute prima ſententia revocata exivit; & recuſationes non procedere tandem judicatum fuit, quo in caſu recuſans cautionem non amittit ex ſtylo Domùs ſupplicationis, de quo teſtantur *Pegas ubi proximè num.* 35. *Coſta ſupra littera S. in fine*: quia reducitur cauſa ad non cauſam, tamquam ſi recuſatio appoſita non fuiſſet.

Quando amittitur cautio, eſt aplicanda ad ſumptus, & expenſas domùs ſupplicationis Ulyſiponenſis, & Portuenſis, quando recuſati fuerunt ſenatores unius, aut alterius domùs, aut correctores, vel officiales Civitatis Vlyſiponenſis *ex Ord.lib.*3.*tit.*22. §. 3. ob recuſationem oppoſitam cæteris judicibus ad captivos talis cautio ſit applicanda, quod intellige, niſi in regimine judicum cautio ſit aliter applicata; prout in regimine fiſcali *cap.*43. ubi cautio ad expenſas fiſci applicatur *Thome Vas aleg.*97.*n.*21. ubi tradit quomodo apud Gallos cautio applicatur. 9

Irremiſſibilis eſt jactura cautionis, quoties recuſans à recuſatione ſuccubuit: quamvis recuſans juſtam cauſam recuſandi habuiſſet *ex Ord.lib.*3.*tit.*22. §.4. ubi etiam reſolvit legislator, quod recuſans ſolvat expenſas retardationis ſine remiſſione, & ſine ullà ſpe recuperandi, quamvis poſteà in cauſà victor, evadat, & quod ſtatim pro illis contra eum ad executionem procedatur. 10 11 12

## CAPUT III.

An ſint aliqui, qui cautionem deponere non teneantur, & quales ſint.

### SUMMARIUM.

1 *Pauperes cautionem preſtare non tenentur.*
2 *Princeps Protector pauperum eſſe debet.*
3 *Pauperes regulariter ab omni depoſito liberantur.*
4 *Ad effectum de quo agimus, quando probãda eſt paupertas*
5 *An probatio paupertatis coram judice recuſato fieri poſſit.*
6 *Probatio paupertatis eſt diſpoſitio ad recuſationem.*
7 *In Iudice recuſato non concentit, qui coram eo præparat ad recuſationem neceſſaria.*
8 *Petitio chartæ ſecuritatis non impedit quod ipſemet Iudex poſtea recuſetur.*
9 *Quid ſtatum ſit, quando pauper notorius in Olyſiponenſi ſenatu, vel Portuenſi vult recuſationes opponere.*
10 *Contrarium judicium Autoris interponitur.*
11 *Pauper in caſu gravaminis ordinarij excuſatur, etiam à depoſito parvæ quantitatis.*
12 *In cauſa reviſionis, non eſt neceſſaria cautionis depoſitio, quando paupertas, petentis reviſionem Principi eſt notoria.*
13 *Iniquum eſt ut paupertas jus recuſandi ab aliquo auferat.*
14 *Pauperes favendi ſunt in judicio.*
15 *Et ipſi defenſores conſtituuntur*
16 *Dum litigant ſportulas, non debent.*
17 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
18 *Pauperes, qui domos Miſericordiæ auxilio liberantur, etiam in ſenatu Olyſiponenſi, vel Portuenſi, non tenentur aliquantulum cautionis offerre.*
19 *Quando debeat intelligi ſtatutum, de quo ſupra n.9.*
20 *Procuratorum Regij patrimonij, & Regiæ coronæ, quæ poteſtas, quæ vè dignitas.*
21 *Hujuſmodi procuratores, ſine cautione poſſunt recuſare.*
22 *Procurator Regius, pars ipſius Principis cenſetur.*
23 *Indecorosum eſt aliquid exigere Principi nomine pænnæ.*
24 *Cautio deponitur ob præſumptam calumniam adverſus recuſantem.*
25 *Princeps omnium dignitatum, & honorum origo, juſtitiæ, què fons nuncupatur.*
26 *Procurator, Regius etiam in cauſa reviſionis, non tenetur cautionem præſtare.*
27 *Nec aliquas perſolvere expenſas.*
28 *Hæc privilegia conceſſa procuratoribus Regijs, Regijque patrimonij communicantur Omnibus qui hujuſmodi funguntur*

guntur officio licet Senatores non ſint, Olyſiponeque non ad ſint.

29 *Dicta procedunt quando lis, ſeu cauſa, a procuratore, vel contra procuratorem, directo movetur.*

30 *Quando procurator aliquibus litigantibus adheret, nec à preſtatione cautionis, nec a ſolutione expenſarum excuſatur*

31 *An procurator Fiſcalis, qui laudatus defenſionem alicujus rei ſuſcipere tenetur, poſſit ſine cautione recuſare, fundando recuſationem in perſona laudantis.*

32 *Quoties datur juſtus timor, legitima adeſt recuſationis cauſa.*

33 *Reſolvitur quæſtio de qua ſupra n. 31.*

1 AB onere, & obligatione præſtandi cautionem in primis liberantur pauperes, qui tam extremâ paupertate laborant, ut eam præſtare minimè poſſint *ex Ord. lib. 3. titul. 22. §. 2. Thome Vas aleg. 97. num.* 10. *apud Caſtellanos l. 5. tit. 10. lib. 2. novæ recopilationis ibi Azeved. & cæteri ordinarij Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem num.* 900. *Caſtejon verbo recuſatio n.* 13. *Salgado in labyrinto* 1. *p. cap.* 44. *num.* 47. *&* 124. *Pereyra de reviſionibus*
2 *cap. 74. per totum*, tum quia Princeps pauperum protector eſſe debet, illis conſulere, ac providere *ex l. prævilegia Cod. de Sacroſanct. Eccleſijs Zachias de Salario q.* 52. *num.* 117. tum quia regulariter pauperes ab omni depoſito requiſito, & faciendo liberentur, & abſque illo audiri debeant *Ægidius ex l. ex hoc jure* 5. *ff. de juſtitia, & jure* 2. *p. cap.* 13. *Clauſula* 1. *num.* 7. *Pereyra dicto cap.* 74. *num.* 4. *Pegas forenſ. cap.* 7. *n.* 49. *Gabriel Alvres de Vallaſc. de privilegijs paupertatis quæſt.* 47. 3

Paupertas in hoc caſu juramento recuſantis non probatur, ſed per teſtes ab eo venit probanda *ex Ord. lib. 3. tit. 22.* §. 2. & probatur per duos teſtes vicinos, aut familiares *ex Bobadilha lib. 3. politicorum cap. 15. n. 64. Barb. in l. 1. ff. ſoluto 4. p. a num.* 161. *Carleval. de judicijs tit. 1. diſp. 2. a n.* 562. & in terminis *Salgado in labyrinto* 1. *p. cap. 44. a n. 112. Riccius p. 5. Collectaneo* 1750. *Valaſco de prævilegio paupertatis* 1. *p. q. 5. a n.* 17. *cum alijs Pereyra de reviſionibus cap.* 58. *per totum* & maximè *num.* 5. *&* 6. cum communi ſententiâ docet, quod circa probationem paupertatis totum judicis arbitrio relinquitur, & nos diximus de munere judicis orphanorum *tract. 1. de inventario lib. 4. cap. 6. & tract. 2. de diviſionibus lib. 5. cap.* 8. *& lib. 4. cap.* 13. 4

Inſurgit hic dubium; an prædicta probatio paupertatis fieri debeat, & poſſit coram judice recuſato. Ratio dubitãdi, eſt: quia hæc juſtificatio requirit cognitionem; atqui recuſans, litigans poſt recu- 5

ſationem intimatam coram judi-
ce recuſato videtur in eum con-
ſentire, & per conſequens recu-
ſationem illi renuntiare ex his;
quæ latè diximus *lib.4.cap.1.* ergo
videtur dicendum, quod fieri nõ
poteſt ſine præjudicio recuſatio-
nis coram judice recuſato.

6 Contrarium tamen in hoc du-
bio nobis novo, apud neminem
quem ſciam invento videtur reſol-
vendum: quia hæc probatio pau-
pertatis eſt diſpoſitio ad recuſati-
onem, & ad eum finem tota ten-
dit, ut per ſe ſatis notum eſt, &
ex his, quæ diximus dicto *cap. 1;*
7 ſed præparare coram judice recu-
ſato, ea quæ ad recuſationem ne-
ceſſaria ſunt non inducunt con-
ſenſum ex late traditis in dicto *cap*
8 *1.* & ex hac ratione procedit, quod
à judice poſteà recuſando poteſt
quis ſine præjudicio futuræ recu-
ſationis petere, & reportare char-
tam ſecuritatis, ut docet *Themu-
do deciſ.72.n.6. Pereyra in promp-
tuario juris verbo judex quo ad re-
cuſationem n.907.* Vnde jam dilu-
itur conſideratio in contrarium
ſupra conſiderata, tamquam non
incompatibilis cum recuſatione.

Probatio paupertatis notoriæ
9 non requiritur, quando recuſans
arma judiciaria movet, vel in ſe-
natu Ulyſiponenſi, vel in Portu-
enſi; ſed tunc rector juſtitię do-
mùs, ſupplicationis, & guberna-
tor Portuenſis poterunt cominue-
re cautionem *Peg. ad Ord. lib. 1.
tit.35.§.8. littera C.n.12. Coſta ad
ſtylla domus ſupplicationis litera C.*
qui ambo teſtificando de ſtylo do
mùs ſupplicationis aſſerunt, quod
cautio in totum tolli non poteſt:
ſed juxta probationem, vel noto-
rietatem paupertatis eſſe minuen-
dam, dummodo maneat in quan-
titate notabili *Fragoſo de regimine
reipublicæ 2.p. lib. 5. diſp. 12.num.*
249.§.57.

Nos autem cum debita reve- 10
rentiâ ſimili ſtylo minimè accom-
modari poſſumus, quando vel per
probationem, vel per notorieta-
tem conſtat recuſantem nullam
omninò poſſe præſtare cautionem 11
etiam minimam: tum quia pau-
peres in caſu gravaminis ordinarij
deponenda minori ſumma excu-
ſãtur *ex Ord.lib.3.tit.84.§. 10. ibi
Barb. & Pereyra de reviſionibus* 12
*cap.74.n.3.* tum quia pauperes ex-
cuſantur à deponenda cautione in
causâ reviſionis, ſi paupertas prin
cipi nota ſit *ex Ord.lib.3.tit.95. §.
2: Pereyra ſupra n. 1. Valaſc. conſ.
51.n.19. Thome Vas aleg.90.n.32.*
tum quia poteſt contingere, ut
recuſans adeò pauper ſit, ut peni-
tus, nec minimam deponere poſ- 13
ſit cautionem, & juſtum non eſt
privare pauperem jure recuſatio-
nis à jure naturali proveniente
propter ſolam paupertatem, quæ
de ſe non eſt crimen, nec ei cau-
ſam prębet *ex Roberto lib.2. rerum
judicatarum cap.2. per totũ.* Tum 14
quia in judicio ſunt pauperes fa-
vendi *ex Segura in directorio judi-
cum 2.p.cap.7.a n.6. Valaſc. de præ
vilegio*

*vilegio paupertatis q.55.& nos diximus in 3.p. rubricæ noſtri operis de munere judicis orphanorum.*

15 Ideò eis defenſores conſtituuntur, quorum ope adverſus divites defendantur, qui gratis eos defendant *Bobadilha lib. 5. politicorum cap.4.n.3. Solorſanus tom.2. de jure Indiarum lib.4.& lib. 6. politicorum Covas dicto cap. 6. a nu.8. ibi Faria*, & ſportulas, dum litigãt, non debent *Covas practicatum cap.3.n.6. ibi cum multis Faria ſe-*
16 *gura ſupra 1.p.cap.14, a nu.11. Bobadilha lib.3.cap.14.nu. 8. & cap. 15.n.64.& 65.*

17 Movetur prȩterea *ex Ord. lib.3 tit.22.§.6.* ubi poſtquam legislator poſuit regulam, quod nemo relevetur à deponenda cautione ſtatim ab hac regulâ excipit pauperes, qui per teſtes probaverint ſe in bonis non habere cautionem ad deponendum, quæ exceptio generalis eſt, & nos eam reſtringere, nec debemus, nec poſſumus: quia lex generaliter loquens generaliter, eam intelligere debemus *ex l. de prætio 8. ff. de publiciana in rem actione l.1. §. generaliter ff. de legatis præſtandis*, & eam in-
18 diſtinctè videmus practicatam in pauperibus domùs Miſericordiæ, quibus non minoratur cautio: ſed ab omni præſtanda ob notoriam paupertatem liberantur, ut judicatum *tradit Phæb. 1. p. areſto 76. & refert Barb. ad Ord. lib.3. titul. 22. §.1. & nos quotidie videmus.*

19 Quare ſtylus, de quo *Pegas, & Coſta ſupra* eſt interpetrandus, & intelligendus, quando ſine probatione per teſtes facta, ſed tantum ex notorietate paupertatis cautio minoratur, ſecùs quando de impoſſibilitate ad deponendũ per alias legitimas probationes conſtiterit, & in primo caſu procedit *Ord. d. §.2.* & ſtylus, de quo ſupra.

Proterèa liberantur procuratores Regij, ſivè regiȩ coronæ, ſivè patrimonij regij, de quibus *in Ord. lib.1. tit.12. & 13. & in toto tit. Cod. de advocatis fiſci, & in l. 1. Cod. ſi adverſus fiſcum*, de quorum munere, ac dignitate agunt *Barb. & Pegas ad titulos Ord. ſupra citatos, & DD. in dicto tit. de advocatis fiſci, & in d. l. 1. Alfaro per totum tractatum de officio fiſcalis Cabedo 2. p. deciſ. 119. Larrea tom.1. aleg.1. Amaya in l. final. cod. de decurionibus lib. 10. Garſia de nobilitate gloſſ.3. & gloſſ.35. nu. 4. Caſſaneus ad conſuetudinem Burgundiæ rubrica 2. in. 3. principio Caſsiodorus lib.1. Epiſtola 22. Pereyra de reviſionibus cap. 75. Portugal. de donationibus regijs 3. part. cap.37. per totum Fragoſo dict. §.7. num.250.* 20

Qui quidem ad recuſandum cautione non indigent, ut notant *Barb. ad Ord. lib.3. tit.22. numer.1. Cabedo 2. p. deciſ.119. num.27. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n. 901. Thome Vas aleg.97. n.12. Cabedo 1 part. areſto 43. Pereyra de reviſionibus* 21

*nibus cap.75.nu.9.* & merito : tum
22 quia procurator regius cenſetur
pars ipſius principis *Alfaro de of-*
*ficio fiſcalis gloſſ.31.nu.*10. *Larrea*
23 *dicta aleg.*1.*num.*13. *Pereyra dicto*
*cap.75.num.7.* & indecoroſum eſ-
ſe ſubditos nomine pænę à princi-
24 pe exigere tradunt *Valenſuella cōſ*
82.*num.*21. *Pereyra ſupra num.* 8.
Tum quia cautio deponitur ob
præſumptam calumniam, quam
lex præſumit adverſus recuſantem
judicem, quę quidem præſump-
tio ceſſat in procuratore regio re-
cuſante cum minimè dici valeat
aliquam ſubdito per principem
calumniam inferri, qui vulgariter
dicitur dignitatum, & omnium
25 honorum origo, ac juſtitiæ fons *ex*
*Platea in l.*1.*cod.de celentiarijs lib.*
12. *Puteus de re militari lib.7.n.*11.
26 *Pereyra dicto cap.75.n.*8. quare eti
am à deponenda cautione in cauſa
reviſionis liberatur, ut reſolvit
27 *Pereyra dicto cap.75.per totum,* &
ab omnibus expenſis immunis eſt,
licet in lite ſucumbat *ex Ord.lib.*3
*tit.*67.§.3. *Cabedo* 2.*p.deciſ.* 119.
*n.*25. *Gam.deciſ.* 349. *Barb. in l.eū*
*qui temere 79.ff.de judicijs nu.* 195.
*Pereyra dicto cap.75.nu.* 10. *Pere-*
*grinus de jure fiſci lib.7.tit.4.n.* 14.
*Solorſanus de jure Indiarum tom.*
2.*lib.4.cap.6.n.* 127. *Larrea dicta*
*aleg.*1.*n.*28. *latiſsimè Pegas forenſ.*
*cap.*16.*per totum.*

28 Proxima reſolutio non ſolum
intelligenda venit in procuratori-
bus regijs coronæ, & patrimonij
regij de quibus in *Ord.lib.*1.*tit.*12.
& 13. qui ſenatores ſunt, & Vly-
ſipone degunt, & juxta princi-
pem ſunt, ſed de omnibus procu-
ratoribus, qui per univerſam do-
minationem Luſitanam officio ta
li funguntur, & ideò procurato-
res fiſcales, fiſci Inquiſitionis Ebo
renſis Vlyſiponenſis, & Conim-
bricenſis ab onere pręſtandi cau-
tionem eximuntur, ut judicatum,
& practicatum invenimus abſquè
ulla dubitatione.

Excipitur ab hac regula caſus
quando regius procurator directè 29
litem, ſeu cauſam non movet, nec
contra eum directo movetur : ſed
tantum vel actori, vel reo adhæ-
ret : quia tunc ſi ille, qui directe
actiones movet, vel contra quem
directe agitantur, judices recuſet
a deponenda cautione minime li-
berabitur : tum quia quando regi-
us procurator directè recuſationē 30
non ſupplicat, ſed tantum ſuppli-
canti adhęret cautio non eſt excu
ſanda *ex Pereyra de reviſionibus*
*cap.75.nu.* 12. Tum quia quando
regius procurator adhæret litigan
tibus ſuccumbentibus, locum ſi-
bi vendicat expenſarum condem-
natio *ex Ord.lib.*1.*tit.*12.§.1. *Gu-*
*ter.practicarum lib.3.q.*21.*num.*5.
*Barb.in d.l.eum qui temere n.* 201.
*Pereyra ſupra n.*13.

Pullulat hic reſolvendum an, 31
& quando procurator fiſcalis vo-
catus eſt Actor ad defendendum
reum, à quo res à fiſco empta pe-
titur in judicio, & procurator fiſ-
calis laudatus defenſionem ſuſci-
pit,

pit, poſſit judicem recuſare ſine
1 cautione fundando recuſationem
in perſonâ laudantis? Cujus reſo-
lutio pendet ab examine alterius
ſcilicet an recuſari poſſit judex à
laudato; & vocato ad defenſio-
2 nem, quando iſte, eam recipit
fundando recuſationem in lau-
dante; verbi gratia quod judex
eſt inimicus laudantis: & vide-
tur dicendum non poſſe: quia
poſtquam laudatus accepit de-
fenſionem laudans non eſt pars in
cauſa: ſed hac ratione minimè
refragante oppoſitum reſolvimus:
quia laudatus defendens: juſtum
habet timorem, quod judex ob
inimicitiam laudantis ad eum re
litigioſa privandâ gravet lauda-
32 tum, & ubi datur juſtus timor
legitima recuſationis cauſa adeſt,
33 ut *latè docuimus lib.* 4. *cap.* 9. cum
ergo procurator fiſcalis laudatus
poſſit recuſare judicem fundan-
do recuſationem in perſonâ lau-
dantis, legitime ſequitur, quod
à cautione deponenda libera-
tur.

## CAPUT IV.

An quando plures ſunt recuſantes tot cautiones requirantur, quot ſunt recuſantes.

### SUMMARIUM.

1 *Quando cauſa eſt dividua recuſatio unius alijs conſortibus ejuſdem litis, non prodeſt.*

2 *Secus verò, quando individua eſt.*

3 *Recuſatio, & appellatio appari procedunt.*

4 *Appellatio ab uno ex conſortibus in re dividua alijs non prodeſt, non ita è contra in individua, ut proſequitur infra num.* 12.

5 *Quando recuſationis cauſa eſt dividua tot requiruntur cautiones, quod fuerint recuſantes.*

6 *Una ſufficit cautio, quando cauſa eſt individua aut omnium colitigantium una, eademque defentio.*

7 *Appellatio debet interponi ab omnibus condemnatis, quando omnibus non competit una eademque defentio.*

8 *Si plures petant reviſionem ſententiæ in re dividua, tot erunt cautiones, quot fuerint ſuplicantes.*

9 *Sententia eſt individua, etiam ſi ſuper quantitate, vel, re dividua ſit prolata.*

10 *Sententiæ tot ſunt, quot ſunt capitula diverſa.*

11 *Tot cautiones debent deponi, quot fuerint recuſantes in cauſa circa diverſa capitula.*

12 *Idem factum non debet ſepius agitari.*

13 *In popularibus non requiritur ut omnes actionem proſequantur.*

14 *Si plures actione populari agant, non eſt neceſſarium, ut dentur tot cautiones, quot ſunt agentes.*

15 *Continentia cauſæ eſt individua, nè ſuper eadem re diverſæ proferantur ſententiæ.*

16 *Hæc exceptio à parte debet opponi.*

17 *Et in quacumque parte litis ſufficit ut apponatur.*

18 *De contingentia cauſæ agitur remiſſive.*

19 *Si plures Tutores qui habent adminiſtrationẽ ſeparatam judicem recuſent, tot riquirun- tur cautiones, quot fuerint Tutores.*

20 *Appellatio, ab uno ex Tutoribus ſeparatam adminiſtrationem habentes, prolata, alteri non prodeſt.*

21 *Exemplificatur multipliciter, doctrina tradita numer.20.*

22 *Si adverſus ſententiam in qua plures in diverſis ſummis fuerunt condemnati, impedimenta offerantur, quorum cognitio ad eundem pertineat judicem, & inſimul ex nova cauſa intendant omnes eum recuſare, tot debent deponi cautiones, quot fuerint recuſantes.*

23 *Traditur ratio dicidendi ſuprapoſitæ reſolutionis.*

CIrca materiam præſentem plura diximus *lib.* 3. *cap.*3. 1
ubi generalem regulam conſtituimus, quod ubi cauſa fuerit dividua recuſatio unius alijs conſortibus ejuſdem litis non prodeſt, ubi verò fuerit individua 2
recuſatio uniũs cæteris prodeſt, quæ quidem regula ultra ibi dicta probatur: quia recuſatio, & 3
appellatio à pari procedunt, ut varijs in locis probavimus ex multis, quibus nunc addimus *Cortiada deciſ.* 18. *numer.* 3. *Barboſ. voto* 4. *numer.* 98. *Scacia de appellationibus quæſt.* 16. *limitatione* 1. *a numer.* 8. *Berart. in ſpeculo viſitationis cap.* 6. *numer.*10 *in fine Ripol.* 2. *variarum cap.* 2. *numer.*222. Sed appellatio ab uno ex conſortibus in re dividua 4
alijs non prodeſt, & per contrarium in re individua prodeſt ut dicto *cap.* 3. diximus, & probatur *ex l. ſi cum uno ff. de exceptione rei judicatæ l. cum duobus Cod. de inofficioſo teſtamento l.* 2. *Cod. de fide inſtrumentorum*: ergo recuſatio in re dividua ab uno intentata, alteri non prodeſt, & è contrario in re individua, & ita docet *Xamar de officio judicis* 1. *part. quæſt.* 14. *num.*53. *in fine* ibi: *imò ſi judex recuſetur ab uno ex litigantibus ab alijs nihil apponatur poterit quoad non recuſantes judicare. Rebuſus tom.*3. *de recuſationibus articul.*8 *gloſſ. unica Alexander conſ.* 64,*n.*6. *volumine* 7.

Ex

Ex quâ regula jam infertur,
5 quod ubi cauſa fuerit dividua, &
non una omnium litigantium de-
6 fenſio, quot fuerint recuſantes
tot erunt cautiones, ubi vero cau-
ſa fuerit individua, aut collitigan-
tium, una eadem defenſio, unà
pro cunctis recuſantibus ſufficiat
cautio, quæ illatio, quo ad pri-
mam partem probatur ex eadem
paritate appellationis, quę qui-
7 dem in causâ dividua, & ubi
non eſt una eadem defenſio eſt
interponenda ab omnibus con-
demnatis ita ut non appellanti,
minimè proſit ut probatur *ex Ord*
*lib.3.tit.*80. *per totum*, & ex juri-
bus ſupra allegatis *Arouca alleg.*
25. *per totam Peregrinus de fi-*
*deicommiſſis articul.* 53. *nume-*
*ro* 4.

8 In ſpecie magis confirma-
tur: quia ſi plures ſupplicent re-
viſionem ſententiæ in re dividua
tot erunt deponendæ cautiones,
quot fuerint ſupplicantes *Perey-*
*ra de reviſionibus cap.* 64. *a nu-*
*mer.* 7. *&* 69. *numer.* 4. Ergo
ſimiliter ſi judex recuſetur à plu
ribus in re dividua, tot erunt
deponendæ cautiones, quot fue-
rint recuſantes.

9 Rurſus ſtabilitur: quia licet
ſententia ferenda in cauſa ſit in-
dividua etiam lata ſuper quan-
titate, & re dividua *Arouca al-*
*legat.* 25. *numer.* 9. *Ramon.conſ.*
41. *numer.* 3. *&* 4. *ubi plures ci-*
*tat. Cancerius* 3. *var. capit.* 17.
10 *numer.* 332. tot tamen ſunt ſen-
tentiæ, quot ſunt diverſa capi-
tula *Arouca alleg.* 54.*num.*3.*Gom*
2. *variar. cap.* 11. *numer.* 16. *ubi*
*Aylon numer.* 27. *multos dat con-*
*cordantes Gratianus cap.* 781. *nu.*
42. *Menoch.conſ.*719.*num.* 53. *&*
*probatur ex l. etiam* §. *ex cauſa ff.*
*de minoribus l. quædam mulier ff.*
*familiæ erciſcundæ l. cum illa pia*
*ff. de jure patronatùs l. quid tamen*
21. *in principio ff. de arbitris Pe-*
*reyra de reviſionibus cap.* 17. *num.*
27. *Salgado de regiâ protectione*
*p.* 2. *cap.* 7. *numer.* 64. Ergo tot
erunt deponendæ cautiones, 11
quot fuerint recuſantes in causâ
circa diverſa capitula: quia tot
erunt condemnationes, quot ſunt
capitula.

Quo ad ſecundam partem pro- 12
batur: tum quia in re individuâ
appellatio unius alteri prodeſt,
ut probant omnes ſupra citati,
& omnes, quos citavimus dicto
*cap.*3.*l.*1.*&* 2.*Cod. ſi unus ex plu-*
*ribus Ord.lib.*3.*tit.*84.§.12.*Scacia*
*de appellationibus lib.*3.*cap.*2.*q.*11.
*n.*77. *Arouca alleg.*25.*num.*8. er-
go ſimiliter unica cautio ſufficit
in recuſatione appoſita à pluribus
recuſantibus litigantibus ſuper re
individuâ: quia ratione individui-
tatis non plures cenſentur: ſed u-
nicus reputatur.

Tum quia idem factum non de 13
bet ſæpius agitari *ex l.eum, qui* §.
*in popularibus ff. de jurejurando l.*
*ſed,& ſi* 3.*ff. de popularibus actio-*
*nibus docet gloſſ.in l.* 2. *Cod. quibus*
*res judicata non nocet Arouca ſupr*

*n.5.Menoch.conſ.390.n.37. Peregrinus de fideicõmiſsis art.53.n.41.*

14 Accedit etiam quia in popularibus actionibus planum eſt neceſ
ſarium non eſſe, ut omnes actionem proſequantur *ex l.2. ff. de popularibus actionibus*, & ſententia
uno petente lata cæteris omnibus
nocere & proficere debet, quibus
unica,& idẽtica fuit vincẽdi cauſa
ut reſolvunt *Tiraquellus de nobilitate cap.37.n.2. & in tract. res inter alios act. a limitatione* 18. *Scatia de re judicata gloſſ.14.q.12.nu.65. & 67. Mieres de maioratu 2.p.q.4 illatione 6.n.620. Arouca ſupra nu. 4. Scobar de puritate 1.p.q.13. §.1. a n.11. & 12. a n.18.* ergo ſi plures
actiones populares proſequantur,
15 non ideo recuſantes, plures cautiones, deponere debent; cum unus
ſufficiat ad agendum.

16 Firmatur ulterius: quia continentia cauſę eſt individua, ne ſequantur diverſæ, ſeu contrariæ
ſententię in eadem re contra regulam *tx. in l.1. & 2. ff. quibus rebus ad eundem l. nulli Cod. de judicijs ibi Barb. a num.1 uſque ad 8. cap.1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ibi Barb, l. cognitio §. ſi plures ff. de libertate legata Cancer. 3. var. cap. 1. a n.50. Carleval de judicijs tit.1 diſput.2. a n.899. & tit. 2. diſp. 2. per totam Salgado in labyrinto 1.p. cap.3. a n.13. & cap.4.n.15. Tonductus de præventione 1.p. cap.13. cum infinitis Cortiada deciſ.36.numer.32.*

17 Quæ exceptio eſt à parte apponenda *Carleval. dicto tit.2. diſp.2. n.7. Salgado §12. n.56. Tonductus* 18
*dicto cap.13. num.3. Cortiada dicta deciſ.36.nu.50. Barb. in l. nulli 10. n.4.* qui plures referunt, & apponi poteſt in quacumque parte litis
*Carleval dicta diſp.2.n.8. Cortiada n.52. ubi infinitos dat concordantes Tondutus dicto cap.13.n.3. Salgado dicto cap.4.§.3.n.5. Cancer. 3.var.cap.1.a n.52. Ripol. variarũ cap.4.n.97. qui alios referunt.*

Continentia cauſæ quibus mo- 19
dis dicatur noſtri inſtituti non eſt,
ſed videndi ſunt *Carleval de judicijs tit.2. diſp.2. n.3. Tondut. de præventione p.1. cap.13. & p.2. cap. 14. Salgado in labyrinto 1.p. cap.4. §.1. a n.44. Tuſcus practicarum litera C. concluſione 975. Gaillus lib. 1. obſervat. cap.32. Trentacinquus 2. var. tit. de judicijs reſolutione 2. a num.3. Menochio de arbitrijs caſu 371. Aflictis deciſ.354. n.5. & 13. Parladorus quotidianarum lib.2. cap.9. a n.2. Villadiego in politicis cap.1. a n.52. & nos met ipſi de munere judicis orphanorum tract.1. lib.4. cap.14.* Ergo una cautio ſufficit, ubi agitur de re de natura,
vel lege, vel hominis diſpoſitione
individua.

Colliges ex dictis multa quo- 20
tidiana, quæ in individuo referre
longum poſtulabant ſermonem;
ſed pauca hic tibi dare nobis eſt
animus, & ideo ſolum dicimus;
quod ſi plures tutores, qui habent
adminiſtrationem ſepararam, judicem recuſent; tot erunt deponendæ

nendæ

nendæ cautiones, quot fuerint
21 recuſantes: quia in caſu, ſicut appellatio unius alteri non prodeſt *ex Ord.lib.3.tit.*80. & cautio unius ad alteros non extenditur, quod
22 idem procedere affirmamus circa decuriones civitatum, & oppidorum circa confrates domùs miſericordiæ, ſeu aliarum confraternitatum, & quoſcumque alios ad miniſtratores habentes ſeparatam adminiſtrationem, vel per annos diverſos, vel per officia diſtincta, ſecus verò ſi habeant adminiſtrationem conjunctam, & individuam: nam tunc unica cautio ſufficiet: quia ſufficiet unius recuſatio ſicut appellatio, ut omnibus proſit.

23 Caput hoc claudamus aſſerendo, quod quando in ſententiâ plures ſunt condemnati in ſummis diverſis, & ſeparatis; ſi adverſus ſententiam impedimenta, ſeu exceptiones, vel in chancellaria, vel in executione offerant, quorum cognitio ad eundem judicem pertineat, & inſimul ex causâ novâ judicem ad cognitionem illarum recuſare intendant, tunc tot erunt deponendæ cautiones, quot fuerint recuſantes: quia jam tunc agunt de re dividuâ, & ſunt in ca-
24 ſu, in quo appellatio unius alteri non prodeſt; ſecùs verò, ſi abſque diſtinctione, & ſeparatione ſummarum fiat condemnatio ex eodem jure, & ratione: quia tunc unius cautio pro cæteris ſufficit; & unius appellatio *Arouca aleg.*25. *per totam*, & in uno, & altero caſu vidimus ita judicatum fuiſſe.

## CAPUT V.

An cautio deponenda ſit, quando recuſatur judex, qui ex ſpeciali principis delegatione de aliqua cauſa, ſeu negotio cognoſcit; & quæ cautio.

### SUMMARIUM.

1 *Qualis ſit Iudex delegatus demonſtratur & n.*40.
2 *Iudex ordinarius qualis ſit oſtenditur & num.*3.
3 *Vbi Iudex cognoſcit ex juriſdictione purè delegata cautio non requiritur.*
4 *Traditur, Ratio.*
5 *Cautio non habet locum niſi in caſibus in jure expreſſis.*
6 *Demonſtratur quænam ſit juriſdictio excitata.*
7 *Quando Iudex cognoſcit cum juriſdictione excitata, illa cautio debet deponi, quæ aliàs deponẽda eſſet, ſi judex juriſdictione non excitata cognoſceret.*
8 *Ratione oſtenditur.*
9 *Excitatio juriſdictionis non facit ut judex ordinarius delegatus efficiatur.*
10 *Proſequitur eadem Reſolutio.*
11 *Cognitio appellationis, vel gravaminis, qui à judice juriſdictione excitata judicante fuere interpoſita, pertinent ad eoſdem ſuperiores ad quos per-*

 *tine-*

tinerent, ſi talis excitatio juriſdictionis, non daretur.

12 Recenſentur caſus in quibus Princeps, committendo cauſam judici ordinariam juriſdictionem habenti, juriſdictionem non excitat, ſed delegat, & n. 22.

13 In his caſibus cautiones non requiruntur.

14 Appellatio ſeu gravamen non poteſt ad alios interponi niſi ad Principem, vel ad eos, qui ab illo fuerint deſignati, caſu quo Princeps judici juriſdictionem mandavit, hac clauſula.

15 Si judex ad alios recipiat appellationem in tali caſu in expenſis debet condemnari.

16 Aſignatur ratio.

17 Judex, debet, reſervare ſuperioribus ordinarijs, cognitionem an illis pertineat, vel non appellatio, vel gravamen.

18 Vera inteligentia ſuprapoſitæ reſolutionis.

19 Judex Ordinarius, ſuperioribus ſuperior redditur, ſi a Principe aliqua fuerit demandata juriſdictio cum clauſula, ut ad ipſum ſolum appelletur.

20 Quomodo debeat agnoſci, an Princeps juriſdictionem committat ratione officij, aut ratione perſonæ, & num. ſequenti.

21 Quando habetur reſpectus ad perſonam, delegatio eſt perſonalis, & ex ea ordinarius delegatus efficitur.

22 Si ad officium aut dignitatem habetur reſpectus, juriſdictio non delegatur, ſed ſolum excitatur.

23 Recenſentur conjecturæ, quibus agnoſci poteſt; an delegans habuit reſpectum ad perſonam.

24 Si Princeps perſonæ non habenti juriſdictionem, aliquam committat cauſam, abſque cautione poterit recuſari, hujuſmodi commiſſarius.

25 Demonſtratur ex qua ratione.

26 Iuriſdictio dellegata eſt odioſa, favorabilis que ordinaria.

27 Sine cautione non poteſt recuſatus eſſe ille judex, qui juriſdictione excitata cognoſcit, ſi ordinaria cognoſcente, etiam cautio erat neceſſaria.

28 Et quarè.

Huic queſtioni congruenter & aptè ſatisfacere non poſſumus, niſi priùs cognoſcamus, quis ſit judex delegatus, & quis ordinarius judex. Relictis varijs, quæ variè tradiderunt varij DD. dicendum eſt, quod judex delegatus: *eſt is, cui ſine magiſtratu officio vè, aut non habita ratione ad illum juriſdictio mandata eſt Barb. ad rubricam de officio & poteſtate judicis delegati n. 21. & 22.* Ordinarius *eſt ille, qui jure ſui officij dignitatis, vel magiſtratus juriſdictioni ſeu juri dicendo præeſt. Barb. ad* 2

rubricam

*rubricam de officio ordinarij n.*3.*&* *nos diximus in rubrica de munere judicis orphanorum* 2.*p.in principio* *&* *tract.* 5.*de proceſſu civili*, *&* *criminali coram judice orphanorum formando lib.*1.*cap.*1.*&* *lib.*4.*cap.* 2.*&* *de jure*, *&* *privilegijs fiſci Sanctæ Inquiſitionis lib.* 1. *cap.* 2. *Molina de juſtitia*, *&* *jure tom.* 6. *diſp.* 14.*Barb.in l. cum Prætor* §.1 *ff.de judicijs n.*21.*&* 22.*&* *a n.*24 *Morla in emporio juris tit.*1.*in præludio n.*88.*Bartholus in l. more* 9. *n.*3.*&* 4.*ff. de juriſdictione omniũ judicum. Guilhauſius in* 1. *p. arboris judiciariæ cap.*1.§. 6. *numer.* 1. ubi ſic diſcribi judicem ordinari-
3 um: *ut ſit ille qui propriã juriſditionem a lege circa cauſarum univerſitatem exercet*; *vel ille, qui propriam juriſdictionem habet ex ſuã perſonã*, *&* §. 7. ubi deſcribendo ju-
4 dicem delegatum ſic ait *Index delegatus eſt*, *cui vel ad cauſam cognoſcendam*, *vel definiendam*, *aut exequendam*, *vel in totum á lege*, *vel a principe vel ab alio habente authoritatem*, *mandata*, *vel data eſt juriſdictio nihil proprium habens ſed totum a mandante recognoſcens* qui *a n.*11.cum pluribus ſequentibus 37.differentias inter judicem ordinarium, & delegatum tradit, de quibus etiam *Maranta de ordine judiciorum p.* 4. *diſtinctione* 5. *a num.*25.

5 Prçmiſſis his ad propoſitam quæſtionem reſpondemus; quod
6 ubi judex cognoſcit ex juriſdictione purè delegata, cautio non requiritur: quia ad recuſandum judicem delegatum nullo in jure, ſi- 7
ve Civili, ſive Canonico, ſive Luſitano requiritur cautio, quæ locum habere non poteſt, niſi in caſibus à jure expreſſis *ex l. in omnibus* 41.*ff.de judicijs l.*2. *in principio ff.ſoluto Valenſuella conſ.* 29. *num.* 25.*&* *conſ.*106.*n.* 3. *Pegas forenſ. cap.*15.*n.*229.& quod cautio in ſpecie non requiratur tradit *Leitão in praxi finium regundorum cap* 11.*n.*34.

Ubi verò judex cognoſcit non
ex juriſdictione purè delegata,ſed ex juriſdictione excitata, quæ il- 8
la dicitur, *quando princeps*, *vel ſuperior poteſtatem habens excitat*, *ac movet juriſdictionem judicis ordinarij dando ei poteſtatem cognoſcendi ultra caſus*, *de quibus tamquam ordinarius tantum cognoſcere poterat habita ratione ad juriſdictionẽ ordinariã*,*vel ordinariæ cõparatã*, ut colligitur *ex Barb. ad rubricã de officio*, *&* *poteſtate judicis*
*delegati n.*12. illa cautio eſt depo- 9
nenda, quæ erat deponenda ſi judex recuſaretur in caſibus,de quibus ſublata excitatione, principis virtute ſuæ juriſdictionis cognoſcere poterat.

Quia in tali caſu judex manet 10
etiam ordinarius, quo ad cauſam ei commiſſam per juriſdictionem
excitatam: nam commiſſio ſeu de 11
legatio non efficit, ut judex ordinarius dicatur delegatus, ſed excitat tantummodo juriſdictionem *Zachias de Sellario q.* 72. *num.* 16. *&*

*& 17. ubi multos citat Gratian. cap.5.n.11. Ancharranus conſ.200 per totũ Mauricius de Apicela aleg 2.num.1.ubi multos citat Scopa ad Gratianum obſ.44. Roſa conſ.48.n. 7.& 8. Maſtrillus deciſ.292. Cancer.3.var.cap.12.nu. 221.& 222. Bobadilha lib.2.politicorum cap. 21 n. 45. Maranta de ordine judiciorum p.4.diſtinct.5.n.22.* qui omnes docent, quod princeps com-
12 mittendo judici ordinario, vel ordinario ſimili cauſam, quę ad eum ſpectabat; non videtur delegare, ſed excitare, ſeu ſuſcitare juriſdictionem, eam ampliando ad cauſam, cujus cognitio ad eum non ſpectabat *Pegas ad Ord. lib.1.tit.6.§.9.n.31. Fragoſo de regimine reipublicæ 1.p.lib.4.diſp.10. n.100.§.1.*

13 Et ideò appellationes, & gravamina interpoſita à judice, qui per juriſdictionem excitatam cognoſci ad eòſdem ſuperiores judices pertinet, quibus cognitio de cæteris appellationibus, ſeu gravaminibus ab eodem judice interpoſitis pertinebat: quia eo ipſo, quod juriſdictio inferioris fuit excitata, ſeu ſuſcitata ad cauſas, quę ad eum non ſpectabant, ſimiliter ſuperiorum. *Gilbauſius in primam partem arboris judiciariæ cap.1.§.7.num.4.* & ita apud noſtrum ſupremum ſenatum ſervatur atteſtante *Pegas ad Ord. lib.1. tit.6.§.9.gloſſ.11.n.1.*

Duobus in caſibus reſolutio ſupradicta limitatur, in quibus etiam ſi princeps committat cauſam judici alias habenti juriſdictionem ordinariam, non cenſetur ejus juriſdictionem ſuſcitare, ſeu excitare, ſed purè delegare: pri- 14
mus eſt quando princeps appellationes, ſeu gravamina inde reſultantia, ſibi, vel alio tribunali, quod non erat ſuperior ordinarius judicis cui commiſit, reſervavit, quia tunc pure delegare cenſendus eſt, & in hoc caſu cautio ad recuſationem non requiritur, 15
nec appellatio ſeu gravamen eſt admittendum ad ſuperiores alios 16
ordinarios, ſed ad principem, aut ſuperiorem ab eo determinatum: quia tunc princeps cenſetur tollere juriſdictionem ſuperioribus ordinarijs *tx. expreſſus in cap. paſtoralis 28. de officio, & poteſtate judicis delegati ibi cum multis Barb n.9. Maranta de ordine judiciorũ p.4.diſtinctione 16.nu. 58. Reynoſo obſ.60.n.50.ubi ejus Additionator plures citat*, imò judex in iſto caſu 17
recipiens appellationem, vel gravamen, ad ſuperiores ordinarios, debet condemnari in expenſis *ex Ord.lib.1.tit.6.§.20.ubi Pegas, & tit.8.§.2.ibi Pegas & lib.3.tit.70. §.6.* quia tunc judex non eſt inferior ſuperioribus ordinarijs, ſed 18
illis in tali cauſa ſuperior, ut late *diximus de munere judicis orphanorum tract.1.lib.4.cap.14.& tract. 5.lib.1.cap.2.* Nec obſtat, quod judex debet reſervare ſuperiori- 19
bus ordinarijs cognitionem, an illis pertineat, vel non appellatio,

vel

vel gravamen ex *Leitam de jure Luſitano tract.1.q.6.num.*84. quia
20 hæc doctrina non procedit in noſtro caſu ſed quando vertitur dubium, an ſit caſus gravaminis, ſeu appellationis: quia tunc hujuſmodi cognitionem ſuperioribus reſervare debet, quod militare non poteſt in noſtro caſu in quo ſuperiores ordinarij, non ſunt ſu-
21 periores, imò inferiores. Tene mẽ te: quia in hoc penitus allucinatos vidimus duos ſenatores, qui ſecundum vulgi opinionem literatiſſimi reputantur.

22 Alius caſus eſt: quando princeps, licet committat cauſam judici ordinario, vel ordinario ſimili, hoc tamen non facit ratione Officij, ſed intuitu perſonæ: quia tunc hujuſmodi juriſdictio non eſt ſuſcitata, aut excitata, ſed purè delegata *Barb. cum alijs ad rubricam de Officio*, *&* *poteſtate judicis delegati*, & in iſto caſu cautio non requiritur ex ratione, de qua ſupra, & ex his, quæ *Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ p.2.lib.5.diſp.12.à n.138.& lib.4. diſp.10.§.1.à n.105.uſque ad* 127. ubi in ſpecie de materia, de quà agimus.

23 Labor totus erit in cognoſcendo an, & quando princeps committat, vel ratione officij, vel ratione perſonæ, ut cognoſcatur an juriſdictio ſit excitata, aut ſuſcitata tantum, vel delegata ſolum, in quo plura plures tradiderunt DD. ut videre eſt apud *Barthol. in l. ambitioſa ff. de decreto ab ordinario faciendo n.*34. *& in l. more ff. de juriſdictione omnium judicum Fragozo de regimine reipublicæ* 2. *p. lib.* 4.*diſp.*10.§. 1. *fere per totum Menoch. de arbitrarijs q.* 12.*n.*2. *Maranta de ordine judiciorum* 4. *part. diſtinct.* 5. *à n.*4. *& plures alios penes citatos*, qui late agunt an, & quando judex ordinarius efficiatur delegatus.

Sed nos brevitati conſulendo 24
aſſerimus, quod quando ex verbis & modo loquendi poteſt colligi delegantem habuiſſe reſpectum ad perſonam delegatam, delegatio eſt perſonalis, & ex eà ordinarius efficitur delegatus, quando verò reſpectus non habetur ad perſonam, ſed ad officium, ſeu dig-
nitatem juriſdictio non cenſeatur 25
purè delegata, ſed tantum excitata, & ſuſcitata, & ex eâ ordinarius non efficitur delegatus *cum Natta conſ.*163.*n.*10.*&* 164.*n.* 3. *lib.*1. *Menoch. conſ.*340.*nu.* 20. *& de arbitrarijs q.*68.*n.*15.

Ex verbis, & modo loquendi 26
tunc inter alios modos, de quibus DD. ſupra citati, & infra citandi, colligitur delegantem habuiſſe reſpectum ad perſonam, & non ad officium, & dignitatem, quando eligitur induſtria perſonæ *ex cap. fin.* §. *is autem de officio delegati cap* 15. *cui eodem titul. in* 6. *ubi Barboſ. multos dat concordantes*, quæ tunc electa cenſetur quando delegatio fit expreſſo nomine proprio delegati *ex cap. uno delegatorum* 42.

*de officio delegati Barboſ. in capit. quoniam 43. eodem titul. a num. 3. uſque ad 13. & in cap. religioſos* §. *ſane de teſtamentis lib. 6.* quamvis nomen proprium exprimatur per circumlocutionem *ex cap. licèt ex quadam de teſtibus cap. tua de conſanguinitate, & affinitate ibi Barb latè Fragoſo dicto* §. 1. *numer.* 120. vel ſi commiſſio fiat expreſſo nomine, & expreſſo ſimul nomine dignitatis *ex cap. quoniam* 43. *de officio delegati ibi Barb. Fragoſo dicto num.* 120. vel alijs modis de quibus *Barb. in dicto cap. quoniam ubi ex infinitis* novem caſus aſſignat, de quibus etiam *Fragoſo dicto* §. 1. *ferè per totum Barb. in l. cum prætor* §. 1. *ff. de judicijs a num* 463. *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. §. 45. *gloſſ.* 106. *num.* 1. *Leitaõ in pra-*
27 *xi finium regundorum cap.* 11. *a nu.* 35. *Thoro deciſ.* 1. *per totam.*

Infertur ex dictis primo, quod ubi aliqua cauſa, ſeu cognitio, aut inquiſitio, vel quodlibet aliud negotium committitur à principe perſonæ non habenti juriſditionem, talis judex, ſeu commiſ-
28 ſarius recuſari poteſt ſine cautione: quia, ut ſupra diximus, ad recuſandum delegatum cautio non requiritur: quia Ordinatio noſtra *lib.* 3. *titul.* 22. *per totum* loquitur de ordinarijs judicibus, & ad delegatos non extenditur *Leitaõ in praxi finium regundorum cap.* 11. *n.* 34. ubi rationem differentiæ tradit, cur lex requirat cautionem
29 ad recuſandum judices ordinarios, & non ad recuſandos delegatos, quæ talis eſt; quia juriſdictio delegata eſt odioſa, & ordinaria, favorabilis *Phæb.* 1. *p. deciſ.* 80 *num.* 12. *gloſſ. penult. in clementina* 2. *de officio ordinarij.*

Infertur ſecundo: quod cautio non requiritur ad recuſandum judicem habentem juriſdictionem ordinariam, vel ordinariæ ſimilem, ut non cognoſcat in cauſa in qua de ordinario ex delegatione principis fit delegatus ex rationibus, juribus, & DD. de quibus ſupra. 30

Infertur tertio: quod ad recuſandum judicem, cui cauſa commiſſa fuit per juriſdictionem excitatam, ſeu ſuſcitatam requiritur eadem cautio, quæ requirebatur ad eum recuſandum in cæteris cauſis, de quibus cognoſce- 31
bat, aut tanquam ordinarius, aut tanquam ordinario ſimilis: quia, ut diximus per juriſdictionem excitatam, ſeu ſuſcitatam ordo judicialis non mutatur, ut docet *Pegas ad Ord. lib.* 1. *titul.* 6. §. 9. *à num.* 3.

## CAPUT VI.

An judex non obſtante recuſatione ad ulteriora procedere poſſit, quando recuſans non ſtatim nominat teſtes, quibus recuſationem probare intendit.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſans debet in calce ſuſpicionum nominare teſtes quibus eas probare intendit.*

2 *Re-*

2 *Recuſatio, quæ ex poſt facto probari non poteſt non eſt admittenda.*

3 *Si recuſans teſtes non nominat, non ex eo poterit judex ad ulteriora procedere.*

1 QUæſtio hæc videtur reſolvenda pro parte affirmativa: quia recuſans debet ad calcem ſuſpicionum nominare teſtes ad eas probandas nec alios poteſt poſteà nominare *ex Ord. noſtra lib. 3. titul. 21. num. 25. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem nu.* 891. *in fine Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ p. 2. lib. 5. diſp.* 12. §. 1. *n.* 244. Atqui recuſatio, quç poſtea probari non poteſt, non eſt
2 attendenda; ſed tamquam frivola eſt rejicienda ut latè *diximus lib* 4. *cap.* 1. ergo in tali caſu poterit judex non obſtante recuſatione ad ulteriora procedere.

Hac tamen ratione minime refragante contrarium eſt reſolvendum; quia non ex eo, quod
3 recuſans teneatur ad calcem ſuſpicionum teſtes nominare, ſequitur, quod ſi non nominat, poſſit ipſe judex ad ulteriora procedere: nam hoc non diſponit lex, imò oppoſitum ex ea parte colligitur, dum aſſerit, non poſſe poſteà alios teſtes nominare, quaſi dicat, quod judex recuſationis eum non admittat ad probandum per teſtes, ſi eos non nominet, ſed alias probationes ei non prohibet admittere, ut confeſſionem recuſati, & inſtrumenta vel recuſati depoſitionem.

## CAPUT VII.

Iudex poſt recuſationem an omnino ſuperſedere teneatur, & an aliquid per agere poſſit, & ſine periculo attentati.

### SUMMARIUM.

1 *Poſita ſuſpicione conquieſcit judicis officium, & recuſans à juriſdictione recuſati remanet exemptus.*

2 *Recuſatio, & appellatio quoad ſuſpentionem juriſdictionis æquiparantur.*

3 *Pendente appellatione, vel recuſatione, nihil poteſt innovari.*

4 *Ampliatur reſolutio tradita n. 1. uſque ad n.* 19.

5 *Prædicta reſolutio procedit in omnibus, & quibuſcumque judicibus.*

6 *Sivè cauſa ſit criminalis, ſivè civilis.*

7 *An ordinaria ſit, an vè ſummaria.*

8 *Idem dicitur in quocumque alio, in quo cadat juſtitiæ adminiſtratio.*

9 *Iudex recuſatus, neque diſcutioni cauſæ, neque relationi Præſens eſſe debet.*

10 *Si recuſans non potuerit probare votum objectum, poterit proteſtare, ut judex vel ſenator vottum proferat cum clauſula, ſit, & in quantum, & non nocebit cauſæ ſi poſtea appareat veram eſſe objecti cauſam.*

11 *Prolata recuſatione, tantum remanet ſuſpenſa illa cauſa, quæ per vota deciditur; quantum illa, quæ per deliberationes.*

12 *Sententia lata per judicem recuſatum eſt ipſo jure nulla tam de jure Civili, quam Canonico, & eodem modo ſunt irrita cætera ab ipſo geſta.*

13 *Ad ſuſpendendam Iudicis juriſdictionem, ſufficit, quòd cauſa talis ſit, quòd probata ſuſpectus judicetur judex.*

14 *Proceſſus factus per judicem recuſatum poſt appellationem adeò eſt nullus, ut non ſit neceſſarium, quòd recuſans appellationem proſequatur ad hoc, ut irritetur.*

15 *Idem procedit, licet recuſatus ſit perſona valdè religioſa, vitæque probabilis.*

16 *Quod extenditur, ut idem procedat etiam in proceſſu, ſeu actis geſtis, aut in ſententia lata ad relationem illius, qui fuit legitimè recuſatus.*

17 *Si unus ex conjudicibus fuerit recuſatus, non poteſt alter, cui poteſtas in ſolidum non eſt data ad ulteriora validè procedere, pendente recuſatione.*

18 *Quemadmodum eſt nulla ſententia excommunicationis, appellatione pendente prolatâ, ita etiam pendente recuſatione.*

19 *Iudex, qui pendente recuſatione ad ulteriora procedit tenetur ad omne lucrum ceſſans, damnumque emergens, quod indè parti reſultavit, inſimul que ad omnes expenſas.*

20 *Si recuſatio à judice ſit rejecta, utpotè proveniens ex cauſa notoriè falſa, & fruſtratoria, validè ad ulteriora procedit.*

21 *Si tamen ex poſt facto, non benè procedere judicem in rejiciendis recuſationibus, fuerit judicatum; tenebitur ipſe judex ad damna, & expenſas.*

22 *Conſilium Authoris interponitur.*

23 *In cauſa poteſt judex procedere, ſi recuſans expreſsè, vel tacitè propoſitæ recuſationi renunciet, & quando hæc detur renunciatio, traditur.*

24 *Remedium recuſationis poteſt a partibus recuſari.*

25 *Quando cauſa committitur cũ clauſula* recuſatione remota, *poteſt judex ad ulteriora procedere, ſi recuſatio ſit frivola.*

26 *Etiam poſt recuſationem procedere poteſt, ſi natura cauſæ recuſationem non recipiat, vel ſi talis ſit judex, ut recuſari non valeat.*

27 *In-*

27 *Index in uotorijs criminibus non poteſt ut ſuſpectus recuſari.*

28 *Poſt litem conteſtatam non admittitur recuſatio, niſi recuſationis cauſa detur de novo.*

29 *De jure Canonico, & de jure Luſitano poteſt recuſatus ad ulteriora procedere, quando non exprimitur recuſationis cauſa, vel expreſſa non eſt legitima.*

30 *Si procurator ſine ſpeciali mandato apponat recuſationem cũ cautione de ratihabitione, poteſt judex antequam ratificatio ſit facta, & ipſi intimata, progredi in cauſa.*

31 *Omnia geſta a judice ante recuſationem propoſitam ſunt valida, licet judex ſit notoriè ſuſpectus.*

32 *Suſpectus notoriè poteſt procedere uſque ad ſententiam, ſi exceptio recuſationis a parte non opponatur.*

33 *Limitatur quando judex eſt ſuſpectus ex capitali inimicitia, tunc etiam proceſſus eſt nullus, licet recuſatio non opponatur à parte.*

34 *Quandò ad recuſationem eſt neceſſaria cautio, ſunt valida omnia, quæ ante cautionem depoſitam geruntur.*

35 *Iudex ſemel in cauſa recuſatus, non poteſt in eadem ab eodem recuſante recuſari ex cauſa jam exiſtenti tempore primæ recuſationis, quamvis recuſanti tunc ignota.*

36 *Valida eſt ſententia prolata in cauſa criminali à Senatoribus Senatùs Portuenſis, & Vlyſiponenſis, ſi pars in principio finalis allegationis non expreſſerit Senatores ſibi ſuſpectos, & ſuſpicionis cauſas, teſteſque ad eas probandas.*

37 *Translato dicto termino, non poſſunt amplius recuſari.*

38 *Quædam traditur limitatio.*

39 *In Senatu Vlyſiponenſi, vel Portuenſi non habetur prò invalido, proceſſus factus per judicem recuſatum, ſi pars nòn appellavit, aut nullitatẽ non oppoſuit.*

40 *Barboſæ conſilium notatur.*

SUſpicione intentata conqui- 1
eſcit judicis officium, & recuſans à recuſati juriſdictione exemptus dicitur *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 14. gloſſ. 97. n. 2. & 3. Valenſuella conſ. 43. num. 170. Giurba conſ. 9. nu.* 3. & probatur apud nos *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 4. ubi Barb. n. 8. infinitos citat Mendes in praxi lib. 2. cap. 7. Lancelotus de attentatis 2. p. cap. 6. per totum Barb. in cap ſi contra unum* 4. *& in cap. judex de officio, & poteſtate judicis delegati per totũ, Fragozo de regimine reipublicæ 2. p. lib. 5. diſput. 12. §. 7. a n. 220.* Tum quia recuſatio propoſita ſuſpendit juriſdictionem 2
judicis, ſicut appellatio, pro quo eſt *gloſſ. in cap. judex 5. de officio, & poteſtate judicis delegati lib. 6. ver-*

 *bo*

*bo proponabatur Fragoſo ſupra di-*
3 *Ɛo n.220.* Tum quia quamvis mul
ta ſint, in quibus appellatio, & re
cuſatio non ſunt pares: nihilomi-
nus, ſicut appellatione pendente
nihil debet innovari, ita recuſa-
tione pendente *gloſſ. in cap. quotiès
12.q.6, Fragoſo diƐo nu. 220, Fer-
moſinus ad txt. in cap. ſiquis 4. de
foro competenti q.21. & 39. per to-
tas, & 40. Giurba conſ.9. per totũ.*

4 Ampliatur primo, ut procedat
tam in judice delegato, quam in
ordinario, tam in judicibus ſupe-
rioribus, quam in judicibus infe-
rioribus, & in miniſtris executo-
ribus etiam in articulo cauſę de-
putatis, puta in judice compul-
ſore; qui ſi recuſatur, ut ſuſpec-
tus, & non obſtante recuſatione
procedat, proceſſus erit nullus
*Fragoſo diƐo n.220. Gaillus obſer-
vationum lib.1. obſ.33.n.7. qui plu-
res alios referunt Giurba conſ. 9.
per totum.*

5 Ampliatur ſecundo: ut proce-
dat in judicibus omnibus cujuſ-
cumque generis ſint: quia ſi ut
ſuſpeƐi recuſari poſſunt *ex Corti-
ada deciſ.18.nu. 11. Fermoſinus in
cap. ſiquis contra 4. de foro compe-
tenti q.9. Carraſco ad l. reg. cap. 9.
a n. 3. Morla in emporio juris p. 1.
tit.2. a n.187. Farinatio in fragmẽ-
tis p.2. litera I. a num.187. Ramon.
conſ.3. a n.10. Ripol. variarum cap.
2. per totum Fontanella deciſ. 5. a
num.5. Tuſcus littera S. Concluſio-
ne 907.* etiã ad ulteriora procede-
re nõ poſſunt. *Giurba conſ.9. per to
tum omnino videndus.*

Ampliatur tertio: ut procedat, 6
ſive cauſa ſit civilis, ſivè crimina-
lis: quia tam in unâ, quam in aliâ
recuſatio legitimè procedit *Cla-
rus §. fin. q.43.n.1.* ibi *Bayardus n.
18. Tuſcus ſupra concluſione 907.
num.10. Cortiada ſupra n.40. Ozaſ
cus deciſ.15.n.1.8. & 9. Theſaurus
deciſ.255.n.6. Gaſinus diƐo cap.19
n. 11. Scacia de judicijs lib. 1. cap.
66.n.16. Farinacius ſupra nu. 687.
Berart. in ſpeculo viſitationis ſecu-
laris cap.6.nu. 6. Barb. in cap. cum
ſpeciali 61. de appellationibus nu.9.
ubi alios citat.*

Ampliatur quarto: ut proce-
dat non ſolum in cauſa ordinaria: 7
ſed in ſummaria, ſeu executiva *ex
l. Iulianus ff. de judicijs. Barb. votto
4.n.99. ubi refert alios Iacobus Lau
rentius de judice ſuſpeƐo cap.8. per
totum Cortiada deciſ.18.n.42. Gi-
urba conſ.9. per totam.*

Ampliatur quinto: ut proce- 8
dat in quocumque alio, in quo ca-
dat juſtitiæ adminiſtratio *Ozaſ-
cus deciſ.1.n.10. & 15.n.3. Ripol.
diƐo cap.2. a n. 26. Farinat. ſupra
à n.732. Cortiada ſupra n.41. Cor-
rocius except.120.n.3. Ramon. dic-
to conſ.3.n. 21. Gaſinus diƐo cap.
19. a n.12. Mutta ad pragmaticas
regni Siciliæ tit.4. de recuſatione ju
dicum n.28. Fontanella deciſ.5. n.9
1.p. Fragoſo de regimine reipublicæ
chriſtianæ 2.p. lib.5. diſp.12. §. 7.*

Ampliatur ſexto: ut procedat,
& adeò vera ſit, ut judex recuſa- 9
tus, nec diſcutioni, nec relationi
cauſę

cauſæ præſens eſſe debeat *Ordin. lib.1.tit. 1.§. 13.& 14. ibi Pegas gloſſ.97.n.1.& tit.36.§.4.Capicius deciſ.138.n.5.Giurba conſ.9.nu. 2.per totum.*

10 Ampliatur ſeptimo: ut adeò vera ſit quod ſi ſenatori, vel alij judici vocem ſuam proferre volenti objectio proponatur, & teſtes non adſint ad probandum objectum votum ſuum proferre tantum poteſt cum clauſula ſi, & in quantum, & cauſæ non nocebit, ſi poſteà appareat veram eſſe objecti cauſam *Pegas ad Ord.lib.1.tit. 1.§.15.gloſſ.95.nu.4. Azevedo in in curia piſana lib.2.cap.4.n.12.*

11 Ampliatur octavo: ut procedat, ſivè cauſa veniat decidenda per vota in ſcriptis, vel per deliberationes, quas vocamus *tenſoens*, ſivè per vota invoce, quam vocamus *conferentia ex Ord. lib.1. tit.1.§. 13.& 14. ubi Pegas gloſſ. 94.à n.1.Mendes in praxi 2.p.lib. 3.cap.19.n.22.Giurba conſ.9.*

12 Ampliatur nono, ut adeò vera ſit, quod geſta, & proceſſus, aut ſententiæ per judicem recuſatum latæ ſint ipſo jure nullę, tam atten to jure Civili, quam Canonico *Barthol.& Alexand.in l. quià poterat ff.ad Trebellianum Felinus in cap.paſtoralis de exceptionibus num 10.ibi Abbas n.12. Camillus Borrelus tom.1.tit.42.de judicijs n. 32. Fragoſo de regimine reipublicæ 2. p.lib.5.diſp.12.num.220. latiſsimè Lancelotus de attentatis 2.p.cap.6. per totum*, quod apud nos eſt indubitabile *ex Ord.lib.3.tit.21.§.4 ibi Barboſa n.8.Fermoſinus in cap. ſiquis contra de foro competenti q. 21.à n.5.Giurba conſ.9.per totum.*

13 Ampliatur decimo: ut procedat etiam, ſi cauſa in recuſatione expreſſa non fuiſſet probata, dum modo talis eſſet, quæ ſi probaretur, eſſet legitima teſtibus *Innocent.& Franc.in cap.cum ſpeciali 61.de appellationibus Fragoſo ſupra dicto nu. 220. Lancelotus dicto cap.6.n.19.* preſertim ſi ultra allegationem ſuſpicionis ſit appellatum, ut notant *Fragoſo, & Lancellotus ubi ſupra.*

14 Ampliatur undecimo: ut proceſſus factus per judicem recuſatum poſt appellationem ſit adeò nullus, ut licet recuſans non fuerit proſecutus appellationem nihilominus reputetur invalidus, ut notant cum multis *Fragoſo dicto num.220.& Lancelotus dicto cap. 6.n.18.*

15 Ampliatur duodecimo: ut procedat etiam ſi is, qui recuſatur, eſſet perſona valde religioſa, & timoratę vitæ, ut advertunt *Fragoſo dicto n. 220. Lancelotus ſupra n.24.ubi alios citant cum alijs Burſatus lib.1.conſ. 21.nu. 22. Giurba conſ.9.per totum.*

16 Ampliatur decimo tertio: ut procedat in proceſſu, ſeu actis geſtis, aut in ſententia lata ad relationem illius, qui fuit legitimè recuſatũs, ut varijs relatis fundamentis probat late *Lancelotus dicto cap.6.à n.25.*

Am-

Ampliatur decimo quarto: ut
17 poſt recuſationem non ſolum judex ipſe, qui fuit recuſatus, verum etiam ſui conjudices nulliter procedant, quando dictis conjudicibus non eſt data poteſtas in ſolidum, ut tenet *Lancelotus dicto cap.6.n.22.& 23.Fragozo de regimine reipublicæ Chriſtianæ 2.p. lib. 5.diſp.12.§.7.num.242. tx. in cap. ſi contra unum 4.de officio, & poteſtate judicis delegati in 6.ibi Barb. à nu. 1. uſque ad 17. qua de re late Giurba conſ.9.per totum.*

18 Ampliatur decimo quinto: ut adeò vera ſit, quod excommunicatio lata, pendente recuſatione ſit eodem modo nulla, quo quidem eſt, quando pendente appellatione lata eſt ex *tx. in cap.per tuas de ſententia excommunicationis, & in terminis docet cum multis Fragozo dicto* §.7.*n.*220.

Ampliatur deniquè, quod a-
19 deò pendente recuſatione omne juriſdictionis exercitium ceſſat, ut judex procedens ad ulteriora, teneatur ad omne damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, quod parti reſultaret, & ſimul ad omnes expenſas, quas ratione talis progreſsûs recuſans fecerit; ut apertè *probatur ex Ord.lib.3.tit.21.* §.4.*Thome Vas alleg.96.& 70. Pereyra in promptuario juris verbo judex quoad recuſationem n.*899.

20 Limitatur primo: noſtra reſolutio, quando judex recuſationem rejicit tamquam ex causâ notoriè falſa, & fruſtatoria, ut ex multis docent *Lancelotus de attentatis 2. p.cap.6.n.31. Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ 2.p.lib.5.diſput.12.§.7.n.7.Fermoſinus ad cap. ſi quis 4.de foro competenti q.21.n.* 16. quibus adde infinitos, quos citavimus *lib.1. capit. 19.* & *lib.* 4. *cap.1.& de munere judicis orphanorum tract. 2. lib.8. cap.*14. Sed hæc limitatio plena periculis eſt, ut jam alijs in locis tradidimus: quia ſi poſteà judicatum fuerit nō bene proceſſiſſe judicem rejicien- 21
do recuſationes, tamquam frivolas, tenebitur ipſe judex ad damna, & expenſas, ut ſupra diximus: 22
quare iterum judices monemus, ut potius ſe abſtineant à progreſſu, quàm ſe illi immiſceant nè poſtea ingemiſcant, & recuſantes victoriam decantent.

Limitatur ſecundo: quando 23
recuſans expreſſe, aut tacitè recuſationi propoſitæ renunciaſſet puta comparendo, & litigando coram judice recuſato ſine proteſtatione, in qualibet comparatione, ut docet infinitis relatis *Lancelotus de attentatis 2.p.cap. 6. nu.* 35. 24
quia recuſandi judicem remediū poteſt à partibus renunciari, ut late docuimus *lib.3.cap.4.per totum & lib.4.cap.1.& de munere judicis orphanorum tract.2.lib.8.capit. 14.ex multis*, quibus nunc addimus *Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ lib.5.diſp.12.*§. *7.n. 212.ubi alios refert Fermoſinus latè ad textum in cap.ſiquis contra clericum 4.de foro competenti q.* 42.

per

*per totam*, *&* *ubi infinitos citat*.

25 Limitatur tertio : quando alicui committitur cauſa cum clauſula *recuſatione remotta*: quia in eo eventu poteſt judex ad ulteriora procedere, quod intellige non de omni ſuſpicione, ſeu recuſatione; ſed de frivola, ut notant *Speculator*; *&* *Antonius de Butr. quos referunt*, *&* *ſequuntur Natta conſ.* 174. *lib.* 1. *numer.* 5. *Gaillus lib.* 2. *obſ.* 33. *numer.* 5. *docentque Fragoſo dicto* §. 7. *numer.* 222. *qui alios refert Lancelotus cum alijs dicto cap* 6. *à numer*. 38. 39. *&* 40. *fusè Fermoſinus ſupra q.* 27. *per totam à numer.* 1. *uſque ad* 12. *ubi plures refert, quibus adde quos citavimus lib.* 1. *cap.* 16. *&* 17.

26 Limitatur quarto: quando ſubimus judicium illius qui non poteſt recuſari, ut Papa, & Princeps & cæteri alij, de quibus late diximus *lib.* 1. *&* 2. *per totos Lancelotus dicto cap.* 6. *a num.* 41. referens infinitos, vel in cauſa, quæ ex ſuâ naturâ recuſationem non recipiat, de quibus egimus *lib.* 3. *per totum.*

27 Limitatur quinto in notorijs criminibus, in quibus Iudex non poteſt, ut ſuſpectus recuſari, prout expoſuimus *lib.* 3. *cap.* 10. *per totum cum multis*, *quibus adjunge Fragoſ. d.* §. 7. *n.* 221. *ubi plures citat Barboſ. &* *cæteri ordinarij in cap. propoſuit de appellationibus Lancelotus dicto cap.* 6. *n.* 33. *&* 34. *qui plures alios referunt Fermoſinus ſupra q.* 10. *per totam.*

Limitatur ſexto: quando cauſa fuit inſtructa, & pars monita ad ſententiam: quia tunc recuſatio etiam legitima non eſt admittenda, quando recuſans coram judice litigavit, & eum non recuſavit ante litis conteſtationem, antequam alias appoſuiſſet exceptiones, niſi cauſæ de novo emergerent, *ut latè diximus lib.* 4. *cap.* 1. *&* *lib.* 3. *cap.* 14. *ex multis*, *quibus denuo addimus Lancelotus de attentatis* 2. *part. cap.* 6. *a num.* 59. *Fragoſ. de regimine reipublicæ chriſtianæ* 2. *p. lib.* 5. *diſp.* 12. §. 7. *num.* 211. *&* 212. *ubi infinitos citat fuſiſſime Fermoſinus ad tx. in cap. ſi quis contra* 4. *de foro competenti q.* 28. *per totam ubi alios citat.* 28

Limitatur ſeptimo: quando in recuſatione non exprimitur cauſa, vel non legitima ad recuſationem: quia tunc poterit judex attento jure Canonico, & noſtro Luſitano ad ulteriora procedere, ut latè diximus, & probavimus *lib.* 4. *cap.* 1. ex multis, quibus addimus cum multis *Fragoſ. d.* §. 7. *n.* 216. *&* 217. *Fermoſin. in dicto cap. ſi quis q.* 2. *per totam.* 29

Limitatur octavo: quando recuſatio fuit facta per procuratorem aſſertum, donec dominus ratificet recuſationem per procuratorem ſine ſpeciali mandato appoſitam cum cautione de ratihabitione, de quo egimus *lib.* 3. *cap.* 13. *&* *latè agit Fermoſin. ad tx. in cap. ſi quis cõtra de foro cõpetẽti q.* 4. *n.* 9. 30

quia geſta ante ratificationem facta à domino, & antequam judici ratificatio intimetur, valida ſunt *Lancelotus ſuprà numer. 57. & 58. Fragoſ. dict. §. 7. num. 224. ubi alios citat.*

31 Limitatur nono: ut valeant omnia geſta à judice ante recuſationem propoſitam quamvis ip-
32 ſe judex ſit notoriè ſuſpectus: quia ſuſpectus notoriè judex poteſt procedere in cauſa uſque ad ſententiam definitivam, ſi pars non apponat exceptionem recuſationis *Barboſ. in l. ſiquis ex altera ff. de judicijs à num. 79. Fermoſinus ſupra q. 10. num. 7. ubi plures*
33 *citat* niſi judex ſit ſuſpectus ex cauſa capitalis inimicitiæ: nam tunc etiam recuſatione non oppoſita proceſſus à judice factus, nullus erit *Fermoſinus dicta q. 10. nu. 8. Farinacius in fragmentis 2. part lit. I. nu. 705. Fermoſinus, etiam q. 40. num. 10.*

Limitatur decimo: quando ſu-
34 mus judice, ſeu officiale, qui recuſari non poteſt ex diſpoſitione *Ord. lib. 3. tit.* 42. niſi prævia cautione: quia tum geſta ante cautionem depoſitam valida ſunt ex his, quæ docet *Fragoſo de regimine reipublicæ 2. p. lib. 5. diſp. 12. § 7. num. 248. 249. & 250. & nos jam diximus.*

Limitatur undecimo: quando
35 judex fuit in eadem causâ ab eodem recuſante recuſatus, & pro non ſuſpecto judicatus: quia tunc ex cauſa, quæ jam erat tempore primæ recuſationis, quamvis recuſanti tunc ignota, recuſari non poteſt, ut diximus *lib. 3. cap. 14.* & geſta per judicem valida ſunt non obſtante ſecunda recuſatione.

Limitatur duodecimo: ut ſen- 36
tentia lata in causâ criminali à ſenatoribus utriuſque domûs Ulyſſiponenſis, & Portuenſis valida ſit, quando pars tempore allegationis finalis in capite allegationis non expreſſerit ſenatores, quos ſuſpectos habet, & cauſas ob quas ſibi ſuſpecti reddantur, & teſtes, quibus poſſit recuſationes probare: quia tranſacto dicto termino eos amplius recuſare non
poteſt *ex* §. 19. *novæ reformationis* 37
*juſtitiæ ibi Thome Vas, Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 14. gloſſ. 94. nu.* 2. niſi cauſæ poſt allegationem finalem de novo emergant ex his,
quæ diximus *lib. 4. cap. 1.* & idem 38
diſponit dicta lex *in d.* §. 19. obſervādū eſſe in delegationibus criminalibus, quas vocamus: *Alçadas* abſque beneficio reſtitutionis in integrum.

Limitatur decimo tertio:
ut non procedat in ſupremo ſena- 39
tu, vel Ulyſiponenſi, vel Portuenſi ubi habetur pro valido proceſſus per judicem recuſatum factus, vel quia recuſans de nullitate nō oppoſuit, vel quia nullitas nuda erat, & proceſſus, ſeu ſententia juſta *Lancellotus de attentatis 2. part. cap. 6. numer. 58. & à numer. 65. & nos diximus de munere*

*judicis*

40 *judicis orphanorum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. quarè advertit *Barboſ. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 4. *nu.* 10. quod excipiens de nullitate contra ſententiam, vel proceſſum formatum pendente recuſatione adjungat alia, quę faciant ad merita cauſæ, & ibi multos citat.

## CAPUT. VIII.

### An recuſatione pendente poſſit judex recuſatus cauſam alij delegare.

### SUMMARIUM.

1 *Proponitur quæſtio.*
2 *Suſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando.*
3 *Iudex recuſatus poteſt in audientia committere advocato, ut ſatisfaciat petitionibus à recuſante ſuper cauſa prolatis*
4 *Oſtenditur fundamentum hujus reſolutionis.*
5 *Contraria ſententia in praxi ſolùm eſt recepta, & n.* 7.
6 *Poſt interpoſitam recuſationem non poteſt judex etiam de conſenſu partium aliquem nominare, ut de principali cauſa cognoſcat.*
7 *Suppoſitâ prima ſententiâ, quæritur, an ob ſuſpicionem delegantis recuſari poſſit delegatus.*
8 *Fermoſini demonſtratur reſolutio.*
9 *Exceptio, quæ obſtat deleganti, obſtat delegato.*
10 *Si judex recuſatus potuiſſet delegare, juſtus daretur timor, ut delegaret in aliquem, de quo conſideret, ut vexaret recuſantem.*
11 *De partium conſenſu poteſt judex recuſatus cauſam alteri delegare, niſi à lege contrarium exprimatur.*
12 *Aſſignatur ratio.*
13 *Quando cauſa alicui Iudici fuit delegata, electa induſtria perſonæ, nec de conſenſu recuſantis poteſt delegatus iſte ſubdelegare.*
14 *Traditur remiſſivè quando cenſeatur electa induſtria perſonæ.*
15 *Iudex ordinarius poteſt de conſenſu recuſantis cauſam alteri committere, etiam poſt probatam recuſationem, non verò citrà partium conſenſum, & n.* 18.
16 *Delegatus, qui ut ſuſpectus fuit judicatus non poteſt ſubdelegare etiam de conſenſu recuſatoris.*
17 *Ante propoſitam recuſationem poteſt delegatus cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare.*
18 *Intelligitur Ord. lib.* 3 *titul.* 21. §. 1.

SOlet etiam inter limitationes regulę de quâ in capite antecedenti egimus ea opponi videlicet, quod judex ordinarius recuſatione non obſtante poterit cauſam alteri delegare ex eâ ratione: quia ſuſpectus in cognoſcendo, 1 2
non

non eſt ſuſpectus in delegando, ut
notant *Geminianus conſ.* 114. *Cra-*
*veta conſ.* 469. *n.* 1. *lib.* 2. *Davius in*
*l. qui juriſdictioni* 10. *ff. de juriſdic-*
*tione omnium judicum n.* 6. *Fragoſ.*
*de regimine reipublicæ chriſtianæ* 2.
*p. lib.* 5. *diſp.* 12. *§.* 7. *nu.* 223. *& ita*
*probant txt. in cap. ſiquis contra cle-*
*ricum* 4. *de foro competenti & tx. in*
*cap. cum ſpeciali* 61. *de appellationi-*
*bus docentque Fragoſ. ſupra d. num.*
223. *Maranta de ordine judiciorũ*
*p.* 4. *diſtinct.* 5. *n.* 42. *&* 43. *Lance-*
*lotus de attentatis* 2. *p. cap.* 6. *a nu.*
3 52. *Phæb.* 1. *p. areſto* 11. *per totum*
ubi tradit judicatum, quod judex
recuſatus poteſt committere in
audientia advocato, ut iſte recu-
ſantibus requirentibus ſuper cau-
ſam, in qua eſt recuſatus, ſatisfaci-
4 at; prout de jure fuerit: quia non
exercet juriſdictionem *Barb. ad*
*principium Ordinationis lib.* 3. *tit.*
21. *n.* 7. *Phæbus* 1. *p. deciſ.* 90. *n.* 21.
*&* 22. *Mendes in praxi lib.* 3. *cap.*
19. *n.* 14.

De veritate hujus ſententiæ,
5 quidquid ſit de jure communi, in
praxi tamen noſtra aliud obſerva-
tur: nam propoſita, aut probata,
aut judicata recuſatione judex re-
cuſatus, licet ſit ordinarius non
poteſt nominare ad cauſam prin-
6 cipalem, etiam de conſenſu par-
tium *Pereyra in promptuario juris*
7 *verbo recuſatio n.* 1583. & praxim
noſtram eſſe conformem cum ve-
riori ſententia, etiam attento jure
communi defendit *latè Phæb. de-*
*ciſ.* 90. *per totum* fundando ſuam
ſententiam in jure communi, &
reſpondendo contrarijs fundamẽ-
tis cui ſententię videtur etiã multis
relatis aſſẽtire *Barb. ad tx. in cap. ju-*
*dex ab apoſtolica* 5. *de officio, & pote-*
*ſtate judicis delegati in* 6. *n.* 7. *&* 8.

Suppoſito tamen, quod judex 8
ordinarius poſſit recuſatione pen-
dente cauſam alteri delegare cum
DD. ſupra citatis non contemnen-
dę authoritatis; quæritur an ob
ſuſpicionem delegantis recuſari
poſſit delegatus, & ſic exceptio,
quæ obſtat deleganti, obſtet de-
legato, quam quæſtionem, licet
pro parte negativa reſolvat *Fermo-*
*ſinus in cap. ſiquis contra clericum* 9
*de foro competenti* nos verò contra-
riam partem tuemur; quia excep- 10
tio, quę obſtat deleganti, obſtat
delegato *ex Riccio collectaneo* 1185
& quia ſic recuſatus poterit gra-
vare recuſantem delegando cau-
ſam ei, de quo confidentiam ha-
beat, ut recuſantem vexet, ut per
belle conſiderat *Phæb. dicta deciſ.*
90. *n.* 10. *&* 11. *& idem Fermoſi-*
*nus ſupra q.* 1. *n.* 38. ob periculum
remotionis, *& q.* 12. *n.* 15.

De partium verò conſenſu pu-
tamus judicem recuſatum poſſe 11
cauſam alteri delegare, quidquid
in contrarium teneat *Pereyra*, niſi
à lege determinatum ſit in indivi-
duo contrarium: quia licet judex 12
delegatus poſt recuſationem non
poſſit alteri cauſam delegare *ex*
*cap. judex ab apoſtolica* 5. *de officio,*
*& poteſtate judicis delegati in* 6. *ibi*
*Barb. n.* 1. tamen recuſatione pen-
dente

dente de conſenſu recuſatoris poterit delegatus Papæ, ſeu Principis cauſam alteri delegare, ut probat *tx. in dicto cap. judex*, *&* docet *Barb. n. 4. cum multis Maranta de ordine judiciorum 4. p. diſtinct. 5. n. 42. Fragoſ. dict. lib. 5. diſp. 12. n. 223. Lancelotus de attentatis 2. p. cap. 6. nu. 52. & 53.* niſi cauſa ei

13 fuiſſet delegata electa induſtria perſonæ: quia tunc de recuſatoris conſenſu poterit ſubdelegare, ut in terminis docet *Faber in ſuo Codice lib. 3. tit. 3. definitione 4.* ubi tradit,

14 quando cenſeatur electa induſtria perſonæ, & nos latè diximus ſupra *cap. 5. Pegas ad novum regimen ſenatûs palatini capit. 18. Roza de executoribus apoſtolicis p. 2. cap. 3. à n. 9. & cap. 70. à n. 35.*

15 Confirmatur etiam: quia judex ordinarius de conſenſu recuſatoris poteſt cauſam alteri committere, & delegare non ſolum, quando recuſatio ſolùm propoſita fuerit, ſed etiam, quando iam probata eſt, ut probatur *in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus ibi cum multis Barb. in dicto cap. judex nu. 5. Molina tract. 5. diſp. 23. nu. 17. Soares in praxi tom. 1. p. 1. cap. 6. n. 15.*

16 Licet judex delegatus etiam de recuſatoris aſſenſu non poſſit cauſam ſubdelegare poſtquam ſuſpectus fuerit judicatus: *Barb. in dicto cap. judex 5. de officio, & poteſtate judicis delegati lib. 6. ibi Barb. multis relatis n. 7. Molina ſupra n. 14. Maranta de ordine judiciorum dicta diſtinct. 5. n. 43. Fragoſ. dicto n. 223. Lancellotus dicto númer. 52. & 53.*

Benè poterit delegatus ante recuſationem eidem propoſitam cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare, ut apertè probatur *in tx. in cap. judex ab apoſtolica 5. de officio, & poteſtate judicis delegati in 6. ibi Barb. n. 3. Molina de juſtitia, & jure tract. 5. diſp. 23. n. 14. Marãta de ordine judiciorũ 4. p. diſtinct. 5. n. 43. Farinacius in fragmẽtis 1. p. lit. I. n. 921. DD. in cap. ſi quis cõtra de foro competenti, & ibi Fermoſinus q. 19. ferè per totam.* 17

Itaquè ordinarius recuſatus, ſi vel cauſa ſuſpicionis notoria fuerit, vel ſi ipſe judex litem execrãs nolit ad arbitros devenire, non poterit partibus invitis ſtatim cauſam alteri committere, ut *ex Phæb ſupra dictum* eſt, & docet *Barb. in cap. judex 5. de officio, & poteſtate judicis delegati in 6. n. 6.* Secus autem de conſenſu partium. 18

Nec refragatur *Ord. lib. 3. tit. 21. §. 1.* dum diſponit, quod pendente recuſatione in lite non procedatur: quia loquitur de ipſo judice recuſato, & non de eo, cui de partium conſenſu fuit cauſa commiſſa, ut ex verbis legis apertè deducitur. 19

## CAPUT IX.

An judex recuſatus pendente recuſatione poterit aſſociatus ad ulteriora procedere.

## SUMMARIUM.

1 *De jure communi poteſt Iudex ordinarius aſſociatus procedere in cauſa pendente recuſatione.*

2 *Exprimitur qua ratione.*

3 *Idem eſt dicendum de delegatis ad Univerſitatem cauſarum datis.*

4 *De jure Caſtellæ non ſolùm Iudex ordinarius, ſed etiam delegatus poſſunt poſt recuſationem ad ulteriora procedere.*

5 *Remiſſivè demonſtratur, qua forma eodem jure attento elligi debeant adjuncti tam ad cauſam civilem, quam ad criminalem.*

6 *Quando graviſſima datur recuſationis cauſa nec de jure Civili, nec de jure Caſtellæ poteſt recuſatus cum adjuncto procedere in cauſa.*

7 *Legitimè recuſatus non poteſt de jure Canonico, etiam cum Socio amplius de cauſa cognoſcere, ſive Ordinarius, ſivè delegatus exiſtat.*

8 *Hæc juris Canonici diſpoſitio eſt à nobis in praxi recepta & regni.*

9 *Limitatur quando contrarium per legem, vel diploma, eſt alicui Iudici ſpecialiter conceſſum.*

10 *Iudex Orphaniorum recuſatus poteſt ad ulteriora procedere cũ adjuncto in judicio diviſorio*

11 *Oſtenditur quales ſint, qui à judice Orphanorum recuſato in adjunctos recipi debent.*

12 *Traditur verus ſenſus Ord. lib. 4. tit. 96. §. 25.*

13 *Recuſatio, utpotè à jure naturali proveniens à Principe tolli non poteſt, dummodò frivola non ſit.*

14 *Auditores generales poſſunt aliquando poſt recuſationem ad ulteriora cum adjuncto procedere.*

15 *Ampliatur prædicta reſolutio quoad omnes, quibus hoc, vel ex ſuis regiminibus, vel ex particularibus diplomatibus eſt conceſſum.*

16 *Exemplificatur in conſervatore Univerſitatis Conimbricenſis & Eborenſis, qui poſt prolatam recuſationem procedunt in cauſa cum adjuncto.*

17 *Præſides provinciarum, Auditores, & judices forenſes etiam hoc gaudent privilegio ex vi diplomatis, quod vulgò appellatur* folhinha da Al*çada.*

18 *Demonſtratur qualis nam ſit verus ſenſus Ord. lib. 3. tit. 21 §. 4.*

19 *Regia diplomata omninò ſervari debent, licet Regali manu ſignata non ſint, ſed per duos tantum Palatinos Senatores.*

20 *Senatores Palatini ſunt in poſſeſſione immemoriali Concedendi diplomata adverſus legem Regni.*

21 *Ex*

21 *Ex conſuetudine immemoriabili contra legem acquiritur juriſdictio.*

22 *Conſuetudo habet vim tituli.*

23 *Superior doctrina ſententijs utriuſque ſenatus corroboratur.*

24 *Stilus approbatus in judicio contradictorio legis habet vigorem.*

25 *Quando in Regio diplomate plura continentur, ex quibus multa per non uſum, vel per uſum contrarium non obſervantur, attamen ſi in reliquo viget, de jure debet quo ad illam partem cuſtodiri.*

26 *In omnibus caſibus, in quibus poteſt judex recuſatus cum adjuncto ad ulteriora procedere, poteſt etiam recuſans adjunctum recuſare, ſi apparuerit per eum non ſibi ſatis proviſum.*

27 *Expenditur à Fermoſ. ratio prædictæ reſolutionis.*

28 *Diſſolvitur argumentum cujuſdam Doctoris.*

29 *Limitatur tradita reſolutio, quando lex, regimen, aut diploma nominat adjunctos, remotâ recuſatione.*

30 *Limitationis ſublimitatio exhibetur.*

31 *Et per caſus exemplificatur, & num. 33.*

32 *Si adjunctus aſſumatur de conſenſu recuſantis, omnis ſuſpicio ceſſat.*

DUbitari etiam ſolet an ju- 1
dex ſine periculo attentati
poſſit pendente recuſatione aſſo-
ciatus procedere ad ulteriora? Si 2
ad jus commune civile attendamus, reſolutio affirmativa indubitabilis eſt, quo ad judicem ordinarium: quia judex ordinarius de jure communi civili non omnino excluditur à cauſę cognitione, ſed idoneum ſocium ſibi adjungere cogitur, ut recuſantis ſuſpicio conquieſcat; nec præciſe Epiſcopus *Authentica ſi verò cod. de judicijs ibi Barb. a n. 1. uſque ad 4. Gregorius lopès in l. 22. tit. 4. p. 3. Farinacius in fragment. 2. p. n. 33. Cabedo deciſ. 207. nu. 3. p. 1. Covas practicarum cap. 26. nu. 1. ibi Faria nu. 4. Carraſcus ad leges regias cap. 9. nu. 72. Pax in praxi tom. 1. tēpore 10. n. 25. Maranta de ordine judicior. 4. p. diſtinct. 5. n. 42. Curia Philipica p. 1. §. 7. n. 12. Azevedus in l. unica tit. 16. lib. 4. recopillationis n. 27. Pichard. in manud. ad praxim 1. p. §. 10. n. 5. Morla in emporio juris tit. de juriſdictione omniũ judicũ n. 204. Flavius Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 45. ferè per totũ Fermoſin. ad tx. in cap. ſiquis contra clericũ 4. de foro cõpetenti a q. 19 uſque ad 24. per totas Cortiada deciſ. 18. n. 8. refert infinitos Giurba conſ. 9. per totum.*

Idem quod de ordinario dictũ 3
de jure communi Civili eſt dicendum de delegatis ad univerſitatem cauſarum, quales ſunt conſervatores, Iudices Fiſcales, & plu-

res

res alij, qui eodem jure cum or-dinarijs cenſentur, & cum eis æquiparari ſolent atteſtantibus *Carleval. de judicijs tit. 1. diſp. 4. n. 32. Cancer. 2. var. cap. 2. n. 289. Barb. in l. cum prætor §. 1. ff. de judicijs n. 207. Faria ad Covas practicarum cap. 26. n. 7. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 67. num. 31. gloſſ. in cap. cum cauſa de appellationibus ibi Barb. n. 1. & 2. & in l. ult. cod. de judicijs n. 7. & in Authent. ſi verò cod. de judicijs num. 7. & in Authent. ſi verò cod. de judicijs n. 7.*

4 De jure Caſtellæ nullus judex ordinarius, aut delegatus, & ſi recuſetur munere ſuo fungi prohibetur, ſed aſſumpto ſocio in cauſa procedit *ex l. unica tit. 16. lib. 4. recopilationis ubi late Azeve-* 5 *dus*, qua præſcribitur forma eligendi adjunctos, in cauſa civili, & criminali, de qua agit *Azeved. ibi Gregorius Lopes ſupra gloſſ. 2. Didacus Peres in l. 1. tit. 5. lib. 1. Ord. q. 13. Carraſcus dicto cap. 9. a n. 35. Molina de juſtitia tract. 5. diſp. 23. n. 4. & 5.* atque ita de jure Hiſpano ſublata eſt differentia in hoc caſu inter ordinarium, ac delegatum *Barb. ſupra n. 3.*

6 Reſolutio hæc de jure Romanorum, & Hiſpaniorum certiſſima limitatur quando cauſa recuſationis eſt talis, ut nec per ſocium ſatis conſultum recuſanti videatur, veluti ſi capitalis intercederet inter judicem, ac litigantem inimicitia *Gregorius Lopes ſupra Morla ſupra n. 20. Faria ſupra n. 6. Carraſcus dicto cap. 9. n. 56. Gaſinus de defenſione reorum defenſione 1. cap. 19. n. 35. Fluvius ſupra nu. 37. Mendes in praxi 1. p. lib. 3. cap. 19. nu. 23. & 24. Cardoſo in praxi judicum verbo recuſatio num. 11.*

Si verò ad jus canonicum oculos conjiciamus, reſolutio negativa eſt omninò tenenda: 7 quia de jure Canonico omnis judex ſivè ordinarius, ſivè delegatus per legitimam recuſationem à cauſæ cognitione abſtineri debet *ex cap. ſiquis. contra 4. de foro competenti cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus Greg. Lopes in dicta l. 22. gloſſ. 8. Faria ad Covas practicarum cap. 26. n. 8. Guaſinus ſupra nu. 40. Azeved. in d. l. unica n. 27. Pax dicto tempore 10. n. 24. Didacus Peres dicta q. 13. Carraſcus dicto cap. 9. numer. 95. Molina dicta diſput. 23. n. 16. Barb. multis relatis ad tx. in l. apertiſſimi Cod. de judicijs nu. 15. & in dicto cap. cum ſpeciali nu. 10. ubi infinitos citat Fluvius Pacian. dicto cap. 45. a n. 35. Xamar de officio judicis, & advocatorum 1. p. q. 14. a n. 118. Cortiada deciſ. 18. n. 39. Gratianus cap. 4. num. 29. & cap. 100. num. 1. Gaillus lib. 1. obſ. 33. a num. 35. Carrocius exceptione 120. n. 74. Maſcard. de probationibus concluſione 952. a nu. 13. Ripol. var. cap. 2. a n. 77. Farinacius ſupr. n. 734. Sanches tom. 2. moralium lib. 6. cap. 8. dubitatione 3. num. 4. deciſ. 41. nu. 4. Torreblanca de magia lib. 3. cap. 26. n. 9. Barb. cum multis*

*ad*

*ad tx. in cap. cauſam que de judi-*
*cijs, & in cap. ad hoc 27. de ap-*
*pellationibus numer. 4. Scatia de*
*judicijs lib. 1. cap. 66. numer. 13.*
*Michael Ferretus 3. part. obſerva-*
*tionum cap. 92. Narbona in l. 59.*
*gloſſ. 1. num. 235. lib. 2. recupillat.*
*Fermoſin. ad tx. in dicto cap. 4. de*
*foro competenti à quæſt. 1. Barboſ.*
*in dicta Authentica nu. 3. Giurba*
*conſ. 9. per totum.*
Hæc juris Canonici diſpoſitio
8 apud nos tam quo ad ordinarium,
quam quo ad delegatum recepta
eſt in praxi; de qua teſtes ſunt
*Cabedo decis. 207. n. 5. 1. p. per Ord*
*lib. 3. tit. 21. §. 4. Parada in praxi*
*delegationum criminalium a nu. 50.*
*Mendes in praxi 1. p. lib. 3. cap. 19.*
*n. 23. Leitaõ in praxi finium regun-*
*dorum cap. 21. nu. 34. Barb. in dicta*
*Authentica n. 4. Cardoſo in praxi*
*judicum verbo recuſation. n. 1.*
Unde in noſtro regno, nec ju-
9 dex ordinarius, nec delegatus po-
teſt recuſatione pendente, etiam
10 aſſociatus ad ulteriora procedere,
niſi per ſpecialia diplomata ei cō-
11 ceſſum ſit, quod recuſatione pen-
12 dente poſſit aſſociatus ad ulterio-
ra procedere, vel per legem, prout
judici orphanorum conceſſum
eſt, ut recuſatus ad judicium di-
viſorium poſſit ſibi aſſumere adjū-
ctum, & ad ulteriora procedere
*ex Ord. lib. 4. tit. 96. §. 25.* ubi ordi-
natio noſtra diſponit, quod ſi ju-
dex orphanorum Vlyſſiponenſis
fuerit recuſatus in judicio diviſo-
rio, ſibi adjūgat alium judicem or-
phanorum, ſi verò judex orphano
rum ſit extra curiam, adjungat ſi-
bi judicem foraneum, & ſi idem-
met judex forenſis fuerit judex or
phanorū ſibi adjungat decurionē
antiquiorem, ſi autē judex orpha-
norū recuſatus non fuerit forēſis,
& in oppido non ſit judex forenſis
aſſumat unum ex judicibus ordi-
narijs, quibus adjunctis procedere
poteſt non obſtante recuſatione,
ut latè *diximus in noſtro opere de*
*munere judicis orphanor. tract. 2. de*
*Diviſionibus lib. 8. cap. 14.* & diſpo
nit *dicta Ord. dicto §. 25.* quæ addi 13
dit nullum ex his adjunctis poſſe
recuſari, quæ quidem Ordinatio in
telligenda eſt de recuſatione fri-
vola, ex his quæ latè *diximus lib. 1.*
*cap. 1. & cap. 17. & hoc lib. cap. 7.*
quia cum recuſatio procedat de ju
re naturali à principe tolli non po 14
teſt, niſi ſit frivola, ut diximus *di-*
*cto cap. 1. & 17. & dicto lib. 8.*
*cap. 14. in principio.*
Auditores generales militiæ ar 15
matæ quo ad inquiſitiones quę ra
tione officij, vel ex commiſſione
illis incumbunt, & quo ad cæteras
diligentias eis cōmiſſas non obſtā
te recuſatione ad ulteriora proce-
dere poſſunt aſſumendo ſibi adjū-
ctum literatum *ex regimine guber-*
*natorū armorum* §. 46. quod idem
eſt practicādum circa omnes, qui- 16
bus, vel ex ſuis regiminibus, vel ex
particularibus diplomatibus con-
ceſſū eſt, ut nō obſtante recuſatio-
ne ad ulteriora procedāt cū adjūc
to, ut in ſpecie docet *Leitaõ in pra*

*xi finiũ regũdorũ cap. 11. nu. 34. & docent omnes Hiſpani ad legem unicam tit. 16. lib. 4. novæ recopillationis, & ibi maxime Azevedus cum multis, & lib. 3. titul. 5. l. 1.*
17 *à verſ. quæro 5.* Conſervator Univerſitatis Conimbricenſis, & Eborenſis etiam procedit cum adjuncto ex ſtatuto *lib. 2. titul. 27. num. 17.*

18 Procedit ex hoc præſides provinciarum auditores trium ordinum militarium, & dominorum judices forenſes, & cæteros omnes, quibus per diplomata, quæ vocamus: *Folhinha da alçáda* conceſſum eſt procedere ad ulteriora cum adjunctis in dictis diplomatibus declaratis, non obſtante recuſatione, ſervata forma ſimilium diplomatum ricte, & valide procedere, pendente recuſatione, quia licet de jure noſtro judex recuſatus, etiam cum adjuncto pendente recuſatione ad ulteriora procedere non poſſit, ut colligitur *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 4. &*
19 *ex Ord. lib. 4. tit. 96. §. 25.* hoc non procedit, quando aliter proviſum eſt, prout eſt, quando talia diplo-
20 mata conceduntur, quæ omnino cuſtodienda ſunt licet manu regia ſignata non ſint, ſed tantum per duos ſenatores Palatinos: tum quia prædicta diplomata conceduntur ſecundum jus civile, cujus egreſſus eſt odioſus, & cujus regreſſus favorabilis, ut diximus *de*
21 *munere judicis orphanorum tract. 1 de inventario lib. 4. cap. 6.* tum quia ſenatores Palatini ſunt in poſſeſſione immemorabili dandi contra 22
legem regni ſimilia diplomata, & ex conſuetudine immemorabile abſque dubio contra legem acquiritur juriſdictio ut probat expreſſè *Ord. noſtra lib. 2. tit.* 10. ibi: *por quanto aſſim foi ſempre uzado, & praticado* ibi *latè Pegas Salgado, de protectione regia 1. part. cap. 1. num. 120. & de retentione bullarum 1. p. cap. 9. n. 7. Portugal. de donationibus regijs 3. p. lib. 1. cap. 33. nu.* 24. cum habeat vim tituli, & 23
prævilegij *ex l. hoc jure 5. §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æſtiva Portugal dicto num.* 24. tum deniquè: quia ita praticatur: nam 24
bis judicatum vidimus in ſenatu ſupplicationis Ulyſſiponenſis validas eſſe duas ſententias, quas cum adjuncto, ſervata forma deplomatis olim dederũt illi duo ſocij mei Eborẽſes judices forenſes, colendiſſimi, tum literis tum ſanguine, tum virtutibus clariſſimi *Didacus Camellus de Souza, & Ioannes Lobatus Quinteiro*, & in hac Conimbricenſi civitate vidimus etiam aliam confirmatam ſententiam in ſenatu Portuenſi, quam prædicta forma dedit ſocius nunc meus omnibus titulis dilectus, ſanguine, litteris & moribus, ac integritate per clarus *Emmanuel Caldeira de Lemos* provintiæ hujus meritiſſimus præſes, & ſtylũ approbatũ in judicio contradictorio legem vincere 25
poſſe docuimus *de munere judicis*

*orphan*

*orphan.tract.*1. *de inventario latiſſi-*
*mè lib.* 1. *capit.* 7. Unde licet præ-
26 dictum diploma, quod vocamus:
*Folhinha da alçada.* Sit quo ad a-
liqua penitus per non uſum, ſeu
per uſum contrarium abroga-
tum, eſt tamen cuſtodiendum,
quo ad eã, quæ viridem obſervan-
tiam adhuc conſervant.

Omnibus caſibus, in qui-
27 bus judex recuſatus cum adjun-
cto procedere ad ulteriora, non
obſtante recuſatione, poteſt re-
cuſanti non eſt denegandum re-
medium recuſandi adjunctum,
quando cum eo non ſit ſatis pro-
viſus ad expellendum, ac evi-
tandum timorem conceptum ob
ſuſpicionem judicis recuſati, ut
probant, ac docent omnes, quos
ſuprà citavimus *in* §. *quod inci-*
*pit reſolutio* hæc, & ultra eos
*Mendes in praxi* 1. *part. lib.* 3.
*capit.* 19. *numer.* 23. *Fermoſinus*
*in cap. ſiquis contra* 4. *de foro com-*
*petenti quæſt.* 1. *a numer.* 22. *quæſt*
28 12. *numer.* 7. & 8. & *quæſt.* 19.
ubi per totam docet, quòd in
omnibus caſibus, in quibus alij
judici recuſato adjunguntur, ac
diſpoſitione legis, vel regiminis,
aut diplomatis poſſunt iſti ad-
juncti etiam recuſari: quia ta-
les adjuncti eandemmet ſortiun-
tur juriſdictionem, quam ſorti-
us eſt recuſatus, ita ut quòd ſi
recuſatus ſit ordinarius adjuncti
ordinarij vices geruntur, ſi ſit
delegatus adjuncti delegati natu-
ram induunt *Gutter. practicarum*
*lib.* 3. *quæſt.* 94. *numer.* 3. *Bobadi-*
*lha in politicis lib.* 3. *cap.* 8. *a num.*
117. *Azevedus in l. tit.* 9. *lib.* 3. *re-*
*copilationis numer.* 15. *Fermoſinus*
*dicta q.* 19. *num.*4. & ſicut ipſe ju-
dex recuſari poteſt etiam adjunc-
ti, qui comulative eademmet ju-
riſdictione potiuntur, & ita con-
cludit *Fermoſinus dicta q.* 19. *per*
*totam Bobadilha ſuprà.*

Quorum reſolutioni non ob- 29
ſtat, quod adjuncti in tali caſu
ſunt a lege approbati, ac per con-
ſequens recuſari non poſſint, ut
in terminis contendit *Azevedus*
*in curia Pizana lib.*4.*cap.*6. *nu.* 68.
*in additionibus Pichardus in ma-*
*nuductione ad praxim* 2. *p.* §. 7.
*num.* 5. quia reſpondemus cum eo
dem *Fermoſino nu.*4. etiam quem-
libet alium judicem eſſe approba-
tum, vel à lege, vel à principe,
aut delegante, & nihilominus re-
cuſatur: ergo ſimiliter adjuncti,
qui recuſandi ſunt, ſervata eadem
forma, qua recuſari debet ille, cui
datus eſt adjunctus, & hæc opi-
nio nobis veriſſima videtur, niſi
lex, vel regimen, aut diploma re- 30
cuſatione remota nominat adjun-
ctos, prout videmus *id Ord. lib.*4.
*tit.*96. §.25. ubi judicibus orpha-
norum recuſatis in judicio divi-
ſorio recuſatione remota dat ad-
junctos, qui virtute prædictæ
clauſulę frivolè recuſari non poſ-
ſunt, ut ſupra advertimus. *Fer-* 31
*moſinus d. quæſt.* 12. *numer.* 78.
& 79. tunc enim recusãs ſatis per
adjunctum proviſus non cenſetur,

quando contrarium recuſatio legitima, & graviſſima competit recuſanti, & ſi adhuc non poſſet perfectè ceſſare: nam tunc ex toto tolitur, ſecundum *Bartholum in l. 2. ff. ſiquis in jus vocatus* & hoc idẽ fuit de mente *ſpeculatoris in tit. de recuſationibus* §. 2. ubi dicit, quod
32 ordinarius poteſt removeri, ſi ſit pater, vel patronus, vel corruptus, vel nimis odioſus, vel favens, vel fuit prius advocatus in eadem cauſa procurator, aut judex, licet *Ioannes Andreas ibi in additione* intelligat *removeri ideſt* recuſari *Gregorius Lopes in gloſſ. ad l. 22. tit 4. partitâ 3. Fermoſinus in cap. ſi contra 4. de foro competenti q. 1. à n. 22. q. 12. per totam Fluvius Pacianus de probationibus cap. 45. lib. 2. à n. 37.* ubi quatuor caſus refert, primus ſcilicet eſſet inimicus mag
33 næ inimicitię. Secundus quando fuiſſet advocatus in causâ. Tertius, quando judex eſſet ex partium conventione, ſeu prorogatione. Quartus, quando non eſt veroſimile adjunctum recuſato futurum eſſe contrarium, quibus addequintum nempe quando recuſans mulier fuiſſet à judice procurata. *Fermoſinus ſupra.*

Ceſſat cum adjuncto omninò
34 ſuſpicio ſi adjunctus aſſumatur de conſenſu recuſantis *ex l. item ſuſpectus ff. de procuratoribus cap. ſuper quæſtione de officio delegati ibi Barb. num. 5. Fermoſinus in cap. ſi quis cõtra 4. de foro competenti q. 9. n. 6. & Cortiada deciſ. 18. n. 6.* niſi nova cauſa superveniat cum multis *Cortiadâ nu. 23.* & in hoc caſu de recuſatoris conſenſu, quicumque judex ordinarius poteſt aſſumere ſocium, & ſi lege, aut regimine id expreſſe non concedatur.

## CAPUT X.

An recuſans judicem, qui cum adjuncto recuſatione pendente ad ulteriora procedere poteſt, teneatur ſellarium adjunctorum deponere; & quid ſit faciendum, ſi judex recuſatus, & adjunctus differant, vel diverſas proferant ſententias.

### SUMMARIUM.

1 *Qui recuſat judicem habentem facultatem progrediendi ad ulteriora cum ſocio, tenetur deponere ſallarium adjuncti.*

2 *Iudex recuſatus poteſt cogere recuſantem, ut hujuſmodi deponat ſalarium, vel procedere ad ulteriora quo uſque deponatur.*

3 *Fermoſini authoritate fulſitur tradita reſolutio.*

4 *Quomodò ſe habere debeat judex recuſatus, ſi recuſans extremâ paupertate laboret, oſtenditur.*

5 *Paupertas liberat recuſantem à præſtanda cautione, non tamen a depoſito ſallarij.*

6 *Nullus tenetur ſuo ſtipendio militare.*

7 *Arbitrio judicis relinquitur, quod ſallarium recuſans deponere debet, & quibus conſideratis hanc ſallarij aſſignationem fieri oportet, oſtenditur.*

8 *Si Iudex recuſatus, & adjunctus in cauſa criminali diverſas proferant ſententias, nec una, nec alia habet validitatem.*

9 *Si tamen ab eis appelletur, ſervabitur illa, quæ in ſuperiori judicio fuerit confirmata.*

10 *Quandò in cauſa Civili Iudex, & adjunctus diſcordant ante ſententiam ab ipſiſmet judicibus, vel à Principe debet elligi tertius.*

11 *Hoc etiam obſervandum eſt in cauſa criminali.*

12 *Si judex, & adjunctus in cauſa Civili diverſas proferant ſententias, & a neutra ſit appellatum, valida erit abſolutoria pro reo, vel cauſa piâ, vel alias favorabili.*

13 *Quando tamen recuſatus plures habet adjunctos, & una ſententia ab ipſis profertur, alia que à recuſato, valida ſolum erit, quæ pro cauſa magis favorabili fuerit exhibita.*

14 *Votum adjunctorum tantum operatur, quantum judicis votum, & quare n.* 14.

15 *Si Epiſcopus contra aliquem ex capitulo citrà viſitationem proceſſerit, ipſi, vel ipſius Vicario duo ex capitulo, & ab eodem capitulo nominati, aſſociantur.*

16 *Vnum tamen eſt utriuſque votum, poteſt que alter Epiſcopo accedere.*

17 *Sententia judicis recuſati prævalet quandò unus ex duobus adjunctis recuſato accedit.*

18 *Verior eſt reſolutio, quòd quandò ſententiæ diverſæ à recuſato, & adjunctis fuerint prolatæ, neutram habere validitatem.*

19 *Princeps eſt adeundus, quando judex recuſatus diſcordat cũ adjuncto.*

RECuſans judicem, qui vel
virtute legis, aut regiminis 1
aut diplomatis pendente recuſatione cum ſocio ad ulteriora procedere poteſt, tenetur deponere ſel- 2
larium adjuncti, & ad id à judice recuſato, recuſatione non obſtante cogi poteſt, vel judex recuſatus recuſatione neglecta ad ulteriora valide interim procedit *Leitaõ in praxi finium regundorum cap* 11.*num.* 35. *Fermoſinus ad tx. in cap. ſiquis contra* 4. *de foro competenti q.*21.*numer.*3.*&* 4. *& q.*22. *per totam, qui Fermoſinus dicta q.*
21. *num.* 4. aſſerit, quod in praxi 3
judex recuſatus non cogit recuſantem ad ſellaria deponenda præciſe ſed cauſativè procedendo ad ulteriora, licet poſſit, ſi velit recuſantem omnino compellere captis pignoribus, quę vendantur ad ſolutionem ſellarij *Avendanho de*

 *exequen-*

*exequendis mandatis p.* 2. *cap.* 23. *num.*25. *Pax in praxi tit* 1.*p.*1. *tem pore* 10.*num.*27. *Azevedus in l.tit.* 16.*lib.*4.*novæ recopillationis a nu.* 23. *Fermoſinus ſupra dicta q.* 21. *num.*3.*qui alios citat Fragoſo de regimine reipublicæ* 2.*p.lib.*5.*diſp.* 12 §.7.*n.*238.

4 Praxim caſtellæ obſervarem, niſi recuſans, tam extrema paupertate laboraret, ut ſellaria deponere facilè non potuerit: quia tunc ad pignora prius deveniſſem & ſi nulla bona omninò reperirem tunc ad ulteriora procederem: quia licet paupertas liberet, recu-

5 ſantem à præſtanda cautione, ut latè diximus *hoc lib.cap.* 3. *& tradit Fragoſ. de regimine reipublicæ chriſtianæ* 2.*p.lib.*5.*diſp.*12.§.7. *n.* 249. tamen nulla paupertas liberat in foro fori recuſantem à deponendo ſellario adjuncti: quia

6 nullus tenetur ſuo ſtipendio militare, *ut latè probavimus de munere judicis orphanorum tract.* 2. *de Diviſionibus lib.*8. *cap.* 25.& gratis alteri inſervire, & in terminis docet *Fermoſinus ſupra q.* 22. *per totam*, & omnes DD.ſupra citati.

Quod ſallarium ſit deponendum, certa regula aſſignari non poteſt: quia hoc pendet à circunſtantijs temporis loci qualitatis adjuncti: quarè hoc arbitrio judicis relinquimus, qui penſatis omnibus illud moderatum deponere

7 jubebit, judex attendendo an adjunctus veniat à loco diſtanti, & an habeat à lege, ſeu regimine, aut conſuetudine taxatum quotidianum ſellarium, vel an ſit in eodem loco, & quid ſallarium juſtè ibi ferrè debet regulandum menſura laboris, & menſura ſellarij, quod judex habet in cauſa, in quâ recuſatur, & an ſit aſellariatus à Rege pro adminiſtranda juſtitia, & diſpendium, quod ratione, & reſpectu recuſantis cogitur ſuſtinere *Fermoſinus dicta q.*22. *per totam.*

Quo ad ſecundam partem pro poſitę quęſtionis reſpondemus diſtinguendo inter cauſas criminales, & civiles, in criminalibus aſſeveramus, quod neutra ſententia erit valida, & ſi judex, vel advocatus ex officio appellaverit, vel pars tunc illa erit ſervanda, quæ in ſuperiori judicio approbata extiterit ex his, quæ *Fermoſinus in cap.ſiquis contra* 4. *de foro competenti q.*23.*a n.*11. 8 9

In civilibus ſubdiſtinguendum eſt inter caſum quo judices diſcordant ante ſententiam, & tunc vel tertius ab ipſiſmet judicibus eſt elegendus, vel adeundus princeps; qui tertium nominet *Guttier.lib.*1. *practicarum q.* 93. *&* 94. *Fermoſinus dicta q.*23.*nu.* 3. quod in tali caſu etiam eſt obſervandũ in cauſâ criminali *Fragoſ. infra citandus n.*24. 10

Et inter caſum, quo unuſquiſque ſuam profert ſententiam, & 11
in iſto caſu ſequentes ſunt ſeparandi: primus quando judex recuſatus unico aſſociatus diverſam

ſam unuſquiſque profert ſententiam, & in iſto caſu, ſi à neutra fuerit appellatum, valebit abſolutoria pro reo vel cauſa pia, vel aliàs favorabili *ex tx. in l. inter partes ff. de re judicata cap. fin. de ſententia, & re judicata Guterres ſupra Fermoſinus ſupra num. 3. & 4. Fragoſ. de regimine reipublicæ 2. p. lib. 5. diſp. 12. §. 7. n. 239.*

Secundus caſus eſt, quando
12 judex recuſatus plures habet adjunctos, & tunc ſi una ſententia præferatur à recuſato, altera ab adjunctis illa præferenda eſt, quæ lata fuerit pro causâ magis favorabili, licet ſit judicis recuſati: quia votum adjunctorum tantum operabitur, quantum judicis votum:
13
14 quia aſſociati reputantur in voto pro uno, & judex pro alio, ut colligitur *ex ſacro Concilio Trident.*
15 *ſeſſ. 25. de reformatione cap. 6.* ubi ſi citra viſitationem Epiſcopus proceſſerit contra aliquem ex capitulo aſſociantur ei vel ipſius Vicario duo nominati ab eodem capitulo, qui ſimul procedant in causâ cum ipſo, unum tamen eſt utriúſque
16 votum, poteſt què alter Epiſcopo accedere *Gutier. lib. 1. practicarũ q. 94. Fermoſinus ſupra n. 4.*

17 Tertius caſus eſt: quando judici recuſato accedit unus ex adjunctis duobus: quia tunc ſententia recuſati prævalet, cum jam ſit maior pars, & ſequenda *Gutter. dicta q. 94. Fermoſinus d. q. 23. nu. 12. qui n. 23.* aſſerit, quod ſententia judicis recuſati prævalet, quando unus ex conſocijs noluit comparare *Bobadilh. lib. 3. politicorum cap. 8. nu. 128. Pax in praxi loco ſupra citato.*

Tu verò indiſtinctè tene: quod 18
quando judex recuſatus, & adjuncti diverſas ſententias protulerunt neutra tenet *cum Avendanh. de exequendo mandato lib. 2. cap. 23. n. 14. Curia Piſana lib. 4. cap. 4. n. 3 Curia Philipica 1. p. §. 7. nu. 15. & 16.* qui reſpondent ſacrum Con- 19
cilium procedere in caſu ſpeciali; & tandem concludunt, quod quã do judex recuſatus cum adjuncto diſcordant, princeps eſt adeundus, & ita etiam docet *Fragoſ. ſupra n. 240. Fermoſinus in cap. 4. de foro competenti q. 1. à n. 23.*

## CAPUT XI.

Iudex Delegatus recuſatus ad quẽ judicem teneatur remittere cauſam recuſationis, ut decidatur.

### SUMMARIUM.

1 *Iudex delegatus debet cogere partes, ut elligant arbitros ad cognoſcendum de recuſatione ſibi oppoſita.*
2 *Multorum DD. authoritate firmatur reſolutio.*
3 *De jure Caſtellæ eſt recepta tã reſpectu Delegatorum, quàm reſpectu ordinariorum.*
4 *Et eodem modo in noſtra Luſitania.*

5 *Vi-*

5 Viget etiam tam in praxi Eccleſiaſtica, quam in regulari

6 Coactio, qua Iudex Delegatus recuſatus debet compellere partes ad eligendos arbitros, ſufficit, quòd ſit cauſativa.

7 Cauſativa coactio quomodò opponi debeat, demonſtratur.

8 Quandò judex procedit ex officio contra aliquem, tunc ipſe cum recuſante concurrit in electione arbitrorum, & ſi de arbitro non concordant, unuſquiſque ſuum arbitrum eligere poteſt.

9 Iudex Ordinarius recuſatus poteſt cogere arbitros, qui ad cognoſcendum de recuſatione fuerint electi, ut de hujuſmodi recuſatione cognoſcant, & ſi noluerint contra ipſos procedere.

10 Ad arbitros eligi debent viri docti, & integræ opinionis.

11 Eædem qualitates debent intervenire in eo, qui eligitur ad aſſociandum.

12 In totum removetur Iudex Ordinarius, quandò vir illiteratus, vel non bonæ opinionis ei adjungitur.

13 Non poteſt eligi ad adjunctum ille, qui judici recuſato ſuſpicatur non contrariari.

14 Arbitrorum electio debet fieri ex illis, qui non ſunt ſubjecti juriſdictioni judicis recuſati.

15 Quando in cauſa dividua plures dantur recuſantes, unuſquiſque poteſt ſibi eligere arbitrum ad cognoſcendum de recuſatione.

16 Si in cauſa dividua plures agant, tot erunt AA. quot fuerint agentes ad dividua, & tot rei, quot qui ſe in re dividua defendunt.

17 Iudex Delegatus recuſatus poteſt, non obſtante recuſatione aſſignare arbitris terminum, intra quem cauſam recuſationis decidant, quo fine deciſione tranſacto, validè ad ulteriora procedit.

18 Si partes mutuis recuſationibus judicium involvunt, poſſunt compelli, ut in certum judicem conſentiant.

19 Si delegatus ab Ordinario recuſetur, non ab arbitris, ſed ab ipſo Ordinario debet cauſa recuſationis judicari.

20 Ad arbitros tamen erit recurrendum ſi ordinarius, qui delegavit fuerit abſens.

21 Quoad intentum dicitur delegans abſens, quando non eſt intra juriſdictionem, vel in loco vicino.

22 Non poteſt ordinarius delegans cognoſcere de recuſatione oppoſita delegato, quando ſuſpicionis cauſa ipſum delegantem concernit.

23 Quando Papa, vel Princeps duobus, aut pluribus delegatis unam cauſam committit, clauſulâ adjectâ, ut ſi aliquis aut aliqui cognoſcere non potuerint quilibet eorum in cauſa procedat; tũc uno recuſato,

non

non arbitri, ſed alter condelegatus de recuſatione cognoſcet vel reliqui, ſi plures ſuperſint.

24 *Aſſignatur ratio ſuprapoſitæ concluſionis.*

25 *Si recuſetur ille, qui in delegatione criminali eſt adjunctus, præſes delegationis, & non arbitri de recuſatione cognoſcent, non obſtante eo, quod ſit delegatus.*

26 *Cognitio recuſationis oppoſitæ ſubdelegato delegati Papæ, aut Principis, non ad arbitros, ſed ad ipſum delegatum pertinet.*

27 *Ad arbitros tamen eſt recurrendum ſi delegatus totam ſubdelegavit juriſdictionem.*

28 *Quando judex, qui recuſatur non eſt delegatus purus, ſed jurisdictione ſuſcitata, vel excitata, non per arbitros recuſationis cauſa tractabitur, ſed per illum judicem, ad quem pertineret, ſi reſpectu proprij officij recuſatio eſſet oppoſita.*

29 *Forma delegationis eſt ſequenda, quando in ea ſtatuitur, quid ſervandum in caſu recuſationis.*

30 *Proponitur, an arbitri electi ad cognoſcendum de recuſationibus, habeant juriſdictionem ordinariam aut delegatam.*

31 *Reſolvitur nec Ordinariam, nec delegatam eſſe, ſed extraordinariam.*

32 *Hujuſmodi arbitri recuſari non poſſunt, & quare, ibidem.*

33 *Arbitri electi ad cognoſcendum de recuſatione non poſſunt cognoſcere de cauſa principali.*

JUdex delegatus recuſatus oppoſita ſibi recuſationis exceptione debet compellere partes, ut eligant arbitros, coram quibus cauſa recuſationis probetur, & decidatur *ex cap. ſuſpicionis 39. de officio, & poteſtate judicis delegati cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus, l. apertiſſimi 14. l. cum ſpecialis 16. Cod. de judicijs Barboſ. in dicto cap. ſuſpicionis numer. 3. & in d. capit. cum ſpeciali 61. numer. 2. in dict. l. apertiſſimi num. 6. & in dict. l. cum ſpecialis num. 3. Gonſales Fagnanus Fermoſinus gloſſ. & cæteri Ordinarij ad dicta capita, & ad alia juris Canonici capita*, quæ referre nobis animus non eſt. Docentquè & agunt de hac indubitata in jure reſolutione, & deciſione poſt dictos ordinarios *Barboſ. in cap. legitima de officio, & poteſtate judicis delegati in 6. Cortiada deciſ. 18. num. 59. Fragoſ. de regimine reipublicæ 2. part. lib. 5. diſput. 12. §. 7. num. 240. Ripol. variarum cap. 2. a numer. 133. Ramon. conſ. 3. numer. 122. & 123. Farinatius in fragmentis 2. part. verbo judex n. 915. Gaſinus de defenſione reorū defenſione 1. cap. 19. n. 66.* 1 2

Ss Be-

*Betart in ſpeculo viſitationis cap. 6. numer. 63. portelles* §. *judex numer. 42. Xamar de officio judicis 1. part. quæſt. 12. à num. 118. Fermoſinus in cap. ſiquis contra clericum 4. de foro competenti quæſt. 29. nu. 2. & 3. Matheus de regimine Valentiæ tom. 2. cap. 7.* §. *1. ſect. 1. numer. 13. Fontanella deciſ. 2. numer. 15. part. 1. Lazana quæſtionum regularium tom. 3. verbo judex num. 13. Sanches conſ. moralium lib. 6. cap. 8. dubitatione 3. a numer. 21. Molina de juſtitia, & jure tract. 5. diſp. 23. num. 10.*

3 Quæ juris reſolutio recepta eſt in praxi regni Caſtellæ, tam reſpectu ordinariorum, quam reſpectu delegatorum atteſtantibus *Valenſuella conſ. tom. 2. conſ. 170. numer. 11. & 16. Fermoſinus in cap. ſiquis contra 4. de foro competenti quæſt. 5. Cortiada deciſ. 18. numer. 65.* & in praxi Cathaloniæ teſtibus *Cortiada ſupra numer. 60. Cancer. 1. variarum cap. 21. numer. 34. & 3. variarum cap. 10. numer. 74. Ripol. variar. cap. 2. numer. 14. Fontanella deciſ. 2. num. 16. & deciſ. 5. a nu. 1. & 77. Mieres in curia Ilerdæ sereniſſimi regis Iacobi tom. 1. collatione 4. cap. 4. num. 124.* & in praxi Aragoniæ *Portel* §. *judex num. 4 Seſſe deciſ. 14. & 200. Vrrutiguiti in paſt. reg. p. 3. voto 8. num. 18.* & in praxi Sardaniæ, ſi credendum eſt *Vico lib. 1. tit. 1. cap. 23. Cortiada ſupra numer. 64.* & in praxi Valētiæ affirmante *Matheo ſupra Cortiada d. numer. 64. Morla in Emporio juris part. 1. in præmiſſ. a num. 180.*

Similiter recepta eſt in praxi noſtræ illuſtriſſimæ Luſitaniæ, ut nosmet ipſi atteſtamur *cum Barboſ. Fragoſ. locis in principio citatis Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem, & verbo recuſatio, & verbo ſuſpicio Thomè Vas alleg. 96. numer. 29. & 30 Cardozo in praxi judicum, & advocatorum verbo recuſatio num. 7. & 8. qui alios citant, quibus adde quos Deo dante citabimus in cap. ſequenti Parada in praxi delegationum criminalium a num. 52. & 53. Cardozo in praxi judicum verbo recuſatio n. 11. Ord. lib. 3. tit. 21.* §. *8. ibi Barb. Pegas forenſ. cap. 18. num. 35. & 36. & lib. 1. tit. 9.* §. *12. nu. 181. Saraiva in pratica delegationum criminalium cap. 20.* 4

Non tantum in praxi eccleſiaſtica ex juribus, & DD. in initio hujus capitis citatis, ſed & in regulari *ex Sāches Laſana quos ſupra citavimus Torrecilha tom. 1. de conſultas, y alegatos tract. 10. de los viſitadores conſ. 3. & 4. per tota, & omnes, quos citavimus lib. 1. cap. 18. & lib. 3. cap. 6. per tota Fermoſinus in cap. ſiquis contra clericum 4. de foro competenti q. 31. per totam.* 5

Coactio, qua judex delegatus recuſatus debet compellere partes ad eligendos arbitros, qui de recuſatione cognoſcant, non requiritur, quod ſit præciſiva: ſed 6

ſufficit

ſufficit cauſativa, id eſt, ut oppo-
7 ſita recuſatione idemmet recuſa-
tus jubeat notificare partes, ut
intra triduum arbitros eligant
cum comminatione procedendi
ad ulteriora, ſi intra triduum
non eligant, & ſi partes intra
terminum arbitros non eligant,
poteſt ipſe judex recuſatione non
obſtante ad ulteriora procedere
ſeducto omni metu attentati, ut
probatur *ex l. apertiſsimi. 14. ibi
Barboſ. numer. 6. & ex l. cum ſpe-
ciali ultim. ubi Barboſ. numer. 3.
Cod. de judicijs Cujacius lib. 9.
obſ. 23. Stacia de judicijs lib. 1.
cap. 101. numer. 23. Donellus
lib. 17. commentariorum juris Ci-
vilis cap. 25. §. cauſamque. Mo-
lina de juſtitia tract. 5. diſput. 24.
numer. 1. Farinatius in fragmen-
tis verbo judex a numer. 915. qui
alios citant Fermoſinus in dicto
cap. 4. quæſt. 29. per totam Flu-
vius Pacianus de probationibus
cap. 45.*

Quando verò judex proce-
8 dit ex officio contra aliquem,
tunc ipſe judex concurrit cum
recuſante in electione arbitro-
rum, & ſi de arbitro concorda-
re non poſſunt, unuſquiſque ſu-
um arbitrum eligat, qui de ſuſ-
picione cognoſcat *Stacia d. cap.*
101. *a numer. 23. Tuſcus verbo
ſuſpectus concluſione 911. Farinat.
ſupra a numer. 915. gloſ. in cap. cum
ſpeciali 61. de appellationibus ubi
Barboſ. num. 2. alios citat quibus
adde, quos citavimus lib. 1. cap. 10.
& lib. 2. cap. 8. Faria ad Covas
practicarum cap. 26. numer. 49.
Molina de juſtitia, & jure tract.
5. diſput. 23. numer. 17. ubi alios
dat concordantes Guaſinus d. cap.
19. numer. 68. Scacia ſupra num.
23. Fermoſinus cum alijs quæſt. 12.
num. 13.*

Arbitri electi ad cognoſcen-
dum de recuſatione, ut de illa 9
cognoſcant cogi poſſunt à judice
recuſato, vel excommunicatio-
ne, ſi recuſatus fuerit eccleſiaſti-
cus, vel incarceratione, aut pœ-
nâ pecuniaria, vel ſimili, ſi recu-
ſatus fuerit ſecularis, ut docent
omnes ſupra citati *Fermoſinus ad
tx. in cap. ſi quis contra 4. de foro
competenti quæſtione 29. numer. 6.
Pacianus de probationibus lib. 2.
cap. 45. ubi alios citat.*

Ad arbitros eligi debent viri 10
docti, & integræ opinionis, pro
quibus præſumptio adſit, quod
rectè, & cum integritate proce-
dant, & quod ſint contrarij illi,
cui juſtitia non faveat: quia ſi ad
aſſociandum judicem recuſatum 11
ita talis requiritur, ut judex ordi-
narius in totum removeatur, quan
do ei adjungitur vir illiteratus, vel 12
non integræ opinionis, ut docet
*Fermoſinus ad tx. in cap. ſi quis con
tra 4. de foro competenti q. 1. a num*
33. vel quando talis adjungitur,
de quo non ſit veroſimile, ut ju- 13
dici recuſato poſſit eſſe contra-
rius *ex Fluvio Paciano; de pro-
bationibus lib. 2. capit. 45. num.*
40. multo fortius ſunt elegendi

 arbi-

arbitri, de quibus juſtitiæ adminiſtratio præſumatur *Pegas ad Ord.lib.1.tit.9.§.12.n.181.*

14 Electio arbitrorum eſt faciẽda de arbitris forum ſortientibus extra juriſdictionem judicis recuſati; ut evitetur periculum, nè ob judicis recuſati timorem, aut metum ſaltem reverentialem minus rectè recuſationem decidant, & ita conſulimus cum *Stacia ſupra à n.22.* & de his, qui ſecundum jus poſſunt eſſe arbitri, de quibus DD. ad *titulos de arbitris, & ff. de receptis arbitris.*

15 Vtrùm ſi plures ſint recuſantes qui pro uno non reputantur in caſibus, de quibus *lib. 3. cap. 3. & hoc lib. cap. 4.* poſſit unuſquiſque ſibi eligere arbitrum ad cognoſcendum de recuſatione? reſpondemus poſſe quia cum in cauſa dividua tot cenſeantur cauſæ, quot
16 ſunt parcellæ, & capita dividua cauſę, ut diximus *d.cap.4.* tot etiam cenſentur diverſi AA. & rei, quot ſunt, qui agunt ad dividua, & qui in re dividua ſe defendunt.

17 Poterit etiam judex delegatus recuſatus nõ obſtante recuſatione præfigere terminum arbitris intra quem cauſam recuſationis decidant, quo tranſacto ſine deciſione ad ulteriora validè procedit *ex tx.in cap.cum ſpeciali 61. de appellationibus ibi Barb.num.4. ubi multos dat concordantes Stacia d. cap. 101.n.28. ubi alios citat Fermoſinus cum multis infra q.29.n.7.* dum modo terminus ſit rationabilis.

18 Partibus ſi ſe mutuis recuſationibus judicum involvant deleganda eſt perſona, quę illas compellat in certum judicem conſentire *ex tx.in cap.cum ſpeciali ibi Barb.nu. 35.& 36.Fermoſinus in cap.ſiquis contra 4. de foro competenti q.29.* ubi per totam agit, quomodo ſit procedendum ad electionem arbitrorum ad cognoſcendum de recuſatione judicis, & quo ad ſpeciem, de quâ loquimur agit *n. 21.*

19 Sunt etenim aliqui caſus, in quibus cauſa recuſationis judicis delegati coram arbitris non tractatur, quorum primus eſt, quando recuſatus delegatus cujuſcumque judicis ordinarij inferioris à Papâ ſeù à principe, quia tunc ipſe ordinarius delegans cognoſcet de causâ recuſationis, & ſuſpicionis *textus in cap. ſi contra 4. de officio delegati in 6. ubi latiſsimè Barboſ. Fermoſinus fuſiſsimè de materia in cap.ſiquis contra clericum 4. de foro competenti q.2.n.7. & q. 3. per totam & q.29. nu. 12. Farinacius in fragmentis 2.p. verbo judex n.924. Sbrocius de officio Vicarij lib. 3.q. 16.n.2.& 3.Curia Philipica 2.p. §.8.à nu. 9. Cardoſo in praxi judicum verbo recuſatio n.8.*

20 Limitabis tamen, ut non procedat quando ordinarius, qui delegavit: eſt abſens: quia tunc ad arbitros eſt recurrendum *ex Cardozo d.nu.8. Barb.in cap. ſi contra unum de officio delegati n.5.6.& 7. & 8. referens infinitos Molina de juſtitia, & jure tract. 5. diſp. 23. num.5.*

*num.*15. & tunc dicitur quo ad in-
21 tentum ordinarius delegans abſens, quando, vel non eſt intra juriſdictionem, vel in loco vicino *ex Barb.d.n.*8.*qui alios refert.*

Etiam limitabis: quando cau-
22 ſa recuſationis contra delegatum eundem delegantem concerneret tunc enim nullo modo de illâ poterit cognoſcere argumento *tx. in cap.ſi à ſubdelegato* 11. *de officio delegati in* 6. *Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.*4.*n.* 6. *ad medium Barb.in dicto cap. ſi contra nu.* 10.*referens alios Fermoſinus dicta q.*29.*num.*12. quibus adde omnes in duobus §§. ſuperioribus citatos

Secundus caſus eſt: quando re-
23 cuſatur unus ex pluribus delegatis Papæ, vel principis datis cum clauſula, quod ſi ambo, vel omnes cognoſcere, vel non poſſint, vel impediantur, quilibet eorum, procedat: quia tunc uno recuſató arbitri non ſunt eligendi, ſed debet alter condelegatus de recuſatione cognoſcere, & ſi fuerint duo vel alij ſi plures extiterint, de ſuſpicione cognoſcere, & nec ad arbitros eſt adeundum. Apertè probatur *ex tx. in cap. ſi contra unum de officio delegati in* 6.*ibi Barb.num* 2.*&* 4.*alios citant Covas practicarum cap.*26.*n.*5. *ibi Faria cum alijs n.*50.*Molina tract.* 5. *diſp.* 24. *num.*3.*Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.*4.*nu.*13.*Farinatius ſupra p.*2.*verbo judex n.*772. *Barb in tract.de clauſulis* 125. *per totam Cardoſo in praxi judicum verbo recuſatio n.*8.*Fermoſinus ad tx.in cap ſiquis cõtra* 4.*de foro cõpetẽti q.*2.*n.* 6.*& q.*3.*per totã, & nos diximus lib.*1.*cap.*10. *&* 11. *Giurba. cõſ.*9.

Cujus concluſionis ratio eã eſt, 24
quia ex vi prędictæ clauſulæ juriſdictionis uſus ad alterum, vel alteros cõjudices in ſolidum pertinet caſu, quo alius, ſeu alij condelegati inſimul in cauſa procedere non valeant; cum verò per recuſationem objectam contra unum ex delegatis, nequeat ipſe ſi probata fuerit, ulterius in cauſâ procedere *ex cap. ſecundo requiris* 41. §.*de appellationibus cum ſimilibus*, & ita in impedimento recuſationis conditio clauſulæ verificetur, ut eſt *tx.* ſic intelligendus *in cap. cum ſuper* 23.*de officio delegati*, meritò ad cęteros condelegatos non recuſatos ſuſpicionis cognitio debet pertinere, ut ita per hoc cognoſcant: an ſua ſit juriſdictio, & an conditio clauſulæ ad impliatur ex regula *tx. in l.* 2.*ff. ſiquis in jus vocatus cap. literis in fine de reſcriptis, & ibi DD.*

Hinc venit, quod ſi recuſetur 25
aliquis adjunctus, datus in aliquâ delegatione criminali, qui quidẽ eſt delegatus ex eo: quia naturam judicis, cui fuit datus ſocius, induit; *ut diximus in cap.* 9. de quo eſſe delegatum dubitari non poteſt *ex Ord.lib.*1.*titul.*80.§.11. ibi *Pegas Parada in praxi delegationis criminalis n.*11. *Coſta annotatione* 2.*nu.* 61. de ejus recuſatione cognoſcit præſes delegationis *Parada ubi*

*ubi ſupra n.*60. niſi præſes etiam ſit recuſatus, ut etiam declarat *Parada nu.*61. *&* *ibi* tradit judicatum.

26 Tertius caſus eſt: quando recuſatus ſit judex ſubdelegatus delegati Pontificis, aut Principis: quia tunc cauſa recuſationis erit examinanda coram ipſo delegato Pontificis, aut Principis, & non coram arbitris *ex cap. ſuper quæſtionem de officio delegati Fermoſinus in cap. ſiquis contra 4. de foro competenti q.*29. *n.*13. *Fluvius, Pacianus de probationibus lib.* 2. *cap.* 45. *num.*28. niſi in totum cauſam de-

27 legaverit: quia tunc ad arbitros eſt recurrendum, ut docent ſupra citati, traduntque, quos *citavimus lib.*1. *cap.*11.

28 Quartus caſus eſt: quando recuſatus non eſt delegatus purus, ſed delegatus excitatus, ſeu ſuſcitatus, prout eſt, quando non intuitu perſonæ, ſed reſpectu officij ex cauſa committitur ex his, quę diximus *hoc lib. cap.* 5. quia tunc recuſationis cauſa eſt tractanda coram eodem judice, coram quo erat tractanda recuſatio ipſi oppoſita reſpectu cauſæ; quæ ad ipſius officium pertinebat ex his, quę diximus dicto *cap.*5. et eſt videndus *Pegas forenſ. cap.*18. *per totum.*

29 Quintus caſus eſt: quādo in delegatione aliter, & alio modo proviſum ſit, circa judicandam recuſationē; forma tūc delegationis eſt omninò ſequenda, ut docet *Parada in praxi delegationum criminalium n.*52. *&* *nos diximus lib.* 1. *cap.* 20. *Gaſinus de defenſione reorum defenſione* 1. *cap.* 19. *n.* 12.

Solent etiam DD. dubitare: an juriſdictio iſtorum arbitrorum ſit ordinaria, vel delegata, & in quibus conſiſtat, & quod ſit delegata, probari videtur *ex l. apertiſsimi* 14. *cod. de judicijs ibi: quaſi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati* ubi notat *Gloſſ. &* Canoniſtę inter quos *Barb. nu.* 14. *Iacobus Laurentius de judice ſuſpecto cap.* 7. *num.* 14. *Farinatius ſupra n.* 927. *&* 928. 30

*Gloſſa verò in cap. ſuſpicionis* 39. *de officio delegati in verbo ad quos Barb. ibi nu.* 4. *Molina de juſtitia, & jure tract.* 5. *diſp.* 23. *n.* 11. *Fermoſinus ad tx. in cap. ſiquis contra* 4. *de foro competenti q.* 29. *n.* 23. dicunt juriſdictionem iſtorum eſſe extra ordinariam à lege introductam ad particularia aliqua cognoſcenda, ac finienda circa cauſas aliquas, in quibus tam proceditur juriſdictione delegata, quam juriſdictione ordinaria. 31

Etiam dubitatur: an iſti arbitri poſſint recuſari? Et reſpondetur negativè: cum iſti arbitri eligantur ex forma dicti *cap. ſuſpicionis* 39. *&* *dicto cap. cum ſpeciali* 61 etenim ſivè duę ſint partes litigantes adverſæ, ſivè una tantum litiget, & judex ex officio ſit, tunc judex recuſetur una cum judice arbitrū de communi conſenſu eligat, & ſi de arbitris concordare non poſſit, unuſquiſque ſuum ar- 32

bitrum

bitrum eliget, qui de ſuſpicione cognoſcat *Fermoſinus ſupra q. 9. & q. 12. num. 13. & 14.*

33 Electi arbitri ad cognoſcendum de recuſatione, non poſſunt cognoſcere de cauſa principali obquam recuſatio intentatur. *Fermoſinus ſupra q. 29. n. 27. DD. ad tx. in cap. ſuſpicionis 39. de officio delegati, & in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus, & ibi Barboſ. in l. apertiſsimi 14. & in l. cum ſpeciali ult. Cod. de judicijs, & ibi Barb. Fluvius Pacianus de probationibus lib. 2. cap. 45. nu. 30. Pegas forenſ. cap. 18. n. 35. Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 35. §. 8. litera R. numer. 1. & 18.*

## CAPUT XII.

**Iudex ordinarius recuſatus ad quem cauſam recuſationis remittere debeat?**

### SUMMARIUM.

1 *Tam de jure communi, quàm de jure Regio, verum eſt, quòd recuſatio judicis Ordinarij, qui non habet certos judices ad propoſitam recuſationem terminandam, per arbitros eſt decidenda, & n. 6.*

2 *Hæc concluſio etiam in judice delegato locum habet utroque jure attento, & num. 21.*

3 *Verbum judex adeò generale eſt, ut omnes illos comprehendat, qui publica judicandi authoritate funguntur.*

4 *Expenditur Ord. in 3. titul. 21. §. 8. in probationem ampliationis ſuprà poſita n. 2.*

5 *Dictio univerſalis omnia comprehendit.*

6 *Lex, ſeu ſtatutum ſemper debet intelligi eſſe conforme cum diſpoſitione juris communis.*

7 *Rubrica generalis non reſtringitur, ſi à congeſtis in nigro nõ ſequitur abſurdum.*

8 *Validum eſt argumentum deſumptum à rubrica.*

9 *Adducitur quoddam argumentum contra ampliationem ſupra poſitam n. 2.*

10 *Argumento præſtatur ſolutio.*

11 *In defectum legis Regiæ ad jus commune recurrere debemus.*

12 *Fortiſſimis rationibus demonſtratur Ord. Regiam lib. 3. tit. 21. §. 8. non habere locum in judicibus delegatis.*

13 *De jure communi ſi arbitri non conveniunt in judicanda recuſatione, tertius eligitur, vel ab ipſis met arbitris, vel à partibus, qui ipſos eligerunt.*

14 *Ordinatio noſtra ita debet interpretari, ut ejus interpretatio quantum fieri poſſit Conveniat diſpoſitionibus juris communibus.*

15 *Reſolvitur non habere locum in judicibus delegatis noſtram ſuprà poſitam Ordinationem, dum in caſu diſcordiæ arbitrorum decurionem vocat.*

16 *Varijs rationibus roboratur reſolutio*

*ſolutio uſque ad num.* 20. *incluſivè.*

17 *Concivis in cauſa ſui Concivis eſt judex ſuſpectus & numer.* 19.

18 *Decurio vocatus quando arbitri diſcordant, eſt judex delegatus.*

19 *Quando per adjunctum non providetur recuſato, non poteſt judex Ordinarius cum adjuncto procedere.*

20 *De jure Luſitano Arbitri debent cognoſcere de recuſatione oppoſita delegato, non obſtante, quòd in caſu diſcordiæ decurio non adhibeatur.*

21 *Quæ in ſuperiori capite tradita fuere de delegatis, etiam habent locum in Ordinarijs.*

22 *Iudicis Ordinarij recuſatio per arbitros non poteſt terminari, quandò per conceſſiones, ſtatuta, aut diplomata, certi judex ſunt dati, & quibus concedantur, traditur remiſſivè.*

23 *Si Senatores Palatini, aut Comites, Senatoreſque Regij patrimonij recuſentur, maximus Regni cancellarius de recuſationibus cognitionem ſuſcipiet.*

24 *Cancellarius domus Vlyſiponenſis eſt judex competens omnium recuſationum, quæ fuerint oppoſitæ ſenatoribus, vel officialibus ipſius domus.*

25 *Recuſatis etiam officialibus, aut Senatoribus domus Portuenſis, recuſatio tractabitur coram Cancellario ipſius domus.*

26 *Iudex, qui vulgò dicitur da* Chancellaria *cognoſcit de Recuſationibus objectis correctoribus, Auditoribus, & omnibus judicibus, & officialibus Civitatis Vlyſiponenſis, & conſervatori Alemanorum.*

27 *Si recuſentur officiales juſtitiæ, aut patrimonij Regis in Civitate Portuenſi, harum recuſationum erit judex, Cancellarius domus, niſi tales Officiales habeant alios certos judices.*

28 *De Recuſationibus oppoſitis Regularibus cognoſcent illi, quibus per ſuas conſtitutiones, vel per conceſſiones appoſtolicas hæc juriſdictio eſt demandata.*

29 *Epiſcupi ſunt Iudices in recuſationibus oppoſitis ſuo Vicario generali, aut ſuis officialibus.*

30 *Aſſignatur qua ratione.*

31 *Si cauſa recuſationis tangit Epiſcopum, nec ad ipſum, nec ad eum, qui per conſtitutiones Epiſcopatus fuerit Iudex aſſignatus, ſed ad arbitros ſolùm pertinet hujuſmodi recuſationis cognitio.*

32 *Si Sede Epiſcopali vacante Vicarius generalis capituli recuſetur, aut aliquis ex ſuis Officialibus, ad ipſum capitulum cognitio hujuſmodi recuſationis pertinet.*

33 *Li-*

33 *Limitatur, ſi per conſtitutiones Epiſcopatus, alius ſit judex deſignatus.*

34 *Suſpecto capitulo, manet etiam ſuſpectus ejus Vicarius.*

35 *Quando Officiales, de quibus cauſis poteſt ſuus Iudex cognoſcere, recuſantur, etiam coram eodem judice eſt terminanda recuſatio.*

36 *Demonſtratur qua ratione.*

37 *Eccleſiaſticus judex, ſive delegatus ſive ordinarius tenetur poſt recuſationem ad arbitros devenire, & ſi noluerit, facit vim, & competit recurſus ad Coronam.*

1 IUdicis ordinarij recuſatio eſt decidenda coram arbitris ſicut de delegato diximus: quia apud nos etiam eſt certiſſima regula; quod judex ordinarius, qui non habet certos judices ad recuſationem ſibi propoſitam determinandam, eſt recuſandus coram arbitris aſſumptis eodemmodo, quo aſſumuntur arbitri ad cognoſcendum de recuſatione delegati judicis *ex Ordin. lib. 3. titul.* 21. §. 8. quæ quidem Ordinationis diſpoſitio eſt juriscommunis reſolutioni valdè conformis ſecundum quam eademmet forma cuſtodiri debet ex DD. quos citavimus in cap. antecedenti in primis quatuor §§. & in ſpecie docet *Thome Vaas alleg.* 96. *numer.* 30. *& omnes noſtri regni DD. accuſati in cap. antecedenti* §. *ſimiliter.*

Cujus legis diſpoſitio eſt ſervanda, & intelligenda, tam quoad judices ordinarios, quam quo ad judices delegatos nam judicum appellatione non ſolum veniunt ordinarij, ſed etiam delegati *Barboſ. de appellativis verbo judex appellativo* 122. *Gloſſ. in Clementina* 1 *de appellationibus in verboſi à judicibus*: tum quia verbum judex in jure generale eſt comprehendens omnes illos, qui publica judicandi, & cognoſcendi authoritate funguntur, & ita non tantum magiſtratus, qui ordinariam, vel ordinariæ ſimilem juriſdictionem habent, ſed & illos, qui delegata authoritate fruuntur *Barboſa dicto appellativo* 122. *numer.* 1. de quibus *in l. more maiorum ff. de juriſdictione omnium judicum juncta lege* 1. §. *qui mandatum ff. de officio ejus, & in titulo de officio poteſtate judicis delegati libr.* 1. *&* 6. *decretalium*: tum quia Ordinatio utitur illis verbis ibi: *Qualquer outro julgador.* Quæ verba ex ſuâ naturâ omnes judices comprehendunt, ſivè ſint ordinarij, ſivè delegati, ſivè, qui tantum notionem habent: quia hæc dictio: *qualquer outro* latè ſignificationis eſt, & præciſa univerſalis, & ſic omnia comprehendit *ex cap. quia ſæpè de*

Tt *electio-*

*electione lib. 6. ibi Barb. & de dictionibus dictione 316. ubi multos citat*: tum denique: quia hæc intelligentia eſt conformis cum
6 diſpoſitione juris communis ſecundum quam tam quo ad recuſandum ordinarios, quam quoad removendos delegatos, arbitri eliguntur, coram quibus cauſa recuſationis ſit agitanda, ut latè fusèque tradidimus in ſuperiori *capit.* & lex, ſeu ſtatutum
7 ſemper eſt intelligendum juri communi, à quo deſſumptũ eſt, omninò conformè, & ideò Ordinatio noſtra ubi à jure communi apertè non deviat, ab eo recipit omnes ampliationes, & limitationes, quas leges communes patiuntur prout tenent *Pereyra de reviſionibus cap.* 10. *numer.* 5. *Valaſcus conſ.* 38. *numer.* 1. *& de partitionibus cap.* 13. *numer.* 8. *qui referunt alios, & nos jam diximus.*

Facit etiam: quia rubrica
8 prædictę Ordinationis eſt generalis de recuſationibus oppoſitis judicibus ibi *das ſoſpeiſoens poſtas aos Iulgadores*, & rubrica generalis non reſtringitur, maximè ſi à congeſtis in nigro non ſequitur abſurdum, ut tradit *Barboſ. in locis communibus argumentorum juris loco* 97. *ubi a num.* 2. *uſque ad* 3. cum multis: firmat argumentum à rubrica optimum, & validum eſſe in jure *ex l.* 1. *ff. ſi certum*
9 *petatur ibi Barthol. & communiter DD.*

Si replices: quod lex ex 10
præcedentibus, & ſubſequentibus venit amplianda, limitanda, & reſtringenda ex eodem *Barboſa loco* 8. per totum, & cum Ordinatio, tam in titulis antecedentibus, quam in ſubſequentibus agat tantum de judicibus ordinarijs, de ordinarijs, & non de delegatis eſt intelligenda: quia negamus Ordina- 11
tionem tantum agere de ordinarijs judicibus: quia Ordinatio à primo titulo uſque ad ultimum prædicti libri tertij agit de ordine judiciali ſervanda à citatione uſquè ad executionem ſententiæ, qui quidem ordo judiciarius convenit tam judicibus ordinarijs, quam delagatis: ulterius reſpondemus, quod conceſſo ſine præjudicio veritatis, quod *Ordinatio. dict. titul.* 21. tantum de ordinarijs ageret ſemper ad arbitros erat recurrendum, cum in defectu legis regię 12
ad jus commuue ſit recurrendum *ex Ordinat. lib.* 3. *tit.* 63. & cum de jure communi arbitri ſunt ſelegendi ad cognoſcendum de recuſatione judicum delegatorũ, etiam de jure noſtro arbitri ſunt elegendi.

Vrgebis, & fortius ex eadem 13
*Ordin. dict. tit.* 21. §. 8. dicendo, quod Ordinatio non eſt intelligenda de judicibus delegatis: quia diſponit *Ordin. dict.* §. 8. quod ſi arbitri electi diſcordeut, accedat Decurio loci ſenior, vel ſequens,

ſi

ſi ſenior ſuſpectus fuerit, & iſte
examinet differentiam arbitro-
rum, uni adhęrens, & ſententi-
am proferat, & non eſt creden-
dum legem voluiſſe ſic diſponere
in delegatorum recuſatione: tum
quia ſi lex cogitaret de recuſatio-
ne delegatorum digniori, & li-
terario hoc videndum, & deci-
dendum committeret, & non
homini juris, ut plurimum ig-
naro, & talis condicionis, ut ve-
rôſimile non ſit, ſe oppoſiturum
potentiori: tum quia graviores
ferè ſunt cauſæ delegatę, quam
ordinarię, & delegatus ſuperi-
or quocumquè ordinario, & ideò
non eſt credendum legem volu-
iſſe æquare ordinarios, qui ferè
ſunt homines, illiterati cum de-
legatis, qui ſolent eligi à prin-
cipe ob eorum prętantiam, in-
duſtriam, & excellentiam, qua
communiter ordinarios pręcel-
lunt: tum quia ſi cogitaret de de-
legatis diſcordiam reſolvendam
non committeret, decurioni, ſed
judici ordinario loci, cui plùs
confidit lex, quàm de decu-
rionibus: tum denique quia
prædicta diſpoſitio Ordinatio-
nis eſt contraria juri communi
14 ſecundum quod, vel arbitri ip-
ſi tertium eligere debent, vel
partes, qui ipſos eligerunt,
prout habemus *in l. apertiſſimi
14. cod. de judicijs cap. ſuſpici-
onibus 29. de officio, & poteſta-
te judicis delegati cap. cum ſpe-
ciali 61. de appellationibus, &
in dictis juribus Barboſ. & ca-
teri ordinarij l. diem proferre ff.
de receptis arbitris, & nos di-
cemus IESU duce lib. 6. capit.*
15. Ergo ſaltem ut Ordinatio
noſtra minus lædat jus commu-
ne, ad quod permiſſa eſt, &
facienda venit omnis interpetra-
tio, prout diximus de munere 15
judicis Orphanorum *tract. 1. de
inventario lib. 3. capit.* 3. non
eſt intelligenda in recuſatione
delegatorum.

Vi harum rationum manus 16
damus ingenuè fatendo, quod
in cauſa diſcordiæ arbitrorum,
decurio non eſt adhibendus:
ſed quod, vel ipſi arbitri, vel
partes tertium eligere debent ex
juribus, & rationibus ſupra pon
deratis; & quia ſatis per decu-
rionem proviſum non eſt in ca- 17
ſu diſcordiæ arbitrorum electo-
rum ad judicandum cauſam re-
cuſationis delegati maximè ſi ju-
dex delegatus ex officio virtu-
te delegationis contra aliquos
concives ipſius decurionis pro-
cedat non ſolum: quia concivis 18
in cauſâ ſui concivis, & compa-
triotæ ſit ſuſpectus ex his, quæ
diximus *lib. 4. capit. 3. & tra-
dit Fermoſinus in cap. ſiquis con-
tra clericum 4. de foro competen-
ti quæſt. 30. & quæſt. 38. numer*
8. Verum etiam; quia decurio
in propoſito caſu eſt judex dele- 19
gatus, ut diximus *cap. antecedenti*,
& concivis, quando eſt delegatus
in cauſâ concivis eſt ſuſpectus

*Formoſinus d.n.8. Maranta de or-*
*dine judiciorum p.6.n.39. Farina-*
*cius in fragmentis 1. p. verbo judex*
*n.*788. & nec eſt veroſimile quod
contra concivem recuſantem ju-
dicet , vel quando judex proce-
dit ex officio , vel quando altera
pars ejuſdem decurionis non eſt
concivis : quare ſicut non ſufficit
adjunctus ad hoc , ut ordinarius
20 recuſatus procedat , quando per
adjunctum non ſucurritur recu-
ſanti *ex capit. ſi quis contra* 4. *de*
*foro competenti quæſt.* 1. *a numer.*
11. *&* *quæſt.* 12. *numer.* 7.8. *&*
9. *Fluvius Pacianus de probatio-*
*nibus lib.*2.*cap.*45.*a numer.* 37.ubi
refert quatuor caſus, in quibus ju-
dex ordinarius in totum remove-
tur ; ita eodem modo decurio. Eſt
removendus , & non eſt adhiben-
dus in caſu diſcordiæ arbitro-
rum.

Verumtamen ex hoc non ſe-
21 quitur, quod non recuratur ad ar-
bitros juxta diſpoſitionem dictę
Ordinationis in recuſatione judi-
cis delegati licet concludatur ,
quod in caſu diſcordiæ non eſt ad
hibendus decurio: quia hic eſt ca-
ſus diverſus à primo , à quo noſtra
Ordinatio nõ cenſetur recedere à
jure communi , à quo deſumpta
fuit.

Cum ergo habeamus , quod
tam attento jure communi , quam
noſtro regio jure in recuſatione
judicum eſt agitanda cauſa recu-
ſationis coram arbitris ; ſive judi-
ces recuſati ſint ordinarij, ſive de-
legati , neceſſario ſequitur , quod
omnia , quæ tradidimus in ſuperi- 22
ori capite circa delegatos , obſer-
vanda ſunt circa ordinarios , &
quod tam uni , quam alteri recu-
ſandi ſunt coram arbitris.

Ab hac certiſſimà , ac generali
regula excipiuntur pręſides om- 23
nium tribunalium , ut diximus
*lib.*2.*cap.*2. Rectòr domùs ſuppli-
cationis Vlyſiponenſis , guberna-
tor domùs ſupplicationis Portu-
enſis ; ut diximus *lib.* 2. *cap.* 4. &
cęteri omnes , de quibus dicto *lib.*
2.*cap.*8.& omnes alij , quibus, vel
per ſpecialia regimina conceſſio-
nes ; aut diplomata certi judices
ſunt dati , prout docuimus ſupra,
& *dicto cap.*8.

Excipiuntur etiam ſenatores
Palatini , comites patrimonij re- 24
gis , quos vocamus *Vedores da fa-*
*zenda* , & ſenatores patrimonij re-
gis , quos vocamus: *Concelheiros*
*da fazenda* , & omnes alij officia-
les contenti in Ordinatione *lib.* 1.
*tit.* 2. quia ex diſpoſitione dictæ
Ordinationis §. 7. *ubi Pegas* recu-
ſatio eſt agitanda coram Cancel-
lario maximo regni.

Excipiuntur etiam omnes ſena
tores , & officiales domùs ſuppli- 25
cationis Vlyſiponenſis : quia corũ
recuſatio eſt tractanda coram Cã-
cellario ipſius domùs ex Ordina-
tione *lib.*1.*tit.*4.§.4. *& ibi Pagas*,
& omnes ſenatores , & officiales 26
domùs Portuenſis : quia eorum
recuſatio eſt tractanda coram Cã-
cellario ipſius domùs ex *Ordinat.*
*lib.*1.

*lib.*1.*tit.*36. §. 3. *&* 4. *ibi Barboſ.*
*&* *Pegas.*
Excipiuntur iterum correcto-
27 res, Auditores, judices, & offici-
ales omnes juſtitiæ Civitatis Vly-
ſiponenſis, & conſervator Alema
norum: quia eorum recuſatio eſt
agitanda coram judice, quem vo-
camus *da Cancellaria* ejuſdem Ci
vitatis *ex Ord.lib.*1.*tit.*14.§.3. *&*
28 4.*ibi Pegas, & Barb.*nec non om-
nes officiales, ſivè juſtitiæ ſivè pa-
trimonij Regis Civitatis Portuen
ſis: quia eorum recuſatio eſt ſimi-
liter decidenda coram judice Can
cellarię domûs Portuenſis, niſi ta
les officiales habeant alios judices
certos *ex Ord.lib.*1.*tit.*42.*per totũ*
*ibi Pegas, & Barb. & nos diximus*
*lib.*2.*cap.*11.
29 Excipiuntur omnes regulares,
quibus per ſuas conſtitutiones le-
gitimè conditas, vel per conceſ-
ſiones apoſtolicas certi judices ad
cognoſcendum de eorum recuſa-
tione ſunt determinati: quia tunc
forma conſtitutionum, & conceſ-
ſionum eſt ſervanda.
Excipiuntur Vicarij generales
30 Epiſcoporum, & capituli Sede E-
piſcopali vacante, & omnes eorũ
officiales, de quorum ſuſpicioni-
bus cognoſcit, vel ipſe Epiſcopus
ut tradit *Barb.in cap.ſi contra unũ*
4.*de officio, & poteſtate judicis de-*
*legati in* 6.*à num.*5. *ubi plures citat*
*Moliva de juſtitiâ tract.*5.*diſp.*23.
*n.*15. *Iacobus Laurentius de judice*
*Suſpecto cap.*4.*n.*6.*Gratianus cap.*
31 92.*n.*9. quia Epiſcopus à Vicario,
& officialibus ſuis poteſt ſemper
cauſam reaſſummere, & commiſ-
ſione revocare *Barb.d.n.*5. *Grati-*
*anus d.n.*9.*Covas practicarum cap*
9.*à n.* 1. *ibi Faria* ac ſubinde ſem-
per ſuperior eorũ manet, ut de op-
poſita contra illos ſuſpicione cog-
noſcat: latiſſimè *Fermoſinus in cap*
*ſiquis contra* 4. *de foro competenti q*
13.*per totam à n.*1.*uſque ad* 47. ubi
id docet de vicario foraneo Epiſ- 32
copi: niſi recuſatio tangat ipſum
Epiſcopum: quia tunc ad arbitros
eſt recurrendum, ut jam notavi-
mus *cap.* antecedenti; nam ſuſpe-
cto Epiſcopo omnes ejus Officia-
les, ſivè maiores, ſivè inferiores
ſuſpecti manent *ex Fermoſino d.q.*
13.*n.*23. *&* 25. ubi plures citat, &
ideò in hoc nec eſt remittẽda cau-
ſa ad epiſcopum, nec ad eum, qui
per conſtitutiones Epiſcopatûs fu
erit judex aſignatus ad cognoſcen
dum de recuſationibus: prout pro
viſum eſt in conſtitutionibus om-
nium ferè epiſcopatuum.
Vel ipſum capitulum: quia de 33
recuſatione Vicarij generalis à
capitulo Sede Vacante conſtitu-
ti juxta formam Concilij *Trident*
*de reformatione ſeſſ.*24.& de omni- 34
bus officialibus cognoſcit capitu-
lum tamquam ſuperior, niſi per
conſtitutiones Epiſcopatûs alius
ſit judex deſignatus *Barb.in d.cap*
*ſi contra unum n.*7. *citans alios Fer-*
*moſinus latiſſimè in d. cap. ſiquis*
*contra q.* 14. *per totam* ubi etiam
tradit, quod ſuſpecto capitulo, 35
manet ſuſpectus ejus vicarius:

quia juxta communiorem ſententiam ab ipſo capitulo poteſt removeri, prout docet *Fermoſinus d.q.14.nu.2.& 3. Azorius tom.2. moralium lib.3.cap.* 38. *q.* 18. *Riccius in praxi tit.* 1. *reſolutione* 505. *n.4.Galetius in margarita caſuum conſcientiæ verbo vicarius num.* 3. dummodo adſit juſta cauſa *Themudo* 1.*p.deciſ.*22.*per totam.*

36 Excipiuntur etiam officiales, de quibus cauſis cognoſcere poteſt ipſe judex: quia tunc coram eodem judice recuſatio eſt terminanda: nam cum officialis recuſatus reputetur reus, in causâ recuſationis ex his, quæ diximus *lib.*3. *cap.*1. & judex poſſit cognoſcere de cauſis ſuorum officialium aliquando, ut diximus *lib.*4. *capit.*7.
37 ad arbitros recurrendum non eſt: quia poſito, quod judex de cauſis ſuorum officialium cognoſcere poſſit ceſſat ratio, cur à cognoſcendo de recuſatione ſuorum officialiũ removetur: nam lex, quæ eum approbavit, quo ad alias cau ſas, quo ad hanc etiam approbare cenſetur; cum diverſa ratio in contrarium concludens aſſignari non valeat, vide, quæ diximus *in cap.* ſequenti prope finem.

Eccleſiaſticus judex recuſatus
38 ſivè ſit delegatus, ſivè ordinarius ita tenetur ad arbitros devenire; quod ſi oppoſita ſibi recuſatione, ad arbitros non deveniat; facit vim, & competit recurſus ad coronam, ut judicatum tradit *Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*9.§.12.*n.*337. quod eſt intelligendum cum limitationibus, & declarationibus, de quibus egimus *lib.*1.*cap.* 19.

## CAPUT XIII.

An quando ad cognoſcendum de recuſatione judicis, ſive delegati, ſivè ordinarij, & officialium, judex certus deſignatur, talis recuſari poſſit, & à quibus.

### SUMMARIUM.

1 *Arbitri electi recuſari non poſſunt, niſi poſt electionem ſupperveniat cauſa.*
2 *De jure Regio Iudex recuſationis recuſari non poteſt a judice recuſato, niſi recuſatio tangat honorem, vel intereſſe ipſius judicis.*
3 *Vtrinſque reſolutionis præſtatur ratio, & n.*4.
4 *Quando Iudex certus ad cognoſcendum de Recuſationibus datur a lege, poteſt talis judex recuſari a partibus in cauſa intereſſe habentibus.*
5 *Demonſtratur qua ratione.*
6 *In caſu diſcordiæ Arbitrorum, non admittitur de jure Regio decurio, ſi ſit ſuſpectus.*
7 *Si Cancellarius maximus cognoſcat de recuſatione objectâ ſenatori Palatino, poterit recuſari ab ipſo ſenatore, ſi in recuſatione agatur de ejus honore, aut intereſſe.*

8 *Idem*

8 *Idem procedit in Cancellarijs domùs Vlyſiponenſis, & Portuenſis, & idem diſponitur etiam circa judices Cancellariæ utriuſque domùs.*

9 *Quando dubitatur, an in recuſatione agatur de honore, ſeu intereſſe judicis recuſati, debent dubium reſolvere ſenatores illius ſenatùs, de quo fuerit ſenator recuſatus.*

10 *Omnis Iudex, etiam ſuprema perfulgens dignitate poteſt recuſari.*

11 *Maiores judices poſſunt ex quacumque cauſa a partibus recuſari, à recuſato verò ſolum quando in recuſatione agitur de ipſius honore, aut intereſſe, aut judex procedit ex efficio.*

12 *De jure noſtro nec pars, nec recuſatus judex poſſunt recuſare Cancellarium, aut judicem Cancellariæ, & eorum adjunctos, niſi ex inimicitia, qua ſententia annullari poteſt.*

13 *Si judex à lege datus ad cognoſcendum de recuſatione etiam fuerit ſuſpectus, adeundus eſt ille, qui a lege, ſtatuto, vel regimine in tali caſu eſt deſignatus.*

14 *Quando verò nullus eſt deſignatus, vel ſubſtitutus eſt etiam ſuſpectus, tunc ſi ſuperior non poteſt in promptu adiri, ad arbitros eſt recurrendum.*

15 *Non recurritur ad arbitros, quando Cancellarius maximus, vel utriuſque domùs, aut judex Cancellariæ a recuſato judice recuſantur; & quare.*

16 *Si pars, vel primæ recuſationis judex habeant juſtam recuſationis cauſam, poſſunt etiam recuſare judicem ſubrogatum, & n.18.*

17 *In opinione aliquorum non eſt permiſſum ultra tres judices recuſare.*

18 *Civitas, Univerſitas, Collegium, aut conſiſtorium Decurionum, ſenatus, & capitulum recuſari poſſunt.*

19 *Synodus generalis, aut provincialis recuſari poteſt in his, quæ ad fidem, aut mores non pertinent.*

20 *Non ſolum recuſari poſſunt omnes literati totius Civitatis, ſed etiam oppidorum vicinorum.*

21 *Conciliatur cum prædicta reſolutione Opinio Avendanhi, quæ contraria videtur, & num.23.*

22 *Non eſt valida recuſatio omnium judicum totius Univerſitatis.*

23 *Similiter recuſari non poſſunt literati circuitùs, ſcilicèt totius provinciæ.*

24 *Inutilis eſt recuſatio omnium Senatorum, aut Decurionum ſine expreſſione nominum, & cauſarum recuſationis.*

25 *Recuſari poſſunt commiſſarij ad recipiendos teſtes.*

26 *Quan-*

26 *Quandò commiſſio facta eſt, non intuitu Officij, ſed perſonæ; ad ipſum dantem recurrendum eſt, ut commiſſarios non ſuſpectos præſtet.*

27 *Si ab aliquo terrarum domino recuſetur præſes Provinciæ, ſeu aliquis judex ordinarius, recuſatio ad Senatum Palatinum remittenda eſt.*

1 DIximus in cap. 11. hujus libri, quod arbitri electi re-
cuſari non poſſunt, niſi poſt elec-
tionem ſuperveniat cauſa, ex qua
legitimè recuſari valeant, ut dixi-
2 mus *lib.2.cap.10.* & *hoc lib. cap.9.*
ad finem ſimiliter abſolutè dixi-
mus *lib.1.cap.15.* quod judex re-
cuſationis recuſari non poteſt à
judice recuſato, niſi recuſatio tan
3 gat, vel honorem judicis, vel ejus
intereſſe inſpecto noſtro Luſitano
jure: quo ad arbitros electos ad
cognoſcendum de causâ recuſa-
tionibus veriſſima, eſt reſolutio:
quia cum ſint electi ab ipſiſmet
partibus, ab eiſdem recuſari non
poſſunt, niſi cauſa de novo oria-
tur ex dictis in capitibus allega-
4 tis: quo ad recuſatum etiam veriſ
ſimum: quia quando in recuſatio-
ne non agitur de honore, vel in-
tereſſe recuſati, nihil eſt, quod
eum cogat ad recuſandum judi-
cem recuſationis, niſi fuerit cupi-
ditas judicandi, quę adeò longe
eſt cauſa legitima, ut judex ſube-
at litigium recuſationis, quod ex
eâ tantum cupiditate judicandi
redditur ſuſpectus, ut diximus
*lib.4.cap.9.*

Supereſt ſcire an ab ipſis parti- 5
bus intereſſe habentibus in cauſa
poſſit judex certus à lege datus ad
cognoſcendum de recuſationibus
recuſari poſſit, & reſpõdemus affir 6
mativè: Primò, quia adjunctus cer
tus datus à lege ad cognoſcẽdum
cum judice recuſato recuſari po-
teſt: quando per talem adjunc-
tum recuſanti ſatis proviſum non
eſt, ut diximus *latè hoc lib. cap. 9.*
& *cap. antecedenti*: ergo ſimilitèr
judex certus datus à lege ad cog-
noſcendum de recuſatione recu-
ſari poterit, quando per eum ſatis
proviſum non ſit partibus, prout
non ſunt, quando talis judex cer-
tus ipſis partibus, vel uni ex illis
ſuſpectus eſt ex aliquibus cauſis,
de quibus egimus *lib. 4. per totum,*
& *hoc lib. cap.9.*

Secundo: quia Ordinatio no-
ſtra *lib. 3. tit. 21.* §. 8. diſponit, 7
quod in caſu diſcordiæ arbitrorũ
decurio antiquior ſi ſuſpectus non
fuerit recuſationem decidat: er-
go jam judex recuſationis poteſt
recuſari *ex Ord. lib.3. tit.21.* §. 15.
& 16.

Tertio: quia Ordinatio *lib. 1.*
*titul.2.* §. 7. & 8. diſponit, quod 8
Cancellarius maximus regni cog-
noſcat de ſuſpicionibus oppoſitis
ſenatoribus Palatinis, & alijs con-
tentis in dicto tit. niſi fuerit recu-
ſato ſuſpectus, & in recuſatione
agatur de recuſati honore, aut in-
tereſſe, & *ex Ordin. lib. 1. titul.4.* 9
§.5.

§. 5. ubi idem diſponitur circa Cancellarium domûs ſupplicationis Vlyſiponenſis, & ex *Ord.lib.* 1.*tit.*13.§.3. ubi ſimiliter diſponitur circa judicem Cancellariȩ, & ex *Ord.lib.*1.*tit.*36. §. 3. ubi idem traditur circa Cancellarium domûs Portuenſis, & ex *Ord. lib.* 1. *tit.*42. ubi idem diſponitur circa judicem Cancellariæ domûs Portuenſis *Ordinat. lib.* 3. *titul.* 21. §. 15. *&* 16. *ibi Barboſa.* ergo judex recuſationis rectè recuſari poteſt.

10 Adverte tamen, quod ubi fuerit dubium an in recuſatione agatur de honore, ſeu intereſſe judicis recuſati; ſimile dubium eſt reſolvendum à ſenatoribus ejuſdem ſenatûs, de quo fuerit ſenator recuſatus ex Ordinatione *lib.* 1. *tit.*2. §.7. *&* 8. *& titul.* 4. §. 5. *& lib.* 1. *titul.* 13. §.3. *& titul.*36. §.3. *& tit.*42. in quibus locis ſunt videndi *Pegas*, *& Barboſ.*

11 Quarto quia quicumque judex etiam ſuprema fulgens dignitate recuſari poteſt, prout jam diximus, & docet *Cortiada deciſ.* 18. *num.* 25. *Barboſa voto* 4. *num.* 99. *Fontanella deciſ.* 5. *per totam Roman. conſ.* 3. *à* 17. *uſque ad* 40. *Gaſinus de defenſione reorũ*
12 *defenſione* 1.*cap.*19.*n.* 4. ergo etiã judex recuſationis, hac tamen differentia, quod à partibus ex quacumque causâ, quibus cæteri judices recuſari poſſunt, à recuſato verò tantum, quando ipſius honor, vel intereſſe in recuſatione involvitur, niſi judex procedat ex officio: quia tunc ipſe judex recuſatus poterit recuſare judicem recuſationis ex omnibus caſibus, ex quibus partes eum recuſare poſſunt; cum tunc vicem partis deficientis ex officio ſubeat, & ideo in eligendis arbitris cum recuſante concurrit, ut *diximus cap.* 11.

Recuſatus judex Ordinarius 13
ſeu pars non poſſunt recuſare Cancellarium ſeu judicem Cancellariæ, & eorum adjunctos de jure noſtro, niſi ex inimicitiâ, qua ſententia annullari poteſt *Ordin. lib.*3.*tit.*21. §. 15.*ibi Barb.*

Loco judicis recuſationis à lege dati, & ad illam decidendam 14
recuſati an ad arbitros recurrendum ſit, vel ad ſuperiorem, qui alium in ejus locum ſubſtituat, dubitari poteſt: in quo dubio dicendum eſſe autumamus; quod ſi à lege, ſeu regimine, conſtitutione, ſtatuto alius deſignatus ſit, ipſe eſt adeundus, ſi autem, 15
vel nullus deſignatus eſt, vel ſubſtitutus eſt etiam ſuſpectus, tunc ſi ſuperior eſt in promptu, ipſe adiri debet, ſi non eſt in promptu ad arbitros eſt recurrendum. Unde venit, quod ſi recuſetur Cancellarius, vel maximus reg- 16
ni, vel utriuſque domûs Vlyſiponenſis, & Portuenſis, aut earum judex Cancellariæ, non ad arbitros eſt recurrendum: tum quia ſuperior in promptu eſt, qui alium nominare, & ſubrogare

poteſt: tum quia *Ord.lib.1.tit.2.*
*§.7.& 8.tit.3.§.5.tit.13.§.3.tit.*
*36.§.3.& tit.42.* in his caſibus
providet, junctis his, quæ ibi do-
cent *Pegas.*

Vtrùm verò, ſi contingat,
17 quod pars ſeu judex in caſibus, in
quibus recuſari poteſt, dicat ſub-
rogatum ſibi eſſe etiam ſuſpec-
tum, ſit audiendus? videtur di-
cendum partibus non eſſe permit-
18 tendum ultra tres judices recuſa-
re, ne detur proceſſus in infini-
tum argumento textus *in cap. li-*
*cet dilectus de teſtibus ibi Felinus in*
*fine Barb. ad rubricam Ord. lib. 3.*
*tit.21.num.24.* quia recuſans om-
nes ſuſpectos de civitate præſumi-
tur hoc facere in fraudem *Barb.*
*dicto num.24. Peres in l.1.tit.5.lib.*
*3. ordinamenti Gregorius Lopes in*
*l.22.tit.4.partita 3.*

Oppoſitum tamen nobis pla-
19 cet, ſi recuſans bonam recuſatio-
nis cauſam exhibeat: tum quia ci-
vitas, univerſitas, collegium, aut
conſiſtorium, decurionum, ſena-
tus, capitulum recuſari poſſunt,
ut cum multis tradidimus *lib. 1.*
*cap. 14. quibus addo Fermoſin. in*
*capit. ſi quis contra 4. de foro com-*
*petenti quæſt. 6. per totam Cortia-*
20 *da cum multis decif. 18. num. 35.*
tum quia tota ſynodus generalis,
vel provincialis, quo ad ea, quæ
fidem, aut mores non tangunt,
recuſari poteſt, prout docui-
mus *lib. 2. capit. 10. Fermoſi-*
*nus ſupra quæſt. 17. per totam.*
*Cortiada decif. 18. numer. 35.*
*ubi innumeros citat*: tum quia non
ſolum recuſari poſſunt omnes li- 21
terati totius Civitatis, ſed etiam
alij extra civitatem vicinorum
oppidorum *ex Fermoſino in dicto*
*cap. ſi quis contra 4. de foro com-*
*petenti quæſt. 24. per totam Cor-*
*tiada dicta decif. 18. numer. 35.*
*ubi ſic judicatum tradit Fonta-*
*nella decif. 6. per totam Ripol. va-*
*riar. capit. 2. à numer. 42. ad*
*num. 56. 63. & à num. 240. ad n.*
*250. Xamar de officio judicis 1. p.*
*q.12.n.133.*

Quidquid in contrarium di- 22
cant *Avendanho de exequendis*
*mandatis part. 2. capit. 23. Curia*
*Philippica part. 1. §. 7. numer. 13*
quia ſunt intelligendi, vel quan-
do recuſatio eſſet vaga, qualis
non eſt, ſeu quando recuſantur
DD. alicujus civitatis, ſeu vici-
norum locorum, ut tenet *Fermo-*
*ſinus d.q.24.n.2. Ripol. dict. cap. 2.*
*num.67.*

Libenter tamen limitabimus 23
noſtram ſententiam, quando ſci-
licet recuſarentur omnes literati
totius univerſitatis: quia illa eſt
generalis, ſiquidem recuſantur
omnes, quorum plures pote-
runt non eſſe ſuſpecti, ideo in
hoc caſu talis recuſatio non de-
bet admitti, in alijs verò civita-
tibus, ubi adſunt tres, aut qua-
tuor literati, & pauci alij, cre-
dimus talem recuſationem ad-
mittendam eſſe, niſi judex cre-
dat, & conſideret ex malitia
partis omnes recuſari: nam tunc
erit

erit vera ſententia, de qua ſupra, & ita reſolvit *Fermoſinus ſupra numer*.3.

24 Ita, & ſimili modo credimus vagam eſſe recuſationem, quando recuſentur literati circuitus, veluti recuſando literatos, non ſolum civitatis, ſed provintiæ intelligendo provintiam. *Por quinze, & vinte legoas, em contorno Fermoſinus ſupra n*. 4. ubi ſic intelligit *Riccium collect*. 1413. dicentem, quod generalis ſuſpicio omnium examinatorum non admittitur.

25 Eodem modo aſſeveramus vagam eſſe recuſationem omnium decurionum, ſeu ſenatorum ſine expreſſione nominum, & juſtæ cauſę ad recuſandum *Fermoſinus ſupra n. 6*.

26 Extra dubium eſt, quod recuſari poſſunt commiſſarij ad recipiendos teſtes: quia ſunt judices delegati, & cum omnis victoria conſiſtat in probationibus, plurimum què interſit partibus habere commiſſarios omni exceptione maiores *ex Fermoſino in d. cap*. 4. *q*.26.*per totam & maximè num*. 5. *Scobar de puritate* 1.*p*.*q*.6.§.6. *& nos diximus lib*.1.*cap*. 20. *& lib*.2.

27 *cap*.8.*in fine*, ſed in hoc caſu nō ad arbitros, ſed ad ipſum dantem vocari, vel provocari debet, ut alios commiſſarios non ſuſpectos det *Gaillus lib*. 1.*obſervat*. 33. *Valenſis in paratica de appellationibus* §. 18.*n*.*fin*.*Fermoſinus d*. *q*. 26. *nu*.5. Quod intellige quando, non intuitu officij ſed perſonæ facta eſt commiſſio, veluti ſi fiat judici equiti ordinum militarium à menſa conſcientiæ: quia tunc ſi in tali deligentia recuſetur; ad menſam recurrendum eſt, ut judicatum vidimus ad favorem cujuſdam noſtri amici.

Notari opportet, quod quando recuſatur præſes provinciæ, ſeu aliquis judex ordinarius ab aliquo domino terrarum, tunc talis recuſatio ad ſenatum palatinum remittenda eſt virtute diplomatis prçſidum provintiarum, quod vocamus *Folhinha da alçada* prout vidimus judicatum in ſenatu Portuenſi proximis in diebus ad favorem capituli ſedis hujus inclitæ Vniverſitatis Conimbricenſis contra Reverendiſſimum canonicum ejuſdem *Emmanuelem Bello* chriſtianæ militiæ equitem, moribus, virtutibus, & ſanguine præclariſſimum amicum meum dilectiſſimum ac omnibus titulis collendiſſimum. 28

# LIBER SEXTUS

## CAPUT I.

Iudex recuſationis quid, remiſſo ſibi proceſſu, & cauſa recuſationis primum facere debeat?

### SUMMARIUM.

1 *Iſtius libri introductio.*

2 *Iudex, cui recuſationis cauſa eſt remiſſa primò debet advertere, an partes ſint citatæ, & an per ſe, vel per procuratorem recuſent, & an legitima recuſationis cauſa exprimatur*

3 *Ratio naturalis non patitur, ut aliquis non auditus condemnetur.*

4 *Æquum eſt, ut partes ſciant coram quo judice ſe eſſe litigaturas.*

5 *Iudex recuſatus in caſibus, in quibus, non obſtante recuſatione, poteſt ad ulteriora procedere, debet prius recuſantem iterum citare.*

6 *Frivolæ recuſationes dicuntur illæ, quæ in jure non ſunt expreſſæ, nec expreſſis maiores, aut ſimiles.*

7 *Licèt de jure communi admittatur ſuplicatio à rejectione ſuſpectionum, contrarium tamen in noſtro regno practicatur.*

8 *Iudex recuſationis ante omnia debet ſcribæ jubere, ut proceſſui recuſationis adjungat omnem aliam recuſationem in eadem cauſa adverſus eundem recuſatum prolatam.*

Vaſtiſſimum, & ſpatioſiſſimum campum ad unum latiſſimum tractatum materia de recuſationis progreſſu, proceſſu, & definitione coram judice recuſationis offerebat: ſed quia nobis ſemper fuit animus compendium potius, quam tractatum de recuſationibus ſcribere brevitatem potius, quam diffuſionem amantibus, & ſelegentibus corripiendo, & prelibando magis, quam tractando, quantum nobis brevius poſſibile fuerit materiam propoſitam in hoc ſexto, & ultimo libro abſolvemus dummodo quotidiana, & notabilia minimè omittemus. 1

Remiſſa judici recuſationis
2 cauſa prima illius deligentia ſit examinare an partes ſint citatæ? an per ſe, vel per procuratorem recuſent? & an legitima recuſationis cauſa exprimatur? prout jam diximus in ſuperioribus libris; & quo ad primum probatur: quia ſi judex recuſationis procedere poſſit ſine citatione, quando partes non veniunt citatæ, eſſet ni-
3 mis durum, & contra rationem naturalem, quę non patitur, ut non auditus condemnetur, ut latè à nobis expenſum eſt de munere judicis orphanorum *tract. 2. de Diviſionibus lib. 8. cap. 3.* & æquum
4 eſt, ut partes ſciant ſe coram illo judice litigaturas, ut in ſpecie tradit *Fermoſinus in dicto cap. ſiquis contra clericum 4. de foro competenti q. 40. n. 1. ubi alios citat.*

5 Et confirmatur: quia judex recuſatus etiam in caſibus, in quibus, non obſtante recuſatione, ad ulteriora procedere poteſt hoc tamen fieri non valet, niſi prius recuſantem iterum citet, ut reſolvit *Fermoſinus d. q. 40. n. 1.* ergo multo fortius judex recuſationis hoc facere tenebitur, cum ad alterum & novum cauſa tranſmiſſa ſit.

Quo ad ſecundum probatur ex his, quæ diximus *lib. 3. cap. 13. per totum*, & quo ad tertium, vide-
6 re debet, an recuſationes ſint legitimæ, ſeu frivolæ, & fruſtaniæ, quæ dicuntur omnes illæ, quæ nõ ſunt in jure expreſſę, nec maiores vel ſimiles illis *Carrocius exceptione 120. n. 41. Fontanella deciſ. 7. n. 6. 1. p. Cortiada deciſ. 18. nu. 67.* & 7
ab iſta rejectione & non admiſſione ſuſpicionum, licet de jure admittatur ſupplicatio *ex Carrocio ſupra n. 41.* & de obſervantia ſenatus Tholoſani *ex Mainardo deciſ. 96. lib. 1.* & ſenatus Sebuſiani *ex Fabro in ſuo codice lib. 3. tit. 4. nequis in ſua cauſa judicet definitione 5. & 6.* tamen de obſervantia Cathaloniæ à tali rejectione non admittitur ſupplicatio *ex Fontanella de pactis nuptialibus tom. 1. clauſula 4 gloſſ. 11. n. 89. & deciſ. 5. n. 18. 1. p.* & de obſervantia noſtri regni, ut diximus *lib. 4. cap. 1.* & Deo duce dicemus latè, & quo ad quartum probatur ex dictis *lib. 4. cap. 1. Fermoſinus ad tx. in cap. ſiquis, contra de foro competenti q. 2. num. 4. ubi alios citat.*

Antequam judex recuſationis 8
procedat in definitione recuſationis, primum debet ſcribæ proceſſus recuſationis jubere, ut proceſſui recuſationis adjungat omnem alium proceſſum, qui ad recuſandum eundem recuſatum fuiſſet fulminatus *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 14. ibi Barb.* ad videndum an recuſatus fuiſſet iterum recuſatus in eadem cauſa ad finem, de quo *lib. 4. cap. 14.*

## CAPUT II.

Judex recuſationis quid facere debeat, quando invenerit recuſationes eſſe ſcandaloſas, & ignominioſas recuſato.

SUMMARIUM.

1 *Scandaloſæ, & ignominioſæ recuſationes non ſolum ad probationem non debent admitti, ſed etiam nec exprimi, & numer. 8.*

2 *Traditur quomodo recuſandus eſt judex, quando cauſa eſt ignominioſa.*

3 *In noſtra praxi, quamvis cauſa ſit ignominioſa, eſt exprimenda, & probanda.*

4 *Si judex recuſationis inveniat, quod ignominioſâ recuſatione probatâ, judicem remanere de jure ſuſpectum, debet ipſum monere, ut à cauſæ cognitione ſe abſtineat.*

5 *Nec judex recuſationis, nec ſenatus poſſunt recuſatum cogere, ut ſe abſtineat à cauſa ante cognitionem ſuſpicionis.*

6 *Poteſt tamen adire Principem, ſi facilis ſit ejus aditus, ut jubeat recuſato ſe abſtineat à cognitione cauſæ.*

7 *Si recuſatus noluerit ſe abſtinere à cognitione cauſæ, debet judex recuſationis procedere ad recipiendas probationes, & ſecundum eas judicare.*

1 Scandaloſas, & ignominioſas recuſationes non eſſe admittendas ad probationem; ſed nec exprimendas tradunt *Fermoſinus in cap. ſiquis contra clericum 4. de foro competenti q.2.n.4.& 5. Farinatius in fragmentis 2. p. verbo judex nu. 890. Fontanella decif. 3.* & 2 ſufficere recuſantem jurare, habere cauſam recuſationis, quæ ſine ſcandalo exprimi non poteſt ex his, quos citavimus *lib.4. cap. 1.*

Hæc DD. reſolutio in praxi noſtra non probatur: quia de jure, & praxi noſtrâ recuſatio juſta, licet ignominioſa; & ſcandaloſa eſt exprimenda, & probanda, pro ut jam notavimus *lib. 4. cap. 1. & cap. 14.* ex rationibus, de quibus ibi, & ita ſervari in praxi Cathaloniæ docet Fontanella *decif. 3. per totam.* 3

Quare judex recuſationis ſi inveniat recuſationem eſſe ignominioſam, & ſcandaloſam recuſato: primum examinare debet, an probata recuſatum eſſe de jure ſuſpectum concludat, & tunc monere ex urbanitate debet recuſatum, ut ſe à cognitione cauſæ abſtineat: ſed non cogere: quia nec etiam ſupremus ſenatus jubere poteſt recuſato, quod in aliqua cauſa ſe abſtineat, niſi propoſitâ, & cognitis in forma cauſis ſuſpicionum *Fontanella decif. 3. n. 2. & 28.* ubi idem tradit de noſtro Luſitano *ex Cabedo 1. p. decif. 45. p. 1.* 4 5

Deinde debet adire principem, ſi facilis ſit ejus aditus, & ſit in loco ubi judex recuſatur, ut jubeat nè procedatur in eis, ſed ſe abſtineat recuſatus à cognitione cauſæ *Fontanella d. decif. 3. n. 27. & 37.* 6

Poſtremo ſi recuſatus nullo ex dictis modis abſtineat ſe à cognitione

7 tione cauſæ debet procedere ad recipiendas probationes, & ſecundum eas judicare recuſationem: quia recuſans non eſt privandus ſuo jure uti, ob ignominiam, aut infamiam reſultantem ex tali recuſatione, nec cogendus coram ſuſpecto judice litigare ex eo, quod indè aliquod malum, aut magnum poſſit ſuccedere incommodum, cum prius ſibi teneatur proſpicere, quam judici recuſato, cui non eſt favendũ eo pertextu, quod recuſationes ſunt ei infames ignominioſç, aut ſcandaloſç, cum potius ex illis probatis veniat puniendus & removendus à munere judicandi cum publicæ utilitati, conveniat ſe à malis, & infamibus, & ignominioſis judicibus expurgare in ſpecie *Fluvius Pacianus de probationibus lib. 2. cap. 45.*

8 Si verò agnoſcat, quod infames ſcandaloſæ, & ignominioſæ, etiam probatę non relevarent, tunc tenebitur illas removere *Fontanella deciſ. 3. n. 35. ubi ſic tradit judicatum in Cathalonia.*

## CAPUT III.

Iudex recuſationis, quid facere debeat, quando recuſationis cauſæ ſint dubię in jure an ſint juſtę, vel injuſtæ?

### SUMMARIUM.

1 *Practicè, vel ſpeculativè poteſt Iudex recuſationis eſſe dubius in judicandâ recuſationis causa.*

2 *Qualis ſit dubitatio ſpeculativa, & quomodò in tali dubitatione ſe habere debeat Iudex demonſtratur.*

3 *Exprimitur quæ dubitatio dicatur practica, & quid facere debet judex hujuſmodi dubitatione oppreſſus.*

4 *Iudex in dubio debet contra recuſationem pro judice judicare, & num. 5.*

5 *Demonſtratur, quæ regulariter recuſantium ſit mens.*

6 *Vt à malo, à malâ ſuſpicione abſtinere debemus.*

7 *Contrà judicem recuſatum eſt pronunciandum, quando mores ipſius judicis habent contra ſe præſumptionem.*

DUplici ex capite poteſt judex recuſationis eſſe dubi- 1
us circa juſtitiam, vel injuſtitiam
cauſę recuſationis propoſitę, vel
ſpeculativè, vel practicè: ſpecu-
lativè, quando pulſatus à funda- 2
mentis utriuſque ſententię poſi-
tus invenitur in medio duarum
ſententiarum, ſe reſolvere neſcit,
ad quam partem ſe inclinare tene-
at, & tunc omninò relictâ pro-
babili, ſententiam probabiliorem
omninò ſequi tenetur ex vi propo-
ſitionis undecimæ *noſtri ſanctiſſi-* 1
*mi Patris Innocentij undecimi*;
qui meliori fruitur ævo, ut piè, ac
devotè credere debemus, tum ob
ejus inſignes, claraſque virtutes,
tum

tum ob miracula, quibus Deus memoriam ſuam honoravit, & venerationem noſtram corroboravit, ac confirmavit.

3 Practicè, quando de veritate in rigore juris non dubitat: ſed an ad operationem deſcendere valeat abſquè reatu peccati, & in hoc caſu debet judicium practicum facere, ut ſine culpa operari poſſit, ad quod faciendum conſiderare debet ea omnia, quæ latè diximus *in 3. p. rubricæ noſtræ noſtri operis de munere judicis orphanorum*, &
4 in ſpecie, quod judex in dubio, an recuſatio ſit juſta, vel injuſta, probata, vel non probata, tenetur contra recuſationem pro judice judicare, diximus *lib. 1. cap. 1. ad finem ex Ord. lib. 3. titul. 21. §. 9. & ex DD.* & rationibus *in dicto cap. 1. allegatis*, quibus DD. eſt addendus *Fragoſo de regimine reipublicæ lib. 5. diſput. 12. numer. 214.* quibus accedit illud, quod mirum in modum tradit *Carleval de judicijs titul. 2. diſp. 1. num. 6.* ad illa formalia verba ibi; *Quatenus autem quilibet eſt ſingularis perſona, nolet ad judicem duci, judiciquè obedire*, quod eleganter expreſſit. *Hiſpanum proverbium: todos quieren juſtitia; & ninguno por ſu caſa, etenim unusquiſque odio habet judicem, qui cum alteri injuriam inferre non ſinat qui aliena ſivè bona ſide, ſivè mala poſſeſſa reſtituere cogat, averſaturque virginem illam inflexibilem ſcelerum ultricem aſpero, & ſeverò vultu contuentem, ancipitique; ac minaci gladio, armatam juſtitiam dico omnibus inviſam, & odioſam* & ideo dicitur judicium in invitum.

Quarè juſtè procedit judex recuſationis, qui in dubio contra 5
recuſationem decidit, & eo maximè cum plerumquè iſtiuſmodi recuſationes præſentantur, quolibet quæſito colore, vere ta- 6
men in eum finem, ut recuſantes refugientes juſtitiam eligant ſibi judicem ad placitum ſuum, ipſiſque placentem, quem male fortaſſe malis artibus attaxerunt, aut quē ſibi nimis indulturum ſperāt, quamvis contra jus, *fas que*, *ut in ſimili ait Carleval de judicijs tit 2. diſp. 2. num. 22.* quantas, ò bone Deus, ſub hoc occulto, & calumnioſo velamine vidimus iniquitates, & pauperum litigantium oppreſiones.

Conducit etiam: quia ut à malo 7
ità à mala ſuſpicione abſtinere debemus *Scobar de puritate p. 1. q. 6. §. 2. a. n. 14. & p. 2. q. 9. §. 3. à n. 88.*

Rem hanc, ut aptius concludamus, firmiter tenemus, 8
quod in dubio pro judice contra recuſantem pronuntiandum eſt, niſi mores judicis ſint tales, ut contra ſe habeant præſumptiones: quia tunc etiam in dubio contra judicem pro recuſantē pronuntiandum eſſe exiſtimamus: quia judex, qui ſolet eſſe injuſtus vindex, & facilis ad lapſum

Barboſ. in locis proximè citatis Covas practicarum cap. 26. n. 3. ibi cũ multis Faria Cortiada deciſ. 18. a n. 8. 81. & a n. 87. Theſaurus deciſ. 6. per totam Faber in ſuo codice lib. 4. tit. 1. definitione 12. in fine Morla in emporio juris 1. p. tit. 2. in præmis n. 215. Franches deciſ. 408. nu. 28. Gratian. cap. 100. nu. 47. Farinat. in fragmentis 2. p. verbo judex nu. 992. Gaſinus de defenſione reorum defenſione 1. cap. 19. a n. 24. Intriglìolus deciſ. 47. n. 22. Antonius de Ballis var. lib. 5. pragmat. 1. de recuſationibus n. 3. Baiardus ad Clarum §. fin. q. 43. n. 6. Regens vico ad pragmaticas regni Sardaniæ lib. 1. tit. 1. cap. 25. in gloſſ. Ripol. var. cap 2. n. 214. & 215. Cancer. 1. var. cap. 21. n. 55. Fontanella deciſ. 23. a n. 7. Xamar de officio judicis 1. p. q. 12. nu. 12. qui plures alios citant Fontanella deciſ. 24. & 25. Thome Vaas allegatione 71. n. 4.

Depoſitio hæc facienda de ju-
4 re noſtro ſub juramento officij ex
5 Ord. d. tit. 21. §. 4. & etiam de jure
communi cum juramento fieri debet ex omnibus DD. in ſuperiori §. citatis Barb. ad Ord. lib. 1. titul. 21. §. 11. n. 5. ubi alios citat.

Recuſati omnes, ſivè ſint ſecu-
6 lares, ſivè eccleſiaſtici, ſivè regulares deponere tenentur: quia prædicta reſolutio procedit utroque jure attento tam Canonico, quam noſtro regio, ut ex DD. proximè citatis facile probatur, cũ hac tamen differentia, quod Eccleſiaſtici deponere tenentur in-
tra terminum à judice recuſationis aſſignatum: quia in jure non invenitur perfixus terminus intra,
quem ſit deponendum ſtabilitum 7
ex DD. ſupra allegatis, niſi per conſtitutiones particulares circa hoc ſit proviſum.

Seculares verò recuſati ita in-
tra triduum deponere tenentur, 8
ut eo tranſacto ipſo jure maneant ſuſpecti ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 11. ibi Barb. n. 5. Thome Vas alleg. 96. n. 36. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem alter Pereyra de reviſionibus cap. 24. n. 25. qui docent, quod ubi e-
lapſus eſt terminus præfixus, non 9
datur purgatio moræ; quia paria ſunt non facere, aut minus ſufficienter intra tempus ſtatutum argumento tx. in cap. ſi quis juſtè de electione lib. 6. ibi Barb. Mendes in praxi 2. p. lib. 2. cap. 7. §. 1. nu. 11. Michalorus depoſitionibus cap. 47. per totum Thome Vaas allegatione 71. num. 1.

Depoſitio hæc eſt non ſolum 10
parte recuſante petente, ſed etiam repugnante facienda, ut apud nos probatur expreſsè ex Ord. lib. 3. tit 21. §. 4. ad illa verba ibi: poſto que a parte diga, que não quer o depoimento do recuſado, quod ſecus fo-
ret, ſi noſtra Ordinatio, non ita 11
diſponeret: quia regulariter, nemo tenetur ad deponendum, niſi petita depoſitione ex Ord. noſtra lib. 3. titul. 53. per totum ibi Barboſ. Michalorus in ſuo tract. de depoſitionibus.

12 Depoſitione negleta poteſt judex recuſationis ad alias probationes recuſantem admittere: quando recuſatus vel eſt abſens, vel infirmus, vel aliàs legitimè ad deponendum impeditus: quia cum terminus ad finiẽdum proceſſum recuſationis ſit peremptorius, ut [Deo duce dicemus;] ex defectu depoſitionis non eſt denegandum recuſanti, quod alias probationes faciat *Blaſius Michalorus in tract. de poſitionib. cap. 69 & 61.*

13 In depoſitione cautus ſit recuſatus, ut deponat prudenter, integrè, moderatè, ſine exceſſu, verè ſine affectatione, integrè ſine deminutione, aut augmento: nam ſi vel imprudenter, vel immoderatè, vel mendaciter, aut diminute, ſivè ad non interrogata deponat, ex hoc tantum juſtè ſuſpectus judicabitur: quia tam ex cu-

14 piditate judicandi, quam ex modo deponendi arguitur ſuſpicio *ex Pereyra de reviſionibus cap. 24. nu. 24. & 26.*

O quantæ, & utiles quęſtiones nobis hic ſe ſe offerebant, reſolvendæ ſed neque deſiderata brevitas, neque muneris noſtri aſſiduæ occupationes ſermonem latum partiuntur: quare omiſſis pluribus utiliores tantum breviter perſtingemus.

Prima igitur quęſtio eſt, Vtrũ

15 depoſitio obſcura, & incerta ſufficiat ad hoc, ut recuſatus non habeatur pro confeſſo? an verò ex depoſitione obſcura pro confeſſo habeatur? cui quęſtioni affirmativè reſpondemus: quia poſitiones debent eſſe certæ, claræ, & non obſcuræ. *Michalorus de poſitionibus cap. 7. n. 1.* & reſpondens poſitionibus obſcure ſibi præjudicat *Michalorus ſupra n. 7.* & non videtur deponere, qui obſcurè deponit, & ex eo teſtis obſcurè deponens non probat *ex cap. in præſentia de probationibus cap. clamor de teſtibus ibi Barb.*

Superiori conſequens eſt quæ- 16
ſtio: Vtrum ſuſpectus judicari debeat, qui non purè, & ſimpliciter deponit? Affirmamus: quia purè, & ſimpliciter eſt deponendum *latè Michalorus de poſitionibus cap. 39. per totum*: nam ideò depoſitio à lege requiritur ut recuſans ab onere probandi relevetur ex *cap. ſtatuimus de confeſſis lib. 6. l. ejus qui in provintia ff. de jure jurando cum multis Michalorus ſupra n. 4.*

Non deſimilis eſt & alia quæ-
ſtio utrum ſufficiat, quod recuſatus deponat per verbum credo? 17
Aſſeveramus: quia reſponſio per verbum *Credo* dicitur ſimplex, & abſoluta, ut latè probat *Michalorus ſupra cap. 40. per totum ubi alios citat.*

Ejuſdem farinę eſt, utrùm ſuf- 18
ficiat, quod recuſatus ſatisfaciat cum reſponſione qualificata duplici conditionali modificata dubia incerta, & alternativa? Negamus: quia reſponſio debet eſſe certa, nec continerę debet aliquã dubieta-

*Mendes in praxi 1.p.lib.3.cap. 19.* §.2.*n.* 20. ita eodem modo, nec appellari, aggravari, aut impediri poterit pronunciatio; qua declaratur, recuſationes procedere.

Praxis noſtri regni nobis tan-
5 tum particularis non eſt, ſed eti-
am aliorum regnorum: nam de-
praxi Cathaloniæ teſtatur *Corti-
ada deciſ.*18. *n.* 68. *Fontanella de-
ciſ.2.a n.*8.*&* 26. *per totam maxi-
mè n.*2. de praxi regni Napolitani
*Vincentius de Franches deciſ.* 408.
*in principio de praxi* Subaudiæ *Fa-
ber in ſuo Codice lib.*3. *tit.*4. *defini-
tione* 5.*&* 6.

Apud eccleſiaſticos eſt admit-
tenda appellatio, & ſupplicatio
6 in iſto caſu: quia cum de jure Ca-
nonico detur in hoc caſu appella-
tio, ut ſupra diximus, & eccleſi-
aſtici leges particulares regni ob-
ſervare nõ teneãtur in hoc caſu, ut
latè expẽdimus de munere judicis
orphanorum *tract.* 1. *de invẽtario
lib.*3. *cap.* 11. ſequitur evidenter
appellationem locum obtinere.

A pronuntiatione, quod recu-
7 ſatio procedit, licet appellari non
poſſit, bene tamen contra talem
pronuntiationem excipi poteſt à
parte contraria *ex Ord.lib.*3. *titul.*
21. §. 24. vel quia recuſationum
materia antiqua eſt, vel quia re-
cuſans judicem approbavit, vel
quia cauſa non eſt legitima, vel
quia eſt falſa, aut procurata *Barb.
in d.*§.24. *Thome Vaas alleg.* 96.
*nu.* 35. *Pereyra in promptuario ju-
ris verbo judex quo ad recuſatio-
nem, & verbo recuſatio, & ſuſ-
picio Deluca in praxi judiciaria* 8
*cum multis cap.* 19. *num.* 16. quæ
quidem exceptiones, ſeu articu-
li acomulativi æquo paſſu cum
recuſatione ſummi debent, & in-
tra eundem terminum ſimul judi-
cari *ex Ord.*§.24.

## CAPUT V.

Iudex recuſationis an & quando poſſit compellere recuſantem ad deponendum ſuper recuſationibus, & quomodo recuſatus deponere debeat.

## SUMMARIUM.

1 *Quotieſcumque judex recuſationis recuſationes procedere judicavit, ſtatim jubere debet, ut recuſatus ſuper articulis ſuſpicionum deponat.*

2 *Prædicta Concluſio non ſolùm eſt vera de jure Regio, ſed etiam de jure communi.*

3 *De jure Caſtellæ eſt etiam ſine controverſia recepta.*

4 *Depoſitio hæc, noſtro jure attento, ſub juramento officij eſt facienda.*

5 *Etiam juramentum erat neceſſarium de jure communi.*

6 *Omnes recuſati deponere tenentur, ſivè ſint ſæculares, ſivè Eccleſiaſtici, aut regulares, & tam de jure noſtro Regio, quam Canonico.*

dubietatem. *Michalorus de poſitionibus cap.42. per totum ubi infinitos citat & probatur ex §. præterea Inſt. de inutilibus.*

19 Aliena non eſt alia quæſtio eſt Vtrū ſufficiat, quod recuſatus deponat per verbum æquipollens? Minimè ex dictis, longè que diſcuſſis à *Michaloro cap. 43. per totum.*

20 Conveniens eſt ſuperioribus alia quęſtio: Vtrùm recuſatus ſatisfaciat negando deberę mutuum alteri parti, quando ex hac cauſa recuſatur, & mutuum jam eſt ſecreto reſtitutum? Negamus: quia etiam quando ab aliquo petitur mutuum, quod ei fuit ſecreto reſtitutum, non poteſt abſolute negare *Covas 1. var. cap. 5. & cap. 2. n. 3. Pacianus de probationibus lib. 1. cap. 23. n. 3.* licet exponatur periculo illud bis ſolvendi, ſed mutuum fateri debet allegando ſolutionem. *latiſsimè Michalorus de poſitionibus cap. 44. per totum*

21 *& cap. 59.* ubi jure diſputat, an, & quando confeſſio, ſeu reſponſio facta poſitionibus poſſit in parte acceptari, & in parte rejici, de quo videndi ſunt *Boerius deciſ. 245. Surd. deciſ. 258, Farinacius in fragmĕtis in verbo debitor. n. 6. Barboſ. ad noſtram Ord. lib. 3. tit. 53. per totum.*

## CAPUT VI.

Iudex recuſatus an teneatur deponere, articulis ſuſpicionum criminalibus.

## SUMMARIUM.

1 *Iudex etiam in cauſa criminali poteſt cogere reum, ut reſpondeat interrogationibus ab ipſo faciendis, & infra n. 31.*

2 *Nemo poteſt ſe abſtinere à reſponſione, an poſsideat, dolove deſinat poſſidere.*

3 *Reus tenetur deponere ſuper crimine, delato ſibi juramento deciſivo, & n. 14.*

4 *Recuſatus non tenetur deponere ſuper recuſationibus criminalibus, noſtro jure attento, & n. 9.*

5 *Nemo tenetur propriam turpitudinem deponere.*

6 *Depoſitio recuſati ideò requiritur, ut recuſans relevetur ab onere probandi.*

7 *Objiciens crimen, illud probare debet.*

8 *Captioſæ poſitioni non eſt reſpondendum.*

9 *De jure communi poſitionibus criminalibus non eſt reſpondendum.*

10 *Diſpoſitio noſtræ Ord. in lib. 3. tit. 53. §. 11 procedit à fortiori in depoſitionibus, & quarè.*

11 *Nullus tenetur ſe prodere in calumnioſis.*

12 *Recenſentur DD. exornantes reſolutionem ſuprà poſitam, n. 4. & 9.*

13 *Reus non tenetur ad fatendum delictum parti.*

14 *Vnuſquiſque tenetur reſpondere*

dere

*dere ad interrogata, quando ipſa ſunt neceſſaria, & requiruntur, nè judicium reddatur illuſorium, & infra n. 1*

15 *Ut aliquis poſſit ſcire, an reale judicium debeat inchoare, poteſt partem interrogare, an poſſideat, dolovè deſinat poſſidere.*

16 *Sive crimen, turpitudovè ſit aliena, ſive propria.*

17 *Nec etiam tenetur deponere, ſi in ſuſpicionibus agatur de dolo.*

18 *In judicijs criminalibus poſitiones criminoſæ admitti non debent, ſivè fiant ab accuſatore reo, ſivè a reo accuſatori.*

19 *Hoc procedit etiam ſi, qui deponere recuſat, locupletetur cum aliena jacturâ.*

20 *Et etiam in cauſis mixtis habet locum.*

21 *Recuſatus non tenetur deponere articulis recuſationis, quando expoſitione poſſit incidere in pœnam pecuniariam.*

22 *Nec etiam illis, in quibus licet non dicatur commiſiſſe crimen turpitudinem, maculatumvè, aut defectuoſum eſſe, affirmatur tamen hoc eſſe notorium, & publicam famam.*

23 *Adhuc deponere non tenetur, quandò crimen non opponitur, ſed ſententia.*

24 *Quando crimen eſt tale, ut interrogato non noceat, tenetur de illo deponere.*

25 *Omnes tenentur reſpondere ad illa, quæ ſunt neceſſaria ad præparationem judicij.*

26 *Si aliquis contra literas facientes mentiones, v.g. de clericali charactere ſe opponat, dicendo, ipſum non eſſe clericum & petat, ut ille deponat, deponere tenetur.*

27 *Deponere tenetur ille, cui ſolum crimen opponitur, ad effectum dilatandi judicium.*

28 *In cauſa beneficiali tenetur quis deponere duobus concurrentibus.*

29 *Iudici interroganti omnes reſpondere tenentur.*

30 *Etiam jure Canonico attento non tenetur quis deponere recuſationibus criminalibus in veriori opinione.*

31 *Siquis interrogetur ſuper crimine, delato ſibi juramento deciſivo, tenetur reſpondere.*

32 *Tunc tenetur quis deponere delicto, quandò delictum ita eſt notorium, ut nullatenùs celari poſſit.*

AFfirmmandum videbatur in hac quæſtione: quia judex poteſt etiam in cauſa criminali cogere reum, ut reſpondeat interrogationibus ab ipſo faciendis *ex Ord. lib. 3. tit. 32. §. 1. ibi Barb. n. 1. & 2. l. fin. §. 1. Cod. de jure deliberandi*, & videtur probari etiam *ex l. 2. §. quod obſervare ff. de jure jurando propter calumniam l. quoties §. prætor ff. de noxalibus actionibus l. qui petitorio ff. de reivendicatione quibus* 1

*quibus in locis probatur*, quod quis reſpondere cogitur, an poſſideat,
2 vel dolo deſierit poſſidere, & ſic ſuper crimine, cum crimen ſit doloſè poſſeſsionem demittere *Michalorus de poſitionibus numer. 3. & 4.*

3 Deinde probatur ex *l. Marcellus ff. rerum amotarum l. maritus ff. de quaſtionibus*, ubi reſolvitur reum reſpondere debere ſuper crimine delato ſibi juramento deciſivo, & *ex l. denegandæ Cod. qui accuſare non poſſunt l. is qui ff. de publicis judicijs cap. cum dilectus de accuſationibus* ubi accuſatus de crimine tenetur reſpondere ſuper crimine, ſic etiam videtur dicendum, quod ſi recuſatio fundetur in crimine, recuſatus reſpondere teneatur maximè cum *Ordin. noſtra lib. 3. tit. 21. §. 4. & 11.* diſponat, quod recuſatus deponat generaliter, & ſine ulla exceptione.

4 His minimè relucantibus, dicendum eſt, quod recuſatus non tenetur deponere ſuper recuſationibus criminalibus: primo quia
5 nemo tenetur deponere propriam turpitudinem *ex cap. dudum de electione*: ſed ſi recuſatus cogi poſſit ad fatendum delictum, vel reſpondendo ſuper eo, utique propriam detegeret turpitudinem; nè ergo hoc abſurdum ſequatur, dicendum eſt, quod recuſatus non tenetur reſpondere articulis recuſationis criminalibus.

6 Secundo: quia depoſitio recuſati, ideò requiritur, ut recuſans relevetur ab onere probandi *Ord. lib 3. titul. 53. §. 9. in fine* ſed objiciens crimen non debet relevari ab onere probandi, imò crimen probare debet *ex l. Sciant cuncti cod. de probationibus*: ergo objiciens crimen 7
propria probatione, & non recuſati probare debet.

Tertio; quia captioſæ, poſitioni non eſt reſpondendum: quia ipſi abſque periculo reſponderi non poteſt *Michalorus de poſitionibus cap. 11. & cap. 18. n. 91.* ergo nec etiã criminoſæ recuſationi ob idẽ periculum erit reſpondendum: nã ſi crimen fatetur, ſuam detegit turpitudinem, ſi negat incidit in præjurium. 8

Quarto: quia poſitionibus criminalibus non eſt reſpondendum 9
ex probabiliori ſententia attento jure communi, ut fundant omnes Canoniſtæ *in cap. dudũ 42. de electionibus, & defendit latè Michalorus de poſitionibus cap. 18. per totum Tuſcus practicarum litera P. concluſione 395. Ozaſchus deciſ. 66. n. 2.* & apud nos hæc ſententia lex eſt *ex Ord. lib. 3. tit. 53. §. 11.* ibi: *Barboſ. a n. 1. uſq. ad 5.* plures citat, & quatuor tradit limitationes, de quibus infra.

Cujus Ordinationis diſpoſitio 10
fortiori cum ratione procedit in ſuſpicionibus judicum: quia eſt in materiã odioſa, ut plurimum calumnioſa, & de cujus victoria ſolet ſemper gloriari partes, & inſolenter, identidemque dictari, quod hoc, vel illud, tametſi criminoſũ,

aut injurioſum impoſuerint judici, & fecerint, quod illud ipſe proprijs auribus audire, & ſuper eo proprio ore reſpondere, quod continet notabile muneris, & officij contemptum, & cedit in magnum boni publici damnum, & præjudicium, cum deceat judices honorare potiùs, quam contemni ob id, & quia etiam nullus
11 tenetur ſe prodere in calumnioſis, ſicut ſemper ſolent eſſe recuſationes, bonum eſt, ut judex ſuſpicionum, quantum poſſit, ſe abſtineat ab interrogationibus *Michalorus poſt tract. de poſitionibus deciſ. 88. n. 16. Fontanella deciſ. 25. à num. 16.*

12 Nullum in hac ſententia invenimus contradicentem. Videndus circa eam *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 21. § 1. n. 2. & 3. ejus filius Barb. ad tx. in cap. 1. de exceptionibus nu. 8. Aufrerius de recuſationibus q. 9. ad finem Theſaurus deciſ. 6. per totam Curia Philipica 1. part. § 7. num. 25. Morla in emporio juris 1. p. tit. 2. in præludio n. ult. Carraſcus ad legem novæ recupilationis cap. 9. n. 345. Azevedo in l. 1. n. 1. titul. 7. lib. 4. novæ recupillationis Peres l. 2. verbo pro confeſſo tit. 4. lib. 3. ordinamenti Cortiada deciſ. 18. num. 84. Fontanella deciſ. 23. nu. 9. deciſ. 25. num. 20. Michalorus dicta deciſ. 88. n. 20. Thomam Vaas allegat. 71. per totam.*

13 Rationes in contrarium ponderatæ non obſtant: non prima: quia reus debet reſpondere de delicto legitimè interroganti; ſed tunc non poteſt dici teneri ad fatendum delictum parti, quæ nullam habet authoritatem nec reum conſtituendi, nec puniendi *Michalorus de poſitionib. cap. 18. n. 14.*

Secunda etiam non obſtat, cum 14
aliud ſit in juramento litis deciſivo, in quo interrogatio imponit finem liti, nec de aliquo ulterius eſt quærendum, quod non eſt in in poſitionibus. Unde de uno ad alterum inferri non poteſt *Michalorus ſupra n. 13.*

Tertia rurſus non obſtat: quia 15
textus citati non loquuntur in poſitionibus, ſed in præparatorijs judicio neceſſarijs, ad hoc ne judicium reddatur eluſorium, ut enim ſcire poſſim, an contra te reale judicium debeam inchoare, poſſum 16
te interrogare an poſſideas talem rẽ, vel dolo deſieris poſſidere, cõtra te dirigi debet judicium, & formari libellus alias contra poſſidentem *Tuſcus practicarum litera P. concluſione 395. n. 5.* idem eſt in eo, qui velit agere ad ſpolium, *Oldradus conſ. 331. in fine Tuſcus ſupra n. 12.* ſed de hoc ad poſitiones inferri non poteſt. *Scacia de judicijs lib. 2. cap. 7. n. 241. Michalorus ſupra num. 11.*

Ita defenſa concluſio noſtra, nempe, quod recuſatus non tenetur reſpondere articulis recuſationum criminoſis, venit primo ampliand a, ut procedat non ſolũ, quã 17
do recuſationes ſunt criminoſæ: ſed & quando ſunt turpes; quia ſi

poſitiones contineant turpitudi-
nem, veluti ſi dicatur recuſatum
cum patre; aut ejus conſanguinea
vel affine turpes amores habere,
aut quid ſimile; non tenetur re-
cuſatus deponere *Barboſ. ad Ord.
lib.3.tit.21.§.11.numer. 3. gloſſ. in
cap. de exceptionibus & in l.qui ju-
raſſe §.ſi pater verbo acquiſiti ff. de
jure jurando Padilha in l.2. cod. de
recindenda num. 59. Azevedo in l.
1.tit.7.lib.4. novæ recupillationis
cum alijs. Barboſa ad text. in ca-
pit. 1. de exceptionibus. numer.
8. Cortiada deciſ. 18. a numer.
84. Thome Vaas alleg. 71. nu-
mer. 5.*

18 Ampliatur ſecundo: ut pro-
cedat ſive poſitio contineat cri-
men, ſeu turpitudinem propriam
ſivè alterius: nam ſi proprium
crimen quis detegere non tene-
tur; ſi alienum etiam non po-
teſt, cum ſit contra preceptum
Evangelij: *Vade & corripe eum
intra te, & ipſum ſolum*; imò
detegens alienum crimen occul-
tum, alienam famam lædit, &
ad reſtitutionem tenetur; *Mi-
chalorus de poſitionibus, capit. 18.
num. 15.*

Ampliatur tertiò: ſi in ſuſ-
19 picionibus ageretur de dolo; ſi-
cut nec de criminoſis *Barthol.
in l. 1. Cod. de pœnis judicis, qui
malè judicavit. verſ. Scias tamen
Barboſ. ad Ordinat. dicto §. 1. nu-
mer. 4. ulter Barboſa in dicto
capit. de exceptionibus, nu-
mer. 8.*

Ampliatur quarto: ut non
solum poſitiones criminoſæ non 20
ſunt admittendæ: ſed generali-
ter in judicijs criminalibus poſi-
tiones admitti non debent, ſivè
fiant ab accuſatore reo, ſivè à
reo accuſatori ex parte accuſa-
toris: quia ſuper crimine non ad-
mittuntur poſitiones, ut ſupra-
dictum eſt. Ex parte verò rei: quia
actor poſſit colludere cum reo, &
ſic rei poſitionibus reſpondendo
aliquod fateri in præjudicium fiſ-
ci *Michalorus d.cap. 18. n. 27. &
cap. 30. ferè per totum.*

Ampliatur quinto: ut pro- 21
cedat etiam ſi ille, qui reſponde-
re recuſat, locuplectari poſſit,
cum aliena jactura *Scacia de judi-
cijs lib.2. cap.7. num. 236. Barthor
lus in l. Marcellus §.1. ff. rerum a-
motarum Michalorus d. capit. 18.
n. 19.* quidquid dicat *Barb. ad Ord.
lib.3. tit. 53. §. 11. n. 5.*

Ampliatur ſexto: ut proce-
dat etiam in cauſis mixtis, ut dam 22
norum datorum, in quibus pari-
ter dicunt non poſſe, fieri poſitio-
nes *Michalorus d.cap. 18. & me-
lius cap. 30. ferè per totum.*

Ampliatur ſeptimo: ut re- 23
cuſatus non teneatur deponere
articulis recuſationis: quando
ex poſitione poſſit incidere in pæ-
nam pecuniariam *ex Ordin. lib. 3.
tit. 53. §. in fine.*

Ampliatur octavo: ut recu-
ſatus non teneatur deponere, & ſi 24
in poſitione, ſeu articulis recuſati-
onis non ponatur crimen, ſeu tur-

pitudo, macula, aut defectus: ſed notorietas, ut ſi dicatur depono eſſe publicam vocem, & famam recuſatum commiſiſſe tale, vel eſſe tale: quoniam per publicam vocem, & famam ſaltem ejus opinio gravatur. *Michalorus de poſitionibus cap.18.n.20. Innocentius in cap.dudum de electionibus Tuſcus d.concluſione* 395.*nu.* 14. qui alios referunt contrarium tenentes.

25 Ampliatur nono: ut procedat quando crimen non opponitur: ſed ſententia, ut ſi dicatur recuſatum fuiſſe de tali crimine condemnatum, vel maculatum judicatum: quia ex ſententia oritur præſumptio, quod condemnatus verè illud delictum commiſerit, & ſi in judicatum tranſivit, habetur pro veritate, & non poteſt negati ejus honorem lædi, ac proterea, nec ſimili poſitioni reſpondere teneri docent *Michalorus d. cap.18.n.22.Baldus in l.1. §. quod obſervari ff. de jure jurando n.23.*

26 Limitatur primo: quando crimen eſt tale, ut ponentem relevet & interrogato non nocet, ut ſi de illo crimine fuerit ex propria confeſſione condemnatus, vel ſi preces feciſſet pro obtinenda gratia ipſius delicti: quia tunc non magis ejus opinio gravatur *Barb.ad Ord lib.3,tit.53.§.11. n.3. Michalorus dicto cap.18.n.21.*

27 Limitatur ſecundo in his, quæ reſpiciunt ordinatoria judicij, ut ſiquis interrogetur, an dolo deſierit poſſidere *l.ſi petitorio ff. de petitione hæreditatis,* verum hæc procedunt in interrogationibus neceſſarijs ad præparationem judicij, quæ fiunt interrogando, & non reſpondendo, ut reſpondet *Michalorus ſupra n.25.*

Limitatur tertio: ſi id quod ponitur contineat exceptionem proveniententem ex ijſdem literis in contrarium exhibitis, prout ſi litteræ faciunt mentionem de clericali charactere, poſſum contra dictas litteras opponere ipſum non eſſe clericum, ad quod petita depoſitione, tenetur deponere exceptus *Michalorus ſupra n.* 30. 28

Limitatur quarto: imponente ad impediendum judicium, aliquem eſſe excommunicatum, 29 cum enim de modico præjudicio agatur, recuſatus deponere tenetur cum multis *Barb.ad Ord. lib.3 tit.53.§.15.n.4. Tuſcus d.concluſione 395.n.17. Maſcard. concluſione 1177.n. 64. Michalorus d. cap. 18.n.23.* & 24. hanc limitationem non admittit.

Limitatur quinto: ſi agatur de beneficio, & id, quod fuit in poſitione poſitum ordinationis executionem, & beneficij retentionem, 30 impediat duobus concurrentibus, primo, ut id, quod ponitur ſit notorium, ſecundo, quod pro eo nō ſit imponenda pœna corporalis *Michalorus d.cap.18.n.29.*

Limitatur ſexto: in judice interrogante: quia latiores habenas 31 judex habet in interrogando, quā

pars

pars in opponendo. *Ozaſcus deciſ. 66.n.11. Michalorus ſupra nu. 28. Ord. noſtra lib.3.tit.53.§.1.*

32 Limitatur ſeptimo; ut concluſio noſtra procedat de jure Civili non verò de jure Canonico, quam limitationem merito non admittit *Michalorus ſupra num.27.* quia abſque cauſa non eſt conſtituenda differentia inter jus Canonicum, & Civile præcipuè ſtantibus rationibus ſupra in principio conſideratis, quæ utroque jure inſpecto militant.

Limitatur octavo; ſiquis interrogetur ſuper crimine, delato ſibi juramento deciſivo. Verùm
33 hæc procedunt in interrogationibus, & non in poſitionibus ut multis relatis advertit *Michalorus ſupra num.26.*

Limitatur nono; quando oppo-
34 nitur delictum notorium: ſed nec etiam iſta placet limitatio, niſi delictum ita eſſet notorium, ut nulla tergiverſatione celerari poſſet, ut ſiquis clara die coram populo, & omnibus videntibus evaginato gladio aliquem interfeciſſet, vel furtum, aut injuriam feciſſet; ſecus autem nam fieri poſſit, quod illa publica vox, & fama eſſet magna ex parte falſa: ſed ſi delictum fateretur non remaneret, de quo amplius dubitari poſſit ita *Michalorus d. cap. 18. num. 21.* ubi docet, quod nemo tenetur reſpondere, & ſi ſit condemnatus ex ſententia lata per contumatiam, cum poſſit ſe defendere ſe fuiſſe inauditum condemnatū.

## CAPUT VII.

An recuſatus teneatur deponere articulis recuſationis, qui in jure conſiſtunt, & quid ſi deponat, vel non?

### SUMMARIUM.

1 *Nemo tenetur deponere articulis recuſationis, qui in jure conſiſtunt.*

2 *Nec etiam ſi aliquid fuiſſe factum ſecundum terminos juris opponatur.*

3 *Hoc habet locum, ſivè articuli conſiſtant in jure communi, ſivè in jure ex ſtatuto provenienti.*

4 *Depoſitio circa jus tantùm probat, quantum in jure eſt certum.*

5 *Quando jus, quod articulatur eſt inſertum in aliqua lege extravaganti in jure non incorporatâ, & illius legis diſpoſitio jus non facit, tenetur quis deponere.*

6 *Non tamen neceſſaria eſt depoſitio ſuper conſuetudine redacta in ſcriptis, probata in actis, vel determinata per ſententiam.*

7 *Super jus conſuetudinarium, tenetur quis deponere.*

8 *Depoſitio eſt neceſſaria, quando articuli aliquid continent, quod ſenſu corporis percipi*

*poſſit, licèt annexam habeat concluſionem juris.*

9 *Idem procedit, ſi articuli fundentur in jure præſumpto.*

10 *Tenetur etiam deponens reſpondere ſi agatur de probando ſtatuto, ſeu conſuetudine alterius loci, ſeu regni.*

11 *Seu de jure diſponente.*

12 *Remiſſivè traditur quando dicatur jus diſpoſitum, ſeu diſponens.*

1 NEgativa in propoſitâ quæſtione conſtituenda eſt regula ex *Ord.lib.3.titul.53.* §. 7. *ibi Barb. Michalorus de poſitionibus cap.56. per totum Barb. in l. eum, qui temerè* § *fin.ff. de judicijs num. 20. Flavius Pacian.de probationibus cap.52.num.14. Maſcard. concluſione 1177.n.2. Barthol. in l. 2.* § *obſervari ff. de jure jurando*: tum quia jus eſt certum, & probatione non indiget *ex ult. lege ff. de jure jurando*, & ideo confeſſio circa jus nihil operatur *l. in omni ff. de jure, & facti ignorantia l. ornamentum ff. de auro, & argento legato cap. ſæpè de appellationib.* tum quia poſitiones fieri debent ſuper facto *Ord. in d.* §. 7, *Scatia de judicijs lib.2.cap.7.n.33.*

Amplia noſtram concluſionẽ
2 primo, ut non ſolum non ſit reſpondendum poſitionibus continentibus aliquam juris diſpoſitionem, ſed nec minus ſi ponatur aliquid fuiſſe factum ad terminos juris, veluti ſi dicatur talem, vel talem actum fuiſſe factum ſecundum juris diſpoſitionem *Michalorus d.cap.56.n.7.*

Amplia ſecundo: ut concluſio 3
procedat non ſolum ſi ponatur jus commune: ſed etiam jus ſtatuarium, cum etiam ut certum probatione non indiget *Maſcard.ſupra n.38. Michalorus num. 8. Barthol. ſupra Scatia n.213.*

Amplia tertio: ut depoſitio 4
circa jus tantum probet, quantum in jure fuerit certum *ex Ord. dict.* §. 7.

Amplia quarto: ut procedat 5
etiam quando jus eſt inſertum in aliqua lege extravaganti, quæ non eſt in jure incorporata: nam aut facit jus, aut non; ſi facit jus, licet non ſit inſerta in corpore juris, tamen certa eſt, & aliqua probatione non indiget, ſi non facit jus, benè poni poteſt: quia non eſt poſitio juris *Michalorus de poſitionibus cap.56.n.10. & 11. Scacia de judicijs lib.2.cap.7.*

Amplia quinto: ut procedat in 6
conſuetudine redacta in ſcriptis, probata in actis, vel determinata per ſententiam; quia, cum non indigeat probatione, non obligat ad depoſitionem *Michalorus ſupra num.14. Ordin. lib.3. titul. 53.* §. 8.

Limita primo: ut non proce- 7
dat in jure conſuetudinario, quod tanquam conſiſtens in facto probari debet, ac ideò ſuper ipſo poſſunt fieri poſitiones, ad quas tenetur recuſatus deponere *Ord. lib. 3. tit.53.*

*tit.53.§.8.ibi Barb.cum Maſcardo Fluvio Paciano, & alijs, quibus adde Michalorus d.cap.56.nu.12. Scacia d.cap.7.n.216.Gaillus lib.1. obſervat.82.n.14.qui plures referunt.*

8 Limita ſecundo: ut non procedat, ſi poſitio aliquid contineat, quod ſenſu corporis percipi poſſit, licet annexam habeat concluſionem juris, ut quando quis ponit poſſidere talem rem tanto tempore, tali titulo, bonâ fide *Maſcard. d.concluſione 1177.n.50. Michalorus ſupra num.20.qui n.21. contra Maſcard.* docet, & probat, quod in hoc caſu non tenetur deponens reſpondere ſuper jure, ſed tantum ſuper facto.

9 Limita tertio: ut non habeat locum in jure præſumpto *ex Bald. in l.cum verum cod.de fideicommiſſis Maſcard.ſupra nu.54.* veluti ſi articuletur, quod vecinus præſumitur ſcire facta vicini *Michalorus in d.cap.56.a n.23.* hoc intelligi tantum debere circa factum.

10 Limita quarto: ſi ageretur de probando ſtatuto ſeu conſuetudine alterius loci, ſeu alterius regni: quia tunc tenetur deponens reſpondere ex noſtra *Ord.lib.3.titul.53.§.ibi Barb.Maſcard.ſupra nu.58. quidquid in contrarium dicat Michalorus ſupra n.9.*

11 Limita quinto: ut non procedat in jure diſponente *ex Bartholo in l.2.§.quod obſervari ff. de jure jurando n.30.Scacia de judicijs lib.2.cap.7.n.219.Curtius de poſitionibus n.34. Michalorus d.cap.56.a n.15. uſque ad 19.* qui explicant, quando dicatur jus diſpoſitum, & quando jus diſponens.

## CAPUT VIII.

Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis merè negativis.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſatus non tenetur deponere articulis negativis.*

2 *Poſitiones fuerunt inventæ; ut ponens relevaretur ab onere probandi.*

3 *Negativa eſt improbabilis.*

4 *Concluſionis ſuprapoſitæ nu.1. traditur decidendi ratio.*

5 *De jure communi poſitionibus negativis eſſe reſpondendum affirmat Michalorus.*

6 *Quandò negativa eſt probabilis, ſuper illa deponi debet.*

7 *Demonſtratur remiſſivè quando negativa ſit probabilis.*

8 *Cogitur etiam quis deponere, quandò negativa in affirmativam reſolvitur.*

9 *Aut quando negativa eſt coarctata ad locum, & tempus.*

10 *Aut quandò recuſans format negativam ad eam probandã juramento adverſarij.*

11 *Hoc etiam procedit in negativâ de facto proprio, ſi cum facto proprio non concurrat alienum.*

12 *Et*

12 *Et in negativa indirectè poſita vel qualitatis, quæ non contineat turpitudinem.*

13 *Requiritur etiam depoſitio ſuper negativâ, in qua æquitas ſuadet depoſitionem admitti.*

1 SImiliter in hac quæſtione regula negativa conſtituenda eſt *ex Ord.lib.3.titul.*53. §. 10. *ubi Barb. cum Maſcard. Menochio Fluvius Pacianus Herculano, quibus adde Michalorus de poſitionibus cap.*15. *per totũ Barb. in cap. ſtàtuimus* 4. *de confeſſis lib:*6. *Pax nu.*1 *&* 2. *qui n.*4. *plures refert DD. qui dipoſitionibus egerunt.*

2 Cujus regulæ duæ ſunt rationes, quarum prima eſt: quia poſitiones ſunt inventæ, ut ponens relevetur ab onere probandi *ex tx. in Clementina ſæpe* §. *verum de verborum ſignificatione Ord. lib.* 3. *tit.* 53. §. 9. *in fine Michalorus depoſitionibus cap.*2. *& cap.*15. *nu.*2. *&*
3 3. atqui negativa eſt improbabilis *ex Ord.lib.*3. *tit.*53. §. 10. *ubi Barb. n.*2. infinitos citat, quibus, adde, quos citavimus de munere judicis orphanorum *tract.*1. *lib.* 1. *cap.* 1. ergo depoſitio ſuper re improbabili non eſt facienda.

Alia eſt: quia, qui negat, nec affirmat ſed removet: ergo ſuper
4 negativa firmari non poteſt poſitio, cujus ponere eſt affirmare *Michalorus ſupra multis relatis n.* 5. *&* 6. ex quibus rationibus noſ-
5 tra regula ſatis firmata manet, quamvis *Michalorus d. cap.* 15. *a num.*23. Oppreſſus deciſione *tx. in cap. ſtatuimus de confeſſis in* 6. contrariam cum multis regulam generalem conſtituat, nempè quod poſitio negativa fieri poteſt; ac per conſequens, quod poſitionibus merè negativis eſt reſpondendum quod apud nos minimè defendi poteſt *ex Ord. d. tit.* 53. §. 10. ubi oppoſitum à noſtra lege deciſum habemus.

Regula iſta limitari ſolet in illis 6
omnibus caſibus, in quibus negativa probari poteſt *ex Ord. d.* §. 10 *in fine Michalorus ſupra n.*22. nam cum negativa probari poteſt, articulari etiam poteſt, & conſequenter pars, adverſus quam articulatur, deponere cogitur *Ord. d.* §. 10. *in fine Michalorus d. num.*22. &
caſus, in quibus negativa probari 7
poteſt videndi ſunt apud *Michalorum cap.* 15. *per totum Scacia de judicijs lib.*2. *cap.*7. *n.*298. *& apud omnes, quos citat Barb. in d.* §. 10. *n.*2. & maximè apud *Fluvium Pacianum de probationibus lib.* 1. *cap.* 37. *&* 38. *per tota.*

A qua limitatione quam plurimę alię inferuntur limitationes, quas enim referre non curamus, tum quia facile apud citatos videri poſſunt: tum quia breves eſſe in hoc opuſculo affectamus: ſed principaliores omittere non eſt noſtrũ & ideò infertur primò, quod noſtra regula limitatur in negativa,
quæ reſolvitur in affirmativam *ex* 8
*Ord. d.* §. 10. *de qua agit Fluvius Pacianus de probationibus lib.* 1. *cap.*42.

*cap.* 42. *cum duobus ſequentibus.* Secundo in negativa coarctata ad locum, & tempus *ex d.* §. 10. *de qua Pacianus ſupra cap.* 40. *per totum Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo negativa conclusione n.* 3. *&* 4. cumulando omnes, qui de negativa coarctata egerunt. Tertio infertur; quod

10 noſtra regula limitatur, quando pars; ſeu recuſans format negativam ad eam probandam juramento, adverſarij *ex Ord. d.* §. 10. de quo agit latè Pacianus ſupra *capit.*

11 39. *per totum*: quarto in negativa de facto proprio, dummodo cum facto proprio non concurrat factum alienum *Michalorus num.* 16.

12 Quinto in negativa poſita indirectè: quia licet negativa directè probari nõ poſſit, indirectè tamen probari poteſt *Michalorus nu.* 17. & in negativa qualitatis, quæ non contineat turpitudinem *Michalorus n.* 19. & in negativa ſuper qua æquitas ſuadeat depoſitionem admitti *ex cap. ſtatuimus de cõfeſſis in*

13 *6. & ibi Barb. a n.* 1 *uſque ad* 7.

## CAPUT IX.

Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis impertinentibus.

## SUMMARIUM.

1 *Articulis impertinentibus non tenetur quis reſpondere.*

2 *Articuli impertinentes dicuntur illi, qui cauſæ non adminiculantur; & è contra pertinentes, qui adminiculantur cauſæ.*

3 *Iudex recuſationis non debet recipere articulos impertinentes; etiam ſi ſtatutum mandet, omnes poſitiones admitti.*

4 *Quod procedit etiam, quandò ſtatutum diſponit, quòd judex partes ad reſpondendum cogat poſitionibus, quamvis apponatur non eſſe pertinentes.*

5 *Aut quandò ſtatutum expreſsè dicit poſitioni impertinenti eſſe reſpondendum.*

6 *Si ſtatutum dicat omnes poſitiones pro admiſſis habere, reſervato jure diſputandi de eorum pertinentiâ, aut impertinentiâ, nec tunc poteſt judex poſitiones impertinentes admittere.*

7 *Nec eo caſu, quod detur ſtylus admittendi omnes poſitiones, ſalvo jure impertinentium.*

8 *Vel ſi ſtatutum dicat, omnes poſitiones eſſe admittendas, nullâ obſtante exceptione, aut ſalvo jure impertinentium, & non admittendarum, & num.* 6.

9 *Si judex articulos impertinentes recipiat, non tenebitur recuſatus illis deponere.*

10 *Contrarium tamẽ recuſatis monetur ab Authore.*

11 *Iudex, qui dubitat, an articuli ſint pertinentes, aut non pertinentes, debet eos recipere.*

12 *Securius eſt ſuperfluum admittere, quam neceſſariũ omittere*

13 *Iudices non debent eſſe præcipites in rejiciendis articulis, ſed eos debent recipere, ſalvo jure impertinentium.*

14 *Teſtes examinati ſuper poſitionibus cum dicta clauſulâ admiſſis, non attenduntur, ſi articuli ſint impertinentes.*

15 *Iudex debet eſſe cautus in admittendo articulos impertinentes.*

16 *Articulus impertinens, ſi cum alio adjuncto fiat pertinens, admitti debet.*

17 *De jure communi legitimè appellatur ab admiſſione, vel rejectionem articulorum.*

18 *De jure eccleſiaſtico gravamen interponitur, ab admiſsione im proceſſu, & ab rejectione, per petitionem, vel per inſtrumẽtũ*

19 *In hoc ſecundo caſu melior praxis eſt appellationem interponere.*

20 *Ab admiſsione, vel rejectione articulorum recuſationum, nec gravamen; nec appellatio de jure noſtro admittitur.*

REgula negativa in hoc caſu
1 iterum conſtituenda venit
*ex Ord. lib. 3. tit. 53. §. 2. ubi Barb.*
*infinitos citat n. 1. & 2. quibus adde Mend. in praxi 1. p. lib. 3. cap. 9.*
*n. 4. & 2 p. lib. 3. cap. 12. nu. 41. &*
*probatur ex l. ſi duo patroni §. idem*
2 *Iullianus ff. de jure jurando Blaſius*
*Michalorus de poſitionibus cap. 19.*
*a num. 1. uſque ad* 41. ubi ait articulos impertinentes dici illos; qui cauſæ nullo modo adminiculo ſunt *Barb. ſupra d. n. 1.* ubi citat alios, & è contrario pertinentes dicuntur, qui cauſę adminiculantur. *Michalorus ſupra num. 4. &* 6. ubi tradit; quod pertinentes articuli ſunt omnes, qui directè, indirectè, principaliter, adminiculativè, præſumptivè, conjunctivè, vel quocumque alio modo faciunt ad cauſam, & *n. 7.* proſequitur exemplificando.

3 Ideo judex recuſationis articu-
los impertinentes recipere minimè debet, & hęc erit regula in hoc capite breviter exponenda; quæ ampliatur primo: ut procedat etiam ſi ſtatutum mandet omnes poſitiones eſſe admittendas, vel omninò poſitionibus eſſe reſpondendum, quibuſcumque enim verbis generalibus non obſtantibus: quia ſtatutum nõ debet intelligi de notoriè impertinentibus *Michalorus ſupra n. 15. Maſcardus concluſione 137. n. 3. & 1177. n. 9. Pariſius lib. 4. conſ. 67. n. 41. Gramat. deciſ. 45. n 8. Scacia de judicijs lib. 2. cap. 7. nu. 93. 94. Rolandus lib. 3. conſ. 34. n. 14*

Secundo: ut procedat, etſi ſta-
4 tutum diſponat, quod judex par-
tes ad reſpondendum cogat poſitionibus, quanvis opponatur non eſſe pertinentes *Michalorus n. 16. Scacia n. 93. & 94.*

Tertio, ut procedat, quanvis ſta-
5 tutum, expreſsè dicat, poſitioni
impertinenti eſſe reſpondendum.

*Maſ-*

*Maſcard. dicta concluſione* 1177.
*n.*91.*Michalorus n.*23. *qui a n.* 24.
hoc varijs ſimilibus comprobat.
Quarto: ut procedat & ſi ſtatu-
6 tum dicat omnes poſitiones habe
re pro admiſſis reſervato jure diſ-
putandi ſuper earum pertinentia,
ſeu impertinentia ad finem litis
*Michalorus ſupra n.* 18. *Aſinus in*
*praxi* §.19.*cap.*9.*n.*9.
Quinto: ut procedat, quamvis
7 adſit ſtylus, ſeu communis pra-
xis admittendi omnes poſitiones
ſalvo jure impertinentium *Mi-*
*chalorus num.* 20. *Aſinus d. cap.* 9.
*à num.*5.
Sexto: ut procedat, etſi ſtatu-
8 tum dicat omnes poſitiones eſſe
admittendas, nulla obſtante ex-
ceptione *Michalor.n.*22.*Cavagn.*
*relatus à Michaloro.*
Septimo: ut procedat & ſi ſta
tutum dicat admittendas eſſe
cum clauſula, & ſalvo jure imper-
tinentium; & non admittenda-
tum *Mendes in praxi* 1.*part.lib.* 3.
*cap.*9.*n.*4.*Michalorus.n.*29.*Man-*
*ſin.de juramento* 2.*part.art.*2.*n.*67.
*Maſcardus d.concluſione* 177.*num.*
2. *Afflictis deciſ.* 33. *Rolandus ſu-*
*pra num.*13.
9 Octavo: ut procedat in tan-
tum, quod ſi judex poſitiones, ſeu
articulos impertinentes recuſatio
nis recipiat, non ideò tenetur re-
cuſatus illis deponere: quia cum
judex procedat in hoc caſu con-
tra jus; recuſatus non tenetur illi
obtemperare: ſed quamvis hoc
10 nobis verum ſit, recuſatis conſu-
limus, ut reſpondeant, ne fortaſ-
sè contingat ſe fallere putando ar-
ticulos non eſſe pertinentes, qui
jure ſunt, & ex non data reſponſio
ne maneat ſuſpectus.
Limitatur primo noſtra reſolu- 11
tio, quando ſumus in dubio: an
articuli ſint pertinentes, vel non:
quia in dubio judex debet articu-
los recipere *Michalorus dicto cap.*
19.*n.*31.*&* *probatur ex cap.ſtatui-*
*mus de confeſsis in* 6.*cap.cum ſpeci-*
*ali* 61. §. *porro de appellationibus*
*cap.*4.*de regulis juris in* 6.*l. de æta-*
*te* §.*ex cauſa*, *ff. de interrogatorijs*
*actionibus l. ubicumquè ff. eodem*: 12
tum quia ſecurius eſt ſuperfluum
admittere, quam neceſſarium o-
mittere *ex cap.non exiſtimemus* 12.
*q.*2.*l.is apud quem Cod. de edendo*,
& melius eſt mille impertinentes 13
admittere, quam unum pertinen-
tem recuſare *Michalorus num.* 33.
tum quia judices non debent eſſe
præcipites in rejiciendis articulis:
ſed etiam proniores ad eos recipi-
endos, ſalvo jure impertinentium
*Michalorus num.*34.35.*&* 36. *&*
37. ubi ait, quod teſtes examinati 14
ſuper capitulis admiſſis ex dicta
clauſula non attenduntur, ſi arti-
culi ſunt impertinentes, & *nu.* 38.
advertit, quod judex debet eſſe
cautus in admittẽdo articulos im- 15
pertinentes, ne partes maioribus
ſumptibus, & expenſis vexentur
*Bard.ſupra n.*2.
Vlterius limitatur: quan- 16
do articulus per ſe ſumptus ſit
impertinens, attamen cum alio

junctus fiat pertinens, ut patet in exemplis appoſitis *in Ord. lib. 3. tit. 53. §. 3. & 4. & à Michaloro d. cap. 19. à n. 6. uſque ad 12. Stacia d. cap. 7. à n. 97. Maſcard. d. concluſione* 1177. *à n. 15. ſpeculator de poſitionibus §. 7. per totum.*

17 A rejectione, & non receptione articulorum legitimè appellatur, ſicut ab admiſſione *ex Micha*
18 *loro d. cap. 19. n. 39.* & apud nos cõmuniter gravamen interponitur in proceſſu eccleſiaſtico ex admiſſione, & ex rejectione per petitionem, vel per inſtrumentum: ſed
19 in hoc caſu appellandum eſt, cum rejicio articulorũ, quo ad materiam illorum ſit ſententia definitiva; quæ ponit liti finem, à quâ non aggravatur, ſed appellatur
20 ex rejectione autem articulorum recuſationum, nec appellari, nec aggravari poteſt, ut jam diximus.

## CAPUT X.

Recuſatus an teneatur reſpondere articulis recuſationis inter ſe contrarijs.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſatus articulis contrarijs non tenetur reſpondere.*
2 *Aſſignatur ratio decidendi huius concluſionis.*
3 *Non eſt danda occaſio, ut aliquis falſum juret.*
4 *Ad hoc, ut aliquis non teneatur reſpondere ſufficit, quòd articuli ſint indirectè contrarij, & quando detur indirecta cõtrarietas, exemplificatur.*
5 *Quando articuli ſunt dependentes, deponens ad unum, non tenetur ad alium deponere.*
6 *Non dicuntur articuli contrarij, qui aliquo modo poſſunt ad concordiam reduci.*
7 *Licet minori ex beneficio reſtitutionis ſit conceſſum ponere idem, & contraria poſt didicita teſtificata, non tamen poteſt cogere partem, ut deponat articulis contrarijs, ſi jam depoſuit ad primos.*

EST rurſus in hac quæſtione regula negativa tenenda *ex Ord. lib. 3. tit. 53. §. 5. & 6. ubi Barboſ. multos citat, & inter eos Covas variar. cap. 1. n. 3. quibus adde Faria ad Covas loco citato. Michalor. de poſitionibus cap. 17. à n. 1. uſquè ad 26.* tum quia vel recuſans po- 2
ſuit in ſuis articulis verùm, aut falſum, ſi verum, non eſt credendũ; quod contrarium ſit juraturus; ſi falſum, non eſt præſtanda occaſio ut falſum juret tum quia juramentum præſtari non poteſt, quando 3
ſuſpicari poteſt, ut jure jurando quis incurrat in perjurum *Michalor. ſupra n. 11.* & ſequentibus ubi alias præſtat rationes, *& cap. 51. per totum.*

Sufficit, ut articuli ſint contrarij ſolum indirectè, ut ſiquis po- 4
nat judicem forenſem oppidi de Ourique patriæ meæ certo die fuiſſe

fuiſſe in mea villa *dos Guerreyros* ejuſdem territorij, & ſimul fuiſſe in *Vlyſipone*, quæ dicitur contra rietas indirecta, ut cum multis tradit *Michalorus in* 17. vel quod articuli, licet non ſint inter ſe cõtrarij;
5 ſed tantum dependentes ex alteris, ut ſi recuſans ponat petrũ feciſſe teſtamentum in uno articulo, & in alio inſtituiſſe recuſatum: nam tunc ſi recuſatus deponendo primo negaverit ſecundò reſpondere non tenetur *Ord.* §. 6.

6 Non dicuntur articuli contrarij, quando aliquo modo concordari poſſunt: concluſio namque noſtra locum habet in poſitionibus ita contrarijs, ut ad invicem ſe perimant: ſecus ſi ad concordiam reduci valeant. *Surd. deciſ.* 17. *n.*13. *&* 196. *in fine Michalor. ſupra n.*19.

Minori licet conceſſum ſit ex
7 beneficio reſtitutionis in integrũ etiam poſt publicatas atteſtationes ponere eadem, & contraria in articulis ſecũdum *Sfortiam Oddo de reſtitutione in integrum q.* 65. *art.*11. non tamen poterit cogere partem, ut deponat his ſecundis articulis contrarijs, ſi jam depoſuiſſet primis, ut cum multis tradit *Michalor. de poſitionibus cap.* 17. *à n.*20.

## CAPUT XI.

Recuſatus an teneatur articulis recuſationis firmatis ſuper re incerta deponere.

SUMMARIUM.

1 *Quando articuli ſunt de re incerta non tenetur recuſatus illis deponere, & quomodò poſſunt eſſe de re incerta exemplificatur.*

2 *Recuſatus tenetur deponere recuſationibus in facto alieno fũdatis intra triduum.*

3 *Et etiam illis, quæ in facto antiquo cõſiſtũt in eodem termino*

4 *Deponens ſuper articulis de facto alieno, ſeu antiquo, aut alias valdè intricato, habet tempus, ut ſe poſſit deliberare circa depoſitionem, & n.*2.

5 *Quod etiam minori, ruſtico, fæminæ, & ſeni conceditur, & in alijs caſibus de quibus ibidem agitur, remiſsivè.*

Eodem modo in hoc caſu negativa regula aſſerenda venit *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 53. *in principio & in* §. 1. *ibi Barb. a n.* 1. *uſque ad* 4. *infinitos referens Michalor. de poſitionibus cap.* 7. *&* 20. per totam, ut ſi quis ponat recuſatum emiſſe fundum ſervum, aut animal, ſeu aliquid mobile, & fundi confrontationes, ſervi ſigna, aut rei mobilis qualitates, & ſigna certa non declaret: quia tunc recuſatus prædictis articulis ullo modo deponere eſt cogendus *ex Ord. d. principio Mendes in praxi* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *a n.*23 *& p.*2. *lib.* 3. *cap.* 12. *a n.*40. 1

Circa poſitionem facti alieni cogitur deponere recuſatus: nam articulus formari poteſt Super- 2

facto alieno, cui poſitioni tenetur reſpondere pars contraria *Michalor. cap. 16. a n. 1. uſque ad* 30. *Ord. noſtra in dicto principio ubi*: dicit, quod in hoc caſu poteſt deponens petere tempus ad deliberandum, & ad deponendum, quod quidem non procedit recuſationis in cauſa in qua recuſatus intra triduum deponere tenetur ut latè diximus.

3 Pariter articulari poteſt factū antiquum & ſimiliter ei pars cogitur deponere *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 53.
4 §. 1. ubi diſponit, quod etiam in hoc caſu deponenti concedendū eſt tempus, ut ſe deliberet circa depoſitionem, & in caſu, quo licet factum non ſit antiquum eſt valde intricatum ex eàdem *Ord. Michalor. de poſitionibus cap.* 34. ubi poſtquam regulam generalem conſtituit: quod ad deponendum poſitioni terminus ad deliberandum non eſt dandus, hoc limitat in caſu, de quo ſupra, & in præſenti *n.* 6. & in ruſtico, mino
5 re, ſene, aut fœmina *n.* 8. 9. & 10. & in caſibus omnibus, de quibus agit *n.* 11. *&* 13. *& nos diximus de munere judicis orphanorum tract.* 1 *de inventario lib.* 1. *cap.* 9. *illatione* 11. Sed hoc non procedit in recuſationibus, in quibus ad deponendum tres dies tantum à lege dantur.

## CAPUT XII.

An recuſanti ſit danda copia depoſitionis, & an ab eo depoſitio poſſit in parte acceptari, & in parte rejici.

## SUMMARIUM. 21

1 *Deponenti non datur copia poſitionum, & quarè.*
2 *Limitatur reſolutio in recuſāti.*
3 *Quando depoſitio eſt facta ſuper re, vel qualitate ſeparatâ & inconnexa, poteſt pro parte acceptari, & pro parte rejici, ſecùs ſi ſuper re individuâ, & connexâ.*

Licet de jure copia poſitionum non detur deponenti, 1 ne reus ad reſpondendum inſtruatur, & ne eluderetur quodammodo legum intentio, ut actor relevetur ab onere probandi, ſi non ſecundum veritatem, ſed juxta inſtructionem reſponderet reus. *Michalor. de poſitionibus cap.* 33. *per totum* tamen cum depoſitio ſit inventa, ut ponens ab onere probandi relevetur *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 53. §. 9. in fine, recuſanti copia 2 depoſitionis præſtanda eſt, ut poſſit ſe deliberare, an ad alias probationes debeat devenire.

In ſecunda queſtione diſtinguendum putamus inter depoſitionem factam, ſuper re, vel qualitate ſeparata, & inconnexa, & 3 inter depoſitionem factam ſuper re individua, & connexa: in primo caſu reſolvemus depoſitionē poſſe pro parte, acceptari, & pro parte rejici; in ſecundo ſecus ex his, quæ latè *tradit Michalorus ſupra cap.* 44. 45. *&* 59. *per tota.*

*Surd.*

*Surd.deciſ.258. Farinatius in fragmentis verbo debitor n.6. Carpanus ſuper ſtatutum Mediolan. cap. 38. a n.103. Carolus de Graſſis exceptione 14. a n. 44. plures apud Barb. ad principium Ord. lib.3. tit. 53. num. 2 Mendes in praxi lib. 3. cap. 12. n. 15 1. p. DD. ad tx. in cap. cum olim de cenſibus.*

## CAPUT XIII.

Depoſitio unius ex pluribus judicibus ſimul recuſatis an & quãdo alteris noceat?

### SUMMARIUM.

1 *Ad caſum reducitur quæſtio.*

2 *Conjudices recuſati in eadem cauſa, & ex eadem cauſa in individuo ſunt correi in judicio recuſationis, quod declaratur n. 4.*

3 *Depoſitio unius excorreis debendi, aut credendi cæteris nocet, ſi in ſolidum, & non ſimpliciter correi ſint, & n. 5.*

4 *In criminalibus depoſitio unius excorreis alijs non præjudicat.*

5 *Correi credendi, aut debendi in ſolidum pro uno reputantur, non ita tamen conjudices.*

6 *Si aliqui correi conjudices negent, alij fateantur, potius eſt credendum negantibus, quam fatentibus, cæteris paribus.*

1 POne quod quis plures, ſenatores recuſavit, ex una ex legitimis cauſis ad recuſandum, & quod unus ex ſenatoribus ſeu judicibus recuſatis deponendo veram eſſe cauſam recuſationis agnovit, an talis confeſſio cæteris conjudicibus ita noceat, ut ex hac ſola probatione cæteri ſuſpecti veniant judicandi.

Partem affirmativam ſequens ſuadet fundamentum: quia conju- 2
dices recuſati ex eàdem numero, & individuo cauſa ſunt correi in eadem cauſa, & ex eàdem cauſa in judicio recuſationis, atqui depo-
ſitio unius excorreis credendi in- 3
judicio cæteris nocet, & depoſitio unius excorreis debendi cæteris præjudicat *Michalorus de poſitionibus cap.63. n.8.* ergo ſimiliter depoſitio unius ex judicibus ex eàdem causâ alijs, vel nocere, vel prodeſſe debet.

Fundamento hoc nonobſtante
contrarium eſt dicendum: quia 4
recuſationis cauſa ſapit crimen: quia ex cauſa delicti contra officium proponitur, & confeſſio, ſeu depoſitio unius excorreis in criminalibus alijs non præjudicat. *Michalorus d. cap. 63. n. 15.* & ſimiliter depoſitio, ſeu confeſſio unius excorreis debendi alijs non nocet. *Michalorus n. 11.*

Fundamentum pro parte contraria conſideratum ex depoſitio-
ne, ſeu confeſſione correorum cre 5
dendi non obſtat: quia correi credendi in ſolidum pro uno reputantur, & conjudices non ita, & ſic de correis in ſolidum ad cõjudices

non

non rectè argumentatur, ſicut nec de correis credendi inſolidum ad correos credendi ſimpliciter, quibus unius depoſitio alteris non nocet *Michalorus n.2.*

6 Imò in tali caſu ſi aliqui correi conjudices negent, alij fateantur, potius eſt credendum negantibus quàm affirmantibus cæteris paribus, prout de pluribus correis, & conſortibus ejuſdem litis tradit *Michalorus d. cap.63. num.18. cum Alexand. lib.3. conſ.136. n.2.*

## CAPUT. XIV.

An poſt recuſationem fieri poſſint à recuſante articuli cummulativi, & an caſu, quo fieri poſſint teneatur recuſatus illis deponere.

### SUMMARIUM.

1 *In cauſa recuſationis non dantur articuli acumulativi, jure noſtro attento, niſi poſt præſentatam recuſationem oriatur cauſa de novo.*

2 *Semel deponens in cauſa recuſationis, vel in alia, non tenetur iterum deponere, nec articulis accumulativis, niſi ex nova cauſa formentur.*

3 *Prædictæ regulæ limitationes appoſituntur.*

1 Apud nos articulos acumulativos in materia recuſationis fieri prohibet Ordinatio noſtra *lib. 3. tit. 21. §. 12. in fine*, niſi cauſa novæ recuſationis poſt præſentatam recuſationem oriatur, quæ juris noſtri depoſitio eſt conformis cum communi traditione DD. aſſerentium poſitionem mutari, revocari, augeri, vel declarari non poſſe prout tradit *Michalor. depoſitionibus cap. 21. per totum à num. 1. uſque ad 29. Scacia de appellationibus q. 11. n. 28. & de judicijs 2. p. cap. 7. n. 589. Maſcard. de probationibus concluſione 1176. à n. 9. Maranta in ſpeculo p. 6. tit. de poſitionib. à n. 6.* Vnde ſequitur, quod ſemel deponens recuſationibus 2
iterum eis deponere non tenetur, quod eſt regulare in omnibus depoſitionibus *ex Ord. lib. 3. tit. 53. § 12. ibi Barb.* nec articulis acumula 3
tivis, niſi ex nova cauſa formentur vel niſi poſt primam depoſitionem deponens de veritate recuſationis melius ſit informatus, vel fiat magis certus *ex Ord. §. 12. Michalorus de poſitionibus cap. 51. per totum.* ubi poſtquàm *n. 2.* cum multis firmat poſitionibus non eſſe iterum reſpondendum, reſpondendo ad contraria *n. 9.* & 10. limitat concluſionem, quando deponens non fuiſſet legitimè interrogatus, aut quando prima depoſitio fuiſſet deperdita.

## CAPUT XV.

Intra quem terminum cauſa recuſationis ſit finienda, & quid, ſi non terminetur.

SUM-

## SUMMARIUM.

1 *De jure communi non datur terminus præfixus ad terminandam cauſam recuſationis, ſed à judice recuſato aſsignatur judicibus recuſationis.*

2 *Partibus verò non poſſe aſſignari traditur judicatum.*

3 *Noſtro jure attento debet recuſans intrà triginta dierum ſpatium, per ſententiam, vel certitudinem oſtendère recuſatum pro ſuſpecto eſſe recuſatum, aliter enim ad ulteriora validè procedit recuſatus, & n. 11.*

4 *Quindecim dies ampliùs recuſanti conceduntur, ſi per certitudinem judicis recuſationis oſtendat per ſe non ſtetiſſe, quo minùs recuſatio eſſet judicata in termino præfixo.*

5 *Terminus ad terminandam recuſationis cauſam eſt continuus ex noſtrâ lege.*

6 *In dubio omne tempus à lege præſcriptum eſt continuum, & non utile.*

7 *Tempus à lege datum eſt peremptorium.*

8 *Ampliatur hæc regula.*

9 *Terminus ad proſequendam recuſationem, currit de momento ad momentum.*

10 *Dies ſecundùm jus noſtrum non currunt a die intimatæ ſuſpicionis ſed a die, quo à recuſante tradita fuit actuario, ſecùs de jure communi.*

11 *Recuſans permittens tempus ſibi labi, videtur ei renunciaſſe.*

12 *Temporis lapſus fortior eſt effectus, quam tacitæ, vel expreſſæ renunciationis.*

13 *Dies, in quibus recuſans facto adverſarij fuerit impeditus, non currunt jure communi attento.*

14 *Secùs de jure noſtro.*

15 *Quando recuſanti currit tempus facto adverſarij, poteſt adire ad Principem, ut illi provideat.*

16 *Judicatum traditur, ſenatores Palatinos non poſſe prorogare dies tranſactos ex impedimento recuſantis.*

17 *Si à judice recuſationis non fuerit cauſa intra præfixum terminum judicata, tenebitur ſolvere partibus intereſſe, & damnum datum.*

18 *Licet judicatum eſſet, poſſe judicem recuſationis, etiam tranſacto tempore quadraginta dierum cognoſcere de exceptionibus appoſitis contra ſententiam, contrarium tamen ex decreto ſenatùs poſteà obtinuit.*

19 *Aſſignatur qua ratione.*

20 *Quæritur, an ſi judex, aut ſcriba poſt appoſitam recuſationem recuſetur, incipiant currere dies ſtatim, an verò à die quo certus fuerit judex; ſeu ſcriba recuſationis.*

21 *Reſpondetur quæſtioni.*

22 *Quando Judex recuſationis non eſt certus, non currunt dies,*

*niſi poſt actuationem a notario factam cum judice certo.*

23 *Aliquorum Doctorum ſententia affirmantium dies ad recuſandum non currere, niſi poſt depoſitionem recuſati, non poteſt apud nos locum habere.*

1 DE jure communi certus terminus non eſt præfixus, intra quem recuſationis cauſa ſit terminanda: ſed recuſatus judex aſſignat terminum judicibus recuſationis, intra quem, cauſam recuſationis decidant *Barb. in cap. ſuſpicionis 39. de officio, & poteſtate judicis delegati n. 1. & in cap. cum ſpeciali 61. de appellationib. n. 4. ibi multos citat Fermoſinus ad text. in cap. ſi quis contra clericum 4. de foro competenti q. 29. n. 7. Pax in praxi tit. 2. p. 3. cap. 6. num. 111. & 112. Curia Philipica 1. part. §. 7. Farinacius in fragmẽtis littera I. n. 920. judicatũ tradit Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 9. §.*
2 *12. n. 772.* ubi etiam tradit judicatum; judicem non poſſe cogere partes, ut intra certum tempus ei oſtendant recuſationem judicatam, & ſi hoc faciat eccleſiaſticus committere vim & competere recurſum ad Coronam *Barb. in cap. legitima de appellationibus in 6.*

3 De jure vero noſtri regni *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 21.* intra ſpatium triginta dierum debet recuſans oſtendere ſententiam, ſeu certitudinem qua, probetur recuſatum pro ſuſpecto eſſe judicatum, alias recuſatus non obſtante recuſatione ad ulteriora legitime procedit *ex dicto §. 21.* niſi recuſans 4
intra dictum terminum judici recuſato edat certitudinem judicis recuſationis, qua probetur ſemper, proſecutum fuiſſe cauſam, & per eum non extitiſſe, quominus intra præfixum terminum judicaretur, & cum declaratione temporis, quo finiri poſſit: quia tunc recuſatus quindecim dierum ſpatium tantum ſuperſedere debet *ex d. §. 21. ubi Barb. a num. 1. uſque ad 4. Phæbo areſto 67. Cabedo 1. p. areſto 21. Pereyra de recuſationibus cap. 24. num. 5. & 6. Thome Vaz alleg. 96. a num. 51. Pereyra in promptuario juris verbo judex, quo ad recuſationem, & verbo recuſatio, & verbo ſuſpicio Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 37. num. 41. & tit. 35. §. 8. litera S. num. 24. Coſta ad ſtylla domus ſupplicationis littera A. num. 24. Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtian. lib. 5. p. 1. diſp. 12. §. 7. n. 236. & 237. Cardoſo in praxi verbo recuſatio n. 7.*

Qui terminus dicitur, & eſt
continuus *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §.* 5
*22.* ex ea ratione: quia lex noſtra ita expreſſe decidit & quia etiam deficiente tali expreſſione, ita erat judicandum: quia in dubio 6
omne tempus à lege præſcriptum præſumitur, & conſtituitur continuum non utile, nec interpolatum per textum *in l. numquam l. naturaliter ff. de uſucapionibus Ripol. variarum cap. 5. n. 24. Queſada Pilo controverſ. foren. cap. 37. n. 4.*

*Fon-*

*Fontanella de pactis nuptialibus clauſ.4.gloſſ. 18.part.4.a numer.37 & deciſ.410, numer. 14. Surd. deciſ.189. numer. 1. Amat. deciſ. 169 Fermoſinus in cap. 1. de dilationibus quæſt. 10. a numer. 9. Ramon. conſ.6.numer. 78. Poſthius obſ. 84. n.36. & latè diximus de mure judicis orphanorum tract. 1. lib. 1. cap. 2.*

7 Comprehendens ſub ſe dies feriatos *Cancer. 3. variarum cap. 11. a n.178. Gutter. Canonicarũ lib. 1. cap. 1. n. 23. & 24. Queſad. d. n.4 cũ infinitis Cortiada deciſ.21.n.41.*

Eſt etiam tempus à lege datum peremptorium, licet noſtra Ordinatio in præfixione termini dierum ad terminandam cauſam recuſationis non ita declaraſſet: quia omnis dilatio probatoria à lege impartita intelligitur, & eſt peremptoria *ex l. 1. Cod. de dilationibus l. Oratione l. fin. ff. de ferijs Ord. noſtra lib. 3. tit. 54. §. 1. ibi Barb. Queſada d. cap. 37. nu. 5. Ripol. ad Peguer. in practica Civili rubrica 4. num. 44. Pax in praxi part. 1. tom. 1. tempore 8. a num. 22. Mynſingerius lib. 1. obſ. 71. Fontanella deciſ. 161. num. 13. part. 1. Fermoſinus in cap. 1. de dilationibus q. 5. numer. 3. Mathias Berlichius practicarum concluſionum tom. 1. cap. 10. numer. 11.* qui loquitur decitatione, quod intelligitur; licet eſſet dictum in

8 conceſſione termini; quod aſſignabatur pro prima dilatione probatoria: nam intelligitur reſpectu ſecundæ, ſi hæc petatur, & non adſit impedimentum obſtativum, probationis intra primum terminum conficiendæ, vel ſtatutum plures dilationes præſcribens conſtituatur: *Scacia de judicijs lib. 2. cap. 3. quæſt. 1. nu. 24. Queſada d. n. 5.* quo termino elapſo, non poſſe purgari morã, tradit *cum Fontanella, & alijs Cortiada d. deciſ. 21. n. 2. Queſada d. num. 5.*

Terminus ad recuſationem 9
proſequendam, cum ſit a lege noſtra præfinitus de momento ad momentum currit ut tradit *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 21. §. 21. nu. 1. & judicatum docet Phæbus areſto 67. Pereyra in promptuario juris verbo judex; quo ad recuſationem n. 896. & in ſpecie nos ita docent Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. num 8. Trentacinto 2. var. cap. de dilationibus Vela diſſert. 18. tom. 1. Ramires de lege regia §. 2. n. 6. Portelles for. 1. n. 23. de competenti juriſdictione Fontanella deciſ. 409. nu. 19. p. 2. Suelves conſ. 15. n. 4. & 5. lib. 1 Vrrutigoiti in paſtorali regularium p. 3. voto 8. n. 4.*

Currunt dies non à die intima- 10
tæ recuſationis: ſed à die, quo à recuſante tradita fuit actuario, ſeu ſcribæ, ut eam in acta referret, quã tenetur recuſans offerre in proximo ſequentis judicij *Ord. lib. 3. tit. 21. §. 22. ibi Barb. nu. 1. Thome Vas alleg. 96. n. 53. Pereyra d. verbo quo ad recuſationem n. 896. Fragoſ. de regimine republic. Chriſtian. p. 1. lib. 5. diſp. 12. §. 7. nu. 236.* quà Ord. deficiente diceremus, quod prædictus terminus curreret à die

 pro-

propoſitæ recuſationis,& ſubſcrip
tionis,etiã nulliter factæ cũ *Queſa
da Pillo cõtroverſ.forenſ.cap.37.n.
9.Fraciſco Maria Prato practica-
rum obſ.58. fere per totum & maxi
mè in n.28.& 40. Fontanella deciſ.
2.per totam.*

Quibus diebus elapſis, ſi recu-
11 ſans negligens fuerit in proſequen
do ſibi imputet: Tum quia noſtra
lex prorogationem termini omni-
nò ſubſtulit per verba geminata,
tam ad judicem recuſatum, quam
ad judicem, qui de ſuſpicione cog
noſcit, ut quo ad primum probat
*Ord. noſtra d. §. 21.* ibi *Paſſado o
qual termo, &c.* & quo ad ſecun-
dum, *in §. 22.* ibi: *& o juis, que
della conhecer naõ và por ella mais
adiante* ibi *Barb.n.1. Pereyra d.n.
896.Thome Vaas d.alleg.96.n.54.
12 & 55.Fragoſo d.n.236.* Tum quia
recuſans permitens tempus ſibi
labi, videtur ei renunciaſſe *ex Ti-
raquello de retractu §.1.gloſſ.2.a n
42.Surd.deciſ.203.a n.1.& conſ.8
a n.7.Fontanella deciſ.161.n.6.&
7.Ramon.conſ.6.n.80. Queſada d.
cap.37. n.10.* & etiam recuſationi
propoſitæ, cum idem ſit in jure
probationi aptatæ renunciare, ac
tempus præfixum ad eam confici-
endam labi conſentire: quinimo
temporis lapſu fortior eſt effectus,
13 quam tacitæ, vel expreſſæ renun-
ciationis *Fontanella, & Queſada
ſupra Xamar de officio judicis p. 1.
q.6.a n. 109. Matheus de regimine
Valentiæ tom.2.cap.7. §. 1.ſect. 4.
n.122;* Sic poterit judex recuſatus
termino effluxo per legem præſcri-
pto procedere ad ulteriora, docet
*Queſada d.num.10. & DD. ſupra
citati.*

Quid ſi recuſans facto adverſa- 14
ri fuerit impeditus; an tunc etiam
tranſactis prædictis diebus ſit au-
diendus inquirunt DD. *Fermoſi-
nus in cap. ſi quis contra clericum 4.
de foro competenti* reſolvit num. 8.
quod terminus aſſignatus non cur
rit per totum tempus, quo recu-
ſans facto adverſarij fuit impedi-
tus *idem docet Ripol. var. cap. 2. a n
131. Barb. in cap. ſuſpicionis 39. de
officio, & poteſtate judicis delegati
n.5. & in cap. cum ſpeciali 61 de ap
pellationibus nu.5* ex his quæ in ſi-
mili docent *Caldas in l. ſi curato-
rem Cod. de reſtitutione in integrum
verbo læſio n.39. Maſcard. de pro-
bationibus concluſione 1229.nu.89.
& 1236.a n. 4.* Verùm apud nos
contrarium eſt decidendum ex re- 15
gia deciſione, quam tradit *Barb.
ad Ord.lib.3.tit. 21. §. 21. num. 3.*
poterit tamen recuſans recurrere 16
ad principem, qui in tali caſu illi
facile providebit *ex Barb. in cap.
legitima de appellationibus in 6.n.3*

Orta diſſentione in ſenatu Por-
tuenſi, an dato impedimento dies 17
poſſint prorogari; reſponſum fu-
it, quod non per ſenatores pala-
tinos teſte *Thome Vaas alleg. 96.
n.55. Pereyra in promptuario juris
verbo judex quo ad recuſationem n.
896.propè finem.*

Sed quid ſi culpa judicis recu- 18
ſationis cauſa non fuit deciſa intra
hos

hos 45. dies *Barthol. in l. fin. ff. de*
*varijs, & extraordinarijs cognitionibus n. 20. Barb. ad Ord. lib. 1.*
*tit. 21. §. 21. n. 2. Farinatius in praxi criminali p. 3. q. 111. nu. 538. &*
*555. Barb. ad tx. in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus n. 5. Fragoſo de regimine reipublicæ chriſtianæ*
*1. p. lib. 5. diſp. 12. §. 7. nu. 236. cum*
*multis ab eis relatis affirmant*, & benè judicem recuſationis teneri partibus ad intereſſe, & damnum datum; & apud nos hoc probatur
expreſſe *ex Ord. lib. 1. tit. 21. §. 23.*
ibi: *& não deſpachando no dito termo pague o chanceller todas as cuſtas dos autos das ſuſpeiſoens, & ſeja ſuſpenſo do officio por tempo de hũ mes, & naõ tornará á ſervir sem moſtrar como tem ſatisfeito a parte Fragoſo d. §. 7. n. 237.*

19 Si excipiatur contra ſententiam recuſationis; poterit judex ſuſpicionis cognoſcere de exceptionibus, etiam ſi tempus quadraginta quinque dierum ſit tranſactum teſte *Cabedo 1. p. areſto 21. Barboſ. ad Ord. lib. 3. tit. 21. §. 21. n. 4. Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio n. 1841.* ubi ſic in ſenatu deciſum tradunt.

Poſtea tamen contrarium decretũ fuit per plurimos ſenatores ſupremi noſtri Luſitani ſenatus, nempe de nullis impedimentis poſſe cognoſci tranſacto illo termino noſtræ legis, ut de recuſationibus non cognoſcatur poſt quadragintaquinque dies, non obſtante areſto, de quo teſtatur *Cabedo ſupra teſtibus Martins a Coſta de ſtylo domùs ſupplicationis an-* 20
*notat. 3. n. 22. Fragoſo d. § nu. 236.* & meritò quia ſi de recuſationibus poſt quadraginta quinque dies cognoſci non poteſt, quæ ſunt principales quomodo de exceptionibus, quæ ſunt accessoriæ, & quæ debent ſequi naturam ſui principalis, cognoſci poſſit? *Fragoſo ſupra* cui rationi accedit, quod indirectè fraudaretur diſpoſitio legis jubentis, ut intra præfixum terminum recuſationes finiantur.

Prodicti dies an currant, ſi poſt 21
oppoſitam recuſationem, judex, aut ſcriba certus illius recuſaretur an verò currere incipiant à die, quo certus fuerit judex, ſeu ſcriba recuſationis? Cui quæſtioni, ſeu dubio fuit reſponſum in ſena- 22
tu *teſte Coſta de ſtylis domùs ſupplicationis annotat. 3. num. 20. & 21.* quod dies primæ recuſationis non incipiunt currere, niſi finita ſecũda recuſatione in caſu, de quo ibi ſcilicet, quando appoſita fuit recuſatio cancellario ad cognoſcendum de recuſatione oppoſita cuidam ſenatori, quę deciſio fundatur in his, quæ refert *Cabed. 1. p. deciſ. 76. a n. 5. Caldas de renovatione q. 5. a n. 3.* & ita etiam in ſpecie docet *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 4. §. 13. gloſſ. 15. n. 4.*

Ex hac deciſione infertur, quod 23
quando judex recuſationis non eſt certus, & neceſſarium eſt recurrere ad arbitros, dies non currere, niſi à die auctuationis factę à no-

tario, ſeu ſcribæ cum judice certo, & ita vidi judicatum, cum eſſem judex forenſis orphanorum Vlyſſiponenſis ad favorem mei amantiſſimi ſoceri, ſeu ut melius, & verè dicā, patris ac Domini *Ludovici da Fonſeca Coutinho nobilitate ſatis nota clariſſimi Sanctæ Inquiſitionis familiaris, & equitis, & viri Patritij Regiæ Domus*, & in præſentibus comitijs curialis pro oppido de Panojas, ad quod conducunt tradita *à Fontanella 1. p. deciſ. 20. ubi à n. 1. uſque ad 15. latè agit à quo die incipiant currere dies ad recuſandum Pegas d. §. 13. n. 4.*

24 Tandem ex dictis concluditur non eſſe apud nos veram ſententiam DD. aſſerentium dies ad recuſandum non currere, niſi poſt depoſitionem recuſati, de quibus *Fontanella d. deciſ. 20. n. 4.*

## CAPUT XVI.

### An & quando in cauſis recuſationis reſtitutio in integrum concedatur.

### SUMMARIUM.

1 *De jure Hiſpano, non finitâ recuſatione a minore prolata intra terminum, ipſi non ſuccurritur reſtitutione in integrum.*

2 *Noſtro jure attento, minor, & omnes, qui eorum privilegio gaudent reſtituuntur ad removendum judicem, in quo conſenſerunt, & ad opponendam recuſationem poſt litis conteſtationem, & ad probandam recuſationem, etiam poſt elapſum terminum quadraginta dierum.*

3 *An ultima pars prædictæ reſolutionis ſit etiam de jure communi recepta, quæritur.*

4 *Minor non reſtituitur ad accuſandum.*

5 *Recuſatio judicis continet in ſe accuſationem.*

6 *Poſt terminum à lege perfixum non reſtituitur minor ad objicienda crimina, vel defectus, aut in necem alterius.*

7 *Apponitur reſolutio quæſtionis ſuprà poſitæ n. 3.*

8 *Intereſſe publicum privato præfertur, & n. 9.*

9 *Reſtitutio non intelligitur prohibita, ſi expreſſè non prohibeatur.*

10 *Etiam ſi generalitèr omnia remedia prohibeantur, reſtitutio tamen non cenſetur interdicta.*

11 *Minor etiam reſtituitur adverſus lapſum terminum præſentandi reſcriptum reviſionis.*

12 *Durũ eſt cogere minorem apud judicem ſuſpectum litigare.*

13 *Recenſentur DD. tenentes reſolutionem traditam ſupra numer. 7.*

14 *Minor non reſtituitur ad accuſandum ad vindictam, aut quando ex reſtitutione nex alicujus reſultaret, ſecùs ſi ad reſarciendum damnum datum accuſatio ſit prolata.*

15 *Si*

15 *Si minor velit accuſare ad defendendum ſuum honorem; reſtitui debet, & quarè.*
16 *Reſtitutio non ſolum minori conceditur ad recuſandum; ſed etiam ad recuſationem defendendam.*

1 SI fuerit minor, qui recuſationem proponit, & non fuerit deciſa cauſa recuſationis intra terminum à lege præfixum de jure caſtellæ denegatur illi reſtitutio in integrum teſtibus *Peres in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordinamenti per legem 16 tit. 10. lib. 2. novæ recopilationis ubi Azeved. pagina nobis 171. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. n. 12. Fontanella deciſ. 22. à n. 1. uſque ad 14. Barb. ad Ord. lib. 3. titul. 21. §. 22. n. 2. Barb. ad tx. in cap. cũ ſpeciali 61. de appellationib. n. 5. Pereyra in promptuario juris verbo judex quò ad recuſationem num. 897. Thome Vas alleg. 96. n. 57. Fragoſo de regimine reipublicæ 1. part. lib. 5. diſp. 12. §. 7. n. 237. Fermoſinus ad tx. in cap. ſi quis contra clericum 4. de foro cõpetenti q. 28. & 40. à n. 4. qui plures alios citant.*

2 De jure verò noſtri regni minor, & omnes, qui eorum prævilegio gaudent, reſtituuntur ad removendum judicem, in quem cõſenſerunt; ad opponendam recuſationem poſt litis cõteſtationem, & ad probandam recuſationem etiam poſt elapſum terminum quadragintaquinque dierum *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 22.* de cujus materia agunt DD. noſtri regni in locis proximè citatis *Valaſc. conſ. 12. Caldas in l. ſi curatorem Cod. de reſtitutione in integrũ verbo læſis n. 16*

Attento jure communi hæc noſtræ Ordinationis utrùm diſpoſitio arrideat in materia recuſationis ad probandum poſt terminum cauſas illius, vel ad removendum judicem, in quem conſenſit, non levis eſt difficultas primo: quia minor non reſtituitur ad accuſandum *ex l. auxilium §. ſexaginta ff. de muneribus Oddo de reſtitut. in integr. p. 2. q. 99. art. 3. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. num. 12. Narbona de ætate ad omnes actus humanos requiſita anno 25. q. 19. num. 16. Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ p. 1. lib. 5. diſp. 12. §. 7. n. 237. qui alios citat.* 3 4

Recuſatio verò judicis continet in ſe manifeſtam accuſationem corrupti, & non integri animi. *Queſada d. n. 12. Fragoſo d. n. 237.* ergo minor in præſenti caſu reſtitui non debet. 5

Secundo: quia minor non reſtituitur ad objicienda crimina, vel defectus contra aliquem poſt terminum à lege præfixum *Fragoſo d. n. 12. q. 237. Queſada d. n. 12.* nec in necem alterius reſtitutio impartitur, prout dicit Iuris Conſultus *in l. in cauſæ 16. ff. de minoribus Queſada d. n. 12. Fragoſ. d. n. 237. Covas practicarum cap. 26. n. 4. ibi Faria n. 42. 43. & 47.* ergo minori in caſu ſuſpicionis non eſt concedenda reſtitutio. 6

Qui-

7 Quibus rationibus haud pug-
nantibus in caſu recuſationis mi-
nori, & his, qui gaudent privile-
gio minoris ętatis, reſtitutio in in-
tegrum venit concedenda; tan-
quam introducta favore publicæ
utilitatis *ex l. 1. ff. de muneribus ibi
utilitas hujus tituli. Ganaver. conſ.*
8 *2. n. 39.* quod intereſſe publicum
debet anteponi cuilibet intereſſe
privato *ex l. item ſi forte ff. de rei-
vendicatione Queſada d. cap. 37. n.
23. & nos diximus de munere judi-
cis orphanorum tract. 1. lib. 4. cap. 6.
& in tract. de privilegijs officialiũ,
familiariumque ſanctæ Inquiſitio-
nis lib. unico cap. 2. Valenſuel. conſ.
167. n. 35. Altamiranus in rubrica
de filijs officialium, qui in bello mo-
riuntur cap. 4. n. 34.*

Ipſa rei honeſtas, & dignitas
9 longius ęſtimari urget commune
bonum, quam ſingulare plus di-
vinum, quam humanum; ut pro-
batur *ex cap. ſcire 7. q. 1. l. unica in
fine cod. de caducis tollendis l. utili-
tas cod. de primipilis lib. 12. Ponte
de poteſtate proregis tit. 1. num. 25.
Valenſuella conſ. 20. nu. 11. Pareja
de inſtrumentorum editione tit. 1.
reſol. 5. n. 2. Queſada d. n. 13. Pau-
lus Rubeus practicarum de teſtam.
cap. 53. n. 188.*

Vtilitas publica, quę in mate-
ria reſtitutionis luſtratur, in cau-
ſa conſtituitur; ut etiam in ma-
teria ſuſpicionis impartiatur ex eo-
dem fonte præcipuè; quod ex-
preſſe in jure prohibita illi non in-
10 venitur, & ſic debet arridere: nam
reſtitutio numquam intelligitur
interdicta, niſi expreſſe interdica-
tur: *ex l. nec non §. quoties ff. ex qui-
bus cauſis maiores, & nos diximus
de munere judicis orphanorũ tract.
1. lib. 4. cap. 7. & 13. & tract. 2.
lib. 8. cap. 12. ſuſiuſque tract. 3. lib. 6
cap. 11. Giurba deciſ. 78. n. 11. Ma-
reſcot. variarum lib. 2. cap. 98. n. 6.
Queſada d. n. 13.*

Et quamvis lex omnia remedia 11
toleret reſtitutionis aſylum abdu-
cere non cenſetur, niſi expreſſe di-
ceret *Queſada controverſ. forenſ.
cap. 37. n. 4. Gutterres practicarum
lib. 2. q. 88. n. 3. & q. 91. Carolus de
graſſis de exceptionib. exceptione 34.
per totum.*

Minor etiam reſtituitur adver- 12
ſus præteritum terminum pręſen-
tandi reviſionale reſcriptum *ex
Ord. lib. 3. titul. 84. § 9. Gam. deciſ.
38. n. 1. Cabedo 1. p. deciſ. 42. nu. 6.
Thome Vaas alleg. 89. n. 9. Pereyra
de reviſionibus cap. 36. n. 27.*

Eſſet enim grave, ac durum
minorem cogere apud judicem li- 13
tigare *ex l. apertiſſimi 14. cod. de ju-
dicijs* & ideo attento jure commu-
ni, hanc partem tuentur omnes
citati in principio hujus capitis,
quæ etiam placuit *Ioannis Mau-* 14
*ritio de reſtitutione in integrum cap
213. & 253. Oddo de reſtitutione
in integrum q. 64. art. 6. n. 41. Que-
ſada d. cap. 37. Covas d. cap. 26. nu.
4. 43. & 47. Guaſinus de defenſio-
ne reorum defenſ. 1. cap. 19. nu. 34.
Bajard. ad clarum § fin. q. 43. n. 12.
Guterr. practicar. lib. 1. q. 52. in fin.*

Ad argumenta reſpondetur
15 minorem regulariter non reſtitui, quando tendit ad accuſandum criminaliter, hoc eſt ad vindictam, ſeu quando reſtitutio reſultaret in necem alterius, ſecus ſi minor accuſet ad reſarciendum, ſeu reſtaurandum damnum irrogatum, tunc enim permiſſa eſt minori reſtitutio *ex l. 1. ff. ad l.*
16 *Iuliam de ambitu*: unde ſi minor velit accuſare ad defendendum ſuum honorem debet reſtitui: quia actio Civilis pro injuria accepta ad intereſſe datur ſecundum æſtimationem injuriæ *ex l. ait prætor ff. de muneribus ibi Bartholus*: quia non tendit ad vendictam, & ita reſpondet *Fragoſo d. num. 137. ad finem Thome Vaas allegat. 96. numer. 58. & 59. Pereyra in promptuario juris. verbo judex quo ad recuſationem numer.* 897.

Minori non tantum, qui ad
17 recuſandum agit, reſtitutio eſt concedenda; ſed & minori, qui recuſationem defendit, prout facere poteſt, ut jam diximus hoc libro & tradit *Coſta de ſtyllis domus ſupplicationis annotat. 3. numer.* 30. Vbi inquit, quod impedimenta ad proceſſum recuſationis appendi ſolent, & in actu ſeparato exemplantur articuli recuſationis ubi formantur impedi-
1 menta ad proceſſum recuſationis & relationis placito recipiuntur, vel etiam proceditur; ſicut in alijs; quia ex mutatione judicis nō leve eſt parti damnum *ex Deluca in praxi judiciaria cap. 19. n. 16. & nos diximus lib. 3. cap. 1.*

## CAPUT XVII.

Iudex recuſationis, an recuſanti ad probandam recuſationem dilationem aſſignare debeat, & qualem, & quomodò ſit probanda recuſatio.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſans judicem jure Civili attento non tenetur ullam cauſam recuſationis probare.*

2 *De jure Canonico cauſa ſuſpicionis debet probari ab illo, qui eam propoſuit.*

3 *Prædicta juris Canonici diſpoſitio viget, etiam noſtro jure attento.*

4 *Quandò cauſa recuſationis eſt evidentèr vera, non eſt neceſſaria probatio.*

5 *Nec etiam de jure Canonico, quandò conſultores, procuratores, tabelliones, & ſimiles recuſantur.*

6 *Secus de jure Regio.*

7 *De jure Canonico non probatur cauſa, quæ ſine ſcandalo probari non poteſt.*

8 *Hoc tamen non procedit jure Regio attento.*

9 *De jure Canonico non eſt neceſſaria probatio cauſæ ad hoc, ut detur adjunctus judicibus ab adverſario impetratis,*

ſectis ſi peteretur judices datos removeri, & alios ſubrogari.

10 Hic adjunctus peti poteſt etiam poſt litem conteſtatam, dummodo non ſit concluſum in cauſâ.

11 Secundum jus commune ad judicem recuſationis pertinet terminum aſſignare ad recuſationem probandam.

12 De jure noſtro non poteſt judex recuſationis ultra tres dies aſſignare, ſi teſtes ſint in loco, & ſi extra, ultra viginti.

13 Hi termini improrogabiles ſunt etiam ſi recuſans juret non poſſe in termino teſtes adhibere, & n. 15.

14 Contrarium procedit de jure communi.

15 In cauſa recuſationis nõ poſſunt teſtes examinari extra terminum, quamvis citati, & jurati intrà terminum.

16 Terminus ad probandam recuſationem conceſſus, non ſolùm ad probandum, ſed etiam ad probationem faciendam præſtatur.

17 Traditur à Fontanella quædã limitatio regulæ ſupra traditæ, quæ non habet locum noſtro jure attento.

18 Circa probationem recuſationis non datur ſpeciale.

19 Ad probandam recuſationem omnes qui non ſunt prohibiti poſſunt eſſe teſtes.

20 Demonſtratur, quid proſpicere debet judex recuſationis ad videndum, an cauſa recuſationis ſit probata, aut non.

21 Actori ſemiplenè probanti defertur juramentum ſupletorium.

22 Fallit regula in recuſante, qui ſemiplenè probat.

23 In delictis non admittitur juramentum ſupletorium.

24 Proponitur, an à recuſante in teſtem dari poſſit illa pars, cujus reſpectu recuſatur judex.

25 Affirmativè ad quæſtionem reſpondit ſenatus noſter.

26 Negativa ſententia Authori magis arridet, & quâ ratione.

27 Quando judex recuſatur ex cauſa baratariæ, aut concutionis non eſt idoneus teſtis proxeneta.

28 Senatores non poſſunt præbere teſtimonium in cauſa recuſationis de illis, quæ audierunt in ſenatu.

29 Licèt in cauſa recuſationis non poſſint, finito termino recipi teſtes, poſſunt tamen uſque ad concluſionem recipi inſtrumenta.

30 Dummodò parti adverſæ aliquod detur tempus, ut hujuſmodi inſtrumenta valeat impugnare.

INſpecto jure Civili facienda eſt univerſalis concluſio, nem- 1
pè, quòd recuſanti judicem ſecũdũ diſpoſitionẽ juris civilis nullæ cauſæ probatio incumbit, quia

 ſine

ſine cauſa poteſt recuſari, cum ſo-
la voluntas in recuſante ſufficiat,
*Imola in l. quidem conſulebant. ff. de
re judicata n. 27. gloſa in l. apertiſſi-
mi Cod. de judicijs, & ibi Bartho-
lus in fine ubi Barboſa, & in l. ult.
ejuſdem tituli, Pacianus infini-
tis relatis de probationibus lib. 2. cap
45. nu. 56.* cum pluribus ſequenti-
bus, ubi concluſionem probat, &
declarat circa quod non immora-
mur, quia ocioſè immoraremur;
cum juris Civilis diſpoſitio in toto
ferè Orbe jam in deſuetudinem a-
bivit, teſte *Paciano* ſuprà, & om-
nibus, quibus citavimus *lib. 4. cap.
1.* ad probandum, quòd expreſſio
cauſæ requiritur de jure Canoni-
co, ſecùs autem de jure Civili;
quos ibi vide, ne dicta ſine lepore
repetamus; quibus adde, quos re-
fert, & ſequitur *Cortiada deciſ. 18
num. 46.*

Attento verò jure Canonico
2 contraria, & univerſalis conclu-
ſio eſt facienda, ſcilicet, quòd
cauſa ſuſpicionis probanda eſt ab
eo, qui eam proponit, ut proba-
tur *ex cap. ſuper quæſtionem, cap.
ſuſpicionis de officio, & poteſtate
judicis delegati, & in cap. legitima
de appellationibus in 6. & in cap.
ſecundo requiris § tertio, cap. paſto-
ralis, cap. ſpeciali de appellationibus
in quibus locis multa tradunt Bar-
boſa, Gonſales, Fermoſinus, Fag-
nanus, Abbas, & cæteri ordina-
rij, docentque Pacianus ſuprà à n.
51. Covas practicarum cap. 26. nu.
1. ubi Faria Cortiada d. n. 46. Xa-
mar de officio judicis 1. p. q. 12. num.
124. Scacia de judicijs lib. 1. cap. 66
n. 6. Gracianus cap. 100. n. 11. Fari
nacius in fragmentis p. 2. littera I. a
n. 882. Berart. in ſpeculo viſitatio-
nis ſæcularis cap. 6. a n. 15. Guaſi-
nus de defenſione reorum defenſione
1. cap. 19. nu. 63. Morla in emporio
juris p. 1. tit. 2. in præmiſſis n. 177.
& 199. & 206. Giurba deciſ. 48.
n. 4. & 5. Maſcard. de probationi-
bus concluſione 952. a nu. 1. Gaillus
lib. 1. obſ. 33. n. 14. Carolus de Graſ-
ſis exceptione 24. a nu. 7. Carrocius
exceptione 120. a nu. 40. Sanchès de
matrimonio lib. 7. diſp. 112. n. 8. Fon
tanella deciſ. 2. n. 11. p. 1. Fermoſi-
nus ad tx. in cap. ſi quis contra 4. de
foro competenti q. 2. per totam.*

Cum hac juris Canonici diſpo- 3
ſitione benè colluſit *Ordinatio no-
ſtra lib. 3. tit. 21. § 4. ubi noſter Bar-
boſa* tantos citat *n. 1.* ut alios adjun
gere planè otioſum eſſet; *Fragoſo
de regimine reipublicæ 1. part. lib. 5.
diſp. 12. § 7. n. 219.*

Prædicta juris Canonici diſpo- 4
ſitio ſolet limitari, quando cauſa
recuſationis eſſet evidenter, ac nò
toriè vera, quia tunc non eſt pro-
banda, ſed tantum opponenda, nã
notorium relevat ab onere probã-
di, non autem ab onere allegandi,
ut in ſpecie tradit *Pacianus ſuprà
n. 52.* & quando recuſantur conſul 5
tores, procuratores, & tabelliones
& ſimiles, qui etiam jure Canoni-
co attentò poſſunt ſine cauſæ pro-
batione recuſari in quorum recu-
ſatione, quia tractatur de levi præ-

 judi-

judicio, cùm poſſint alij loco eorum ſubrogari, facilius exceptio recuſationis admittitur, quàm judicis *Rolandus conſ.31.lib.3. Pacianus de probationibus lib.1.cap.65. à n.37. & lib.2.cap.45.nu.53.* Ve-
6 rum apud nos, conſultores, procuratores, & tabelliones ſine probatione cauſæ non recuſantur, licèt ex levi cauſa, & debiliori probatione, ut diximus *lib. 2. capit. 11. & 19.*

7 Item de jure Canonico limitatur, quando cauſa ſine ſcandalo probari non poſſit. *Pacianus d.cap 45.n.5.* ubi ponit exemplum, quando recuſans eſſet rivalis judicis, quia uterque ejuſdem mulieris amore teneretur; quæ res ſicut parit odium juſta illud Propercianũ.

*Rivalem poſſum non ego ferre Iovem.*

Ita efficax eſt ad recuſandum judicem; ſed tamen cûm expreſſio, & probatio hujuſmodi cauſæ tendat in ſcandalum judicis., & mulieris, nec eſt exprimenda, nec pobanda *Cabedo deciſ.45.n.1.p.1. Guaſinus ſupra n.64. Xamar. ſupra n.124. Cortiada ſupra n.47. Farinacius ſupra n.891.* Sed de jure no-
8 ſtro Regio nec hæc limitatio recipitur, ut diximus *lib.4. cap.1. & cap.14. & hoc lib. cap. 2.* ubi diximus judicem recuſationis monere debere judicem recuſatum, ut ſine diſcutione ſe abſtineat à causâ, vel partem recurrere debere ad ſuperiorem recuſati, qui mandabit judici, ut ſe abſtineat abſque aliqua diſcutione, ut ex *Aufrerio tradit Cavalcanus de brachio Regio 3.p.n.340. Giurba deciſ.48. n.6. Maſtrillus deciſ.151. nu. 99. lib.2. Capiccius Latro deciſ.85.n.1.lib.1. Guaſinus d.cap.19.nu.66. & 103. Fontanella deciſ.3.per totam, ubi n 16. binas deciſiones Senatùs refert Cortiada deciſ.18.n.48.*

Pari modo de jure Canonico 9
reſtringitur, quando petitur adjunctum dari judicibus ab adverſario impetratis, nam tunc ſufficit ſimplex ſuſpicionis allegatio; ſecùs quando peteretur judices datos removeri, & alios ſubrogari: nam tunc cauſa ſuſpicionis eſt probanda, & iſte adjunctus poteſt pe-
ti non ſolùm ante litem conteſta- 10
tam, modò non ſit concluſum in causâ, licèt in hoc ſecundo caſu difficilius concedatur, ut cum pluribus docet *Pacianus de probationibus lib.2.cap.45.n.54.*

Poſito, & dato, quòd ubi recuſans depoſitioni recuſati non acquieſcit, & ad probationes devenire intendit terminus ad probandum eſt à judice recuſationis aſſignandus; reſtat ſcire qualis dilatio ſit aſſignanda; de jure communi certus terminus non inveni-
tur præfixus; ſed judex recuſatio- 11
nis illum aſſignare debet attentà qualitate causæ; prout ſibi juſtus videbitur ex his, quę *Fontanella deciſ.20. & 21.* ferè per totam, & ita obſervare debent eccleſiaſtici judices.

At verò de jure noſtro Luſita- 12

no, ſi recuſans probationes habe-
at in loco, ubi de recuſatione agi-
tur, tres tantum dies ad proban-
dum, judex recuſationis aſſignare
poteſt; ſi verò extra, tunc dilati-
onem viginti dierum tantùm aſſig
nare valet peremptoriè *ex Ord. no*
13 *ſtra lib.3.tit.21.§.4.* propè finem,
ubi diſponitur, quòd licet recu-
ſans juret ſe habere probationem
extra regnum, vel in loco ſive in-
trà, ſivè extrà, ubi intrà viginti di-
es teſtes examinari non poſſunt,
non ideò ei eſt danda ulla dilatio,
quamvis eam petat; quia ad diffe-
rendum potius petere cenſetur,
quàm ad alium finem *Ord.d.* §.4.
14 *in finalibus verbis*, qua Ordinati-
one ceſſante, contrarium videba-
tur eſſe reſolvendum ex his, quæ
latiſſimè expendit *Fontanella de-
ciſ.21.à n.1. uſque ad* 14. ubi con-
cludit, quòd dilatio major præfi-
xa per conſtitutionem, ſeu ſtatu-
tum eſt concedenda, ſi negotium
recuſationis illam deſideraret,
quod probat de jure *à nu.3. uſque
ad 9.*

15 Recuſanti ſi intrà dilationem
aſſignatam recuſationem non pro-
bet, alia non eſt aſſignanda, etiam
alleganti quamcumque juſtam ex
cuſationis cauſam; tum quia ter-
minus probatorius eſt perempto-
rius, ut latè diximus in cap. ante-
cedenti; tum quia lex noſtra ad u-
beriorem declarationem ita decer-
nit *d.*§.4.ibi: *& ſhe ſera dado ter-
mo peremptorio*: tum quia recuſa-
tio eſt odioſa, & ob ejus odium
ſit coanguſtatio temporis præfixi
illius inſtantiæ *Pereyra de reviſio-
nibus cap.24.n.5.*

Teſtes jurati intrà terminum, 16
& examinati poſt terminum, an
fidem faciant, meritò dubitatur
apud *Fontanellam deciſ.22.à n.20*
ubi reſolvit, quòd teſtes non poſ-
ſunt examinari extra terminum,
quamvis citati, & jurati intrà, in
caſu, de quo loquimur: quia ter- 17
minus ad probandam recuſatio-
nem eſt datus ad probandum, &
ad probatum habendum, & quan-
do terminus ſic eſt præfixus extrà
teſtes etiam intra citati, & jurati
examinari non poſſunt, ut ipſe
fundat *Fontanella à n.21* ubi ſic
judicatum tradit, & *n.27.* hoc li- 18
mitat quãdo per notoriũ aut judi-
cem recuſationis parte requirente
ſtetiſſet: Verum hæc limitatio a-
pud nos locum habere non poteſt
ex his, quæ diximus in cap. ante-
cedenti, ſed tantum ubi conſue-
tudo regionis eſt ſequenda in ma-
teria examinandi teſtes poſt ter-
minum, qui fuerunt citati, & ju-
rati ante.

In materia probationis ſuſpici-
onis quo ad probationem, quæ ad 19
recuſationem probandam requi-
ratur, nihil ſpecialitèr habetur in
jure diſpoſitum, ideoquè quo ad
probandam recuſationem omnes
teſtes poſſunt miniſtrari, qui non
ſunt prohibiti, *Fontanela deciſ.* 20
*21. n.20.* & ad regulas generales
recurrendum eſt ad decidendum,
an ſit probata, vel non, per quas

propoſitæ recuſationis,& ſubſcrip
tionis,etiã nulliter factæ cũ *Queſa
da Pillo cõtroverſ.forenſ.cap.37.n.
9.Frãciſco Maria Prato practica-
rum obſ.58. fere per totum & maxi
mè à n.28.& 40. Fontanella deciſ.
2.per totam.*

Quibus diebus elapſis, ſi recu-
11 ſans negligens fuerit in proſequen
do ſibi imputet. Tum quia noſtra
lex prorogationem termini omni-
nò ſubſtulit per verba geminata,
tam ad judicem recuſatum, quam
ad judicem, qui de ſuſpicione cog
noſcit, ut quo ad primum probat
*Ord. noſtra d. §. 21.* ibi *Paſſado o
qual termo, &c.* & quo ad ſecun-
dum, *in §. 22.* ibi: *& o juis, que
della conhecer naõ va por ella mais
adiante* ibi *Barb.n.1. Pereyra d.n.
896.Thome Vaas d.alleg.96.n.54.
12 & 55.Fragoſo d.n.236.* Tum quia
recuſans permitens tempus ſibi
labi, videtur ei renunciaſſe *ex Ti-
raquello de retractu §.1.gloſſ.2.a n
42.Surd.deciſ.203.a n.1.& conſ.8
a n.7.Fontanella deciſ.161.n.6.&
7.Ramon.conſ.6.n.80. Queſada d.
cap.37 n.10.* & etiam recuſationi
propoſitæ, cum idem ſit in jure
probationi aptatæ renunciare, ac
tempus præfixum ad eam confici-
endam labi conſentire: quinimo
temporis lapſu fortior eſt efectus,
13 quam tacitæ, vel expreſſæ renun-
ciationis *Fontanella, & Queſada
ſupra Xamar. de officio judicis p.1.
q.6.a n.109. Matheus de regimine
Valentiæ tom.2.cap.7. §.1.ſect.4.
n.122.* Sic poterit judex recuſatus
termino efluxo per legem præſcri-
pto procedere ad ulteriora, docet
*Queſada d.num.10. & DD. ſupra
citati.*

Quid ſi recuſans facto adverſa- 14
ri fuerit impeditus; an tunc etiam
tranſactis prædictis diebus ſit au-
diendus inquirunt DD. *Fermoſi-
nus in cap.ſiquis contra clericum 4.
de foro competenti* reſolvit *num. 8.*
quod terminus aſſignatus non cur
rit per totum tempus, quo recu-
ſans facto adverſarij fuit impedi-
tus *idem docet Ripol. var. cap.2.a n
131.Barb. in cap.ſuſpicionis 39. de
officio, & poteſtate judicis delegati
n.5.& in cap.cum ſpeciali 61 de ap
pellationibus nu.5.* ex his quæ in ſi-
mili docent *Caldas in l.ſi curato-
rem Cod.de reſtitutione in integrum
verbo læſto n.39. Maſcard. de pro-
bationibus concluſione 1229.nu.89.
& 1236.a n.4.* Verùm apud nos
contrarium eſt decidendum ex re- 15
gia deciſione, quam tradit *Barb.
ad Ord.lib.3.tit.21.§.21.num.3.*
poterit tamen recuſans recurrere 16
ad principem, qui in tali caſu illi
facile providebit *ex Barb. in cap.
legitima de appellationibus in 6.n.3*

Orta diſſentione in ſenatu Por-
tuenſi, an dato impedimento dies 17
poſſint prorogari; reſponſum fu-
it, quod non per ſenatores pala-
tinos teſte *Thome Vaas alleg. 96.
n.55. Pereyra in promptuario juris
verbo judex quo ad recuſationem n.
896.propè finem.*

Sed quid ſi culpa judicis recu- 18
ſationis cauſa non fuit deciſa intra
hos

hos 45. dies *Barthol. in l. fin. ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus n.* 20. *Barb. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 21. §. 21. *n.* 2. *Farinatius in praxi criminali p.* 3. *q.* 111. *nu.* 538. & 555. *Barb. ad tx. in cap. cum ſpeciali* 61. *de appellationibus n.* 5. *Fragoſo de regimine reipublicæ chriſtianæ* 1. *p. lib.* 5. *diſp.* 12. §. 7. *nn.* 236. *cum multis ab eis relatis affirmant*, & benè judicem recuſationis teneri partibus ad intereſſe, & damnum datum, & apud nos hoc probatur expreſſe *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 21. §. 23. ibi: *& nāõ deſpachando no dito termo pague o chanceller todas as cuſtas dos autos das ſuſpeiſoens, & ſeja ſuſpenſo do officio por tempo de hũ mes, & naõ tornarà a ſervir ſem moſtrar como tem ſatisfeito a parte Fragoſo d.* §. 7. *n.* 237.

19 Si excipiatur contra ſententiam recuſationis; poterit judex ſuſpicionis cognoſcere dè exceptionibus, etiam ſi tempus quadraginta quinque dierum ſit tranſactum teſte *Cabedo* 1. *p. areſto* 21. *Barboſ. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 21. *n.* 4. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicion.* 1841. ubi ſic in ſenatu deciſum tradunt.

Poſtea tamen contrarium decretū fuit per plurimos ſenatores ſupremi noſtri Luſitani ſenatus, nempe de nullis impedimentis poſſe cognoſci tranſacto illo termino noſtræ legis, ut de recuſationibus non cognoſcatur poſt quadragintaquinque dies, non obſtante areſto, de quo teſtatur *Cabedo ſupra teſtibus Martins a Coſta de ſtylo domùs ſupplicationis annotat.* 3. *n.* 22. *Fragoſo d.* §. *nu.* 236. 20

& meritò quia ſi de recuſationibus poſt quadraginta quinque dies cognoſci non poteſt, quæ ſunt principales quomodo de exceptionibus, quæ ſunt acceſſoriæ, & quæ debent ſequi naturam ſui principalis cognoſci poſſit? *Fragoſo ſupra* cui rationi accedit, quod indirectè fraudaretur diſpoſitio legis jubentis, ut intra præfixum terminum recuſationes finiantur.

Prædicti dies an currant, ſi poſt oppoſitam recuſationem, judex, aut ſcriba certus illius recuſaretur an verò currere incipiant à die, quo certus fuerit judex, ſeu ſcriba recuſationis? Cui quæſtioni, ſeu dubio fuit reſponſum in ſenatu *teſte Coſta de ſtylis domùs ſupplicationis annotat.* 3. *num.* 20. & 21. quod dies primæ recuſationis non incipiunt currere, niſi finita ſecūda recuſatione in caſu, de quo ibi ſcilicet, quando appoſita fuit recuſatio cancellario ad cognoſcendum de recuſatione oppoſita cuidam ſenatori, quę deciſio fundatur in his, quæ refert *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 76. *a n.* 5. *Caldas de renovatione q.* 5. *a n.* 3. & ita etiam in ſpecie docet *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 4. §. 13. *gloſſ.* 15. *n.* 4. 21 22

Ex hac deciſione infertur, quod quando judex recuſationis non eſt certus, & neceſſarium eſt recurrere ad arbitros, dies non currere, niſi à die auctuationis factę à no- 23

tario, ſeu ſcribæ cum judice certo, & ita vidi judicatum, cum eſſem judex forenſis orphanorum Vlyſſiponenſis ad favorem mei amantiſſimi ſoceri, ſeu ut melius, & verè dicã, patris ac Domini *Ludovici da Fonſeca Coutinho nobilitate ſatis nota clariſsimi Sanctæ Inquiſitionis familiaris, & equitis, & viri Patricij Regiæ Domus*, & in præſentibus comitijs curialis pro oppido de Panojas, ad quod conducunt tradita *à Fontanella 1. p. deciſ. 20. ubi à n. 1. uſque ad 13. latè agit, à quo die incipiant currere dies ad recuſandum. Pegas d. §. 13. n. 4.*

24 Tandem ex dictis concluditur non eſſe apud nos veram ſententiam DD. aſſerentium dies ad recuſandum non currere, niſi poſt depoſitionem recuſati, de quibus *Fontanella d. deciſ. 20. n. 4.*

## CAPUT XVI.

An & quando in cauſis recuſationis reſtitutio in integrum concedatur.

### SUMMARIUM.

1 *De jure Hiſpano, non finitâ recuſatione a minore prolata intra terminum, ipſi non ſuccurritur reſtitutione in integrum.*

2 *Noſtro jure attento, minor, & omnes, qui eorum privilegio gaudent reſtituuntur ad removendum judicem, in quo conſentierunt, & ad opponendam recuſationem poſt litis conteſtationem, & ad probandam recuſationem, etiam poſt elapſum terminum quadraginta dierum.*

3 *An ultima pars prædictæ reſolutionis ſit etiam de jure communi recepta, quæritur.*

4 *Minor non reſtituitur ad accuſandum.*

5 *Recuſatio judicis continet in ſe accuſationem.*

6 *Poſt terminum à lege perfixum non reſtituitur minor ad objicienda crimina, vel defectus, aut in necem alterius.*

7 *Apponitur reſolutio quæſtionis ſuprà poſitæ n. 3.*

8 *Intereſſe publicum privato præfertur, & n. 9.*

9 *Reſtitutio non intelligitur prohibita, ſi expreſsè non prohibeatur.*

10 *Etiam ſi generalitèr omnia remedia prohibeantur, reſtitutio tamen non cenſetur interdicta*

11 *Minor etiam reſtituitur adverſus lapſum terminum præſentandi reſcriptum reviſionis.*

12 *Durũ eſt cogere minorem apud judicem ſuſpectum litigare.*

13 *Recenſentur DD. tenentes reſolutionem traditam ſupra numer. 7.*

14 *Minor non reſtituitur ad accuſandum ad vindictam, aut quando ex reſtitutione nex alicujus reſultaret, secùs ſi ad reſarciendum damnum datum accuſatio ſit prolata.*

15 *Si*

*15 Si minor velit accuſare ad defendendum ſuum honorem, reſtitui debet, & quarè.*

*16 Reſtitutio non ſolum minori conceditur ad recuſandum, ſed etiam ad recuſationem defendendam.*

1 SI fuerit minor, qui recuſationem proponit, & non fuerit deciſa cauſa recuſationis intra terminum à lege præfixum de jure caſtellæ denegatur illi reſtitutio in integrum teſtibus *Peres in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordinamenti per legem 16 tit. 10. lib. 2. novæ recopilationis ubi Azeved. pagina nobis 171. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. n. 12. Funtanella deciſ. 22. à n. 1. uſque ad 14. Barb. ad Ord. lib. 3. titul. 21. §. 22. n. 1. Barb. ad tx. in cap. cū ſpeciali 61. de appellationib. n. 5. Pereyra in promptuario juris verbo judex quò ad recuſationem num. 897. Thome Vas alleg. 96. n. 57. Fragoſo de regimine reipublicæ 1. part. lib. 5. diſp. 12. §. 7. n. 237. Fermoſinus ad tx. in cap. ſi quis contra clericum 4. de foro cōpetenti q. 28. & 40. à n. 4. qui plures alios citant.*

2 De jure verò noſtri regni minor, & omnes, qui eorum privilegio gaudent, reſtituuntur ad removendum judicem, in quem cōſenſerunt, ad opponendam recuſationem poſt litis cōteſtationem, & ad probandam recuſationem etiam poſt elapſum terminum quadraginta quinque dierum *ex Ord. lib. 3. tit. 21. §. 22.* de cujus materia agunt DD. noſtri regni in locis proximè citatis *Valaſc. conſ. 12. Caldas in l. ſi curatorem Cod. de reſtitutione in integrū verbo læſis n. 16*

Attento jure communi hæc noſtræ Ordinationis Utrùm diſpoſitio arrideat in materia recuſationis ad probandum poſt terminum cauſas illius, vel ad removendum judicem, in quem conſenſit, non levis eſt difficultas. 3

Primo: quia minor non reſtituitur ad accuſandum *ex l. auxilium §. ſexaginta ff. de muneribus Oddo de reſtitut. in integr. p. 2. q. 99. art. 3. Queſada Pilo controverſ. forenſ. cap. 37. num. 12. Narbona de ætate ad omnes actus humanos requiſita anno 25. q. 19. num. 16. Fragoſo de regimine reipublicæ Chriſtianæ p. 1. lib. 5. diſp. 12. §. 7. n. 237. qui alios citat.* 4

Recuſatio verò judicis continet in ſe manifeſtam accuſationem corruptis, & non integri animi. *Queſada d. n. 12. Fragoſo d. n. 237.* ergo minor in præſenti caſu reſtitui non debet. 5

Secundo: quia minor non reſtituitur ad objicienda crimina, vel defectus contra aliquem poſt terminum à lege præfixum *Fragoſo d. n. 12. q. 237. Queſada d. n. 12.* nec in necem alterius reſtitutio impartitur, prout dicit Iuris Conſultus *in l. in cauſæ 16. ff. de minoribus Queſada d. n. 12. Fragoſ. d. n. 237. Covas practicarum cap. 26. n. 4. ibi Faria n. 42. 43. & 47.* ergo minori in caſu ſuſpicionis non eſt concedenda reſtitutio. 6

Qui-

7 Quibus rationibus haud pugnantibus in caſu recuſationis minori, & his, qui gaudent privilegio minoris ętatis, reſtitutio in integrum venit concedenda; tanquam introducta favore publicæ utilitatis *ex l. 1. ff. de muneribus ibi utilitas hujus tituli. Ganaver. conſ.*
8 2. *n.* 39. quod intereſſe publicum debet anteponi cuilibet intereſſe privato *ex l. item ſi forte ff. de rei-vendicatione Queſada d. cap. 37. n. 23. & nos diximus de munere judicis orphanorum tract. 1. lib. 4. cap. 6. & in tract. de privilegijs officialiũ, familiariumque ſanctæ Inquiſitionis lib. unico cap. 2. Valenſuel. conſ. 167. n. 35. Altamiranus in rubrica de filijs officialium, qui in bello moriuntur cap. 4. n. 34.*

Ipſa rei honeſtas, & dignitas
9 longius ęſtimari urget commune bonum, quam ſingulare plus divinum, quam humanum, ut probatur *ex cap. ſcire. 7. q. 1. l. unica in fine cod. de caducis tollendis l. utilitas cod. de primipilis lib. 12. Ponte de poteſtate proregis tit. 1. num. 25. Valenſuella conſ. 20. nu. 11. Pareja de inſtrumentorum editione tit. 1. reſol. 5. n. 2. Queſada d. n. 13. Paulus Rubens practicarum de teſtam. cap. 53. n. 188.*

Utilitas publica, quę in materia reſtitutionis luſtratur, in cauſa conſtituitur; ut etiam in materia ſuſpicionis impartiatur ex eodem fonte præcipuè, quod expreſſe in jure prohibita illi non in
10 venitur, & ſic debet arridere: nam reſtitutio numquam intelligitur interdicta, niſi expreſſe interdicatur: *ex l. nec non §. quoties ff. ex quibus cauſis maiores, & nos diximus de munere judicis orphanorũ tract. 1. lib. 4. cap. 7. & 13. & tract. 2. lib. 8. cap. 12. fuſiuſque tract. 3. lib. 6 cap. 11. Giurba deciſ. 78. n. 11. Mareſcot. variarum lib. 2. cap. 98. n. 6. Queſada d. n. 13.*

Et quamvis lex omnia remedia 11
toleret reſtitutionis aſylum abducere non cenſetur, niſi expreſſe diceret. *Queſada controverſ. forenſ. cap. 37. n. 4. Gutterres practicarum lib. 2. q. 88. n. 3. & q. 91. Carolus de graffis de exceptionib. exceptione 34. per totum.*

Minor etiam reſtituitur adver- 12
ſus præteritum terminum pręſentandi reviſionale reſcriptum *ex Ord. lib. 3. titul. 84. §. 9. Gam. deciſ. 38. n. 1. Cabedo 1. p. deciſ. 42. nu. 6. Thome Vaas alleg. 89. n. 9. Pereyra de reviſionibus cap. 36. n. 27.*

Eſſet enim grave, ac durum
minorem cogere apud judicem li- 13
tigare *ex l. apertiſsimi 14. cod. de judicijs* & ideo attento jure communi, hanc partem tuentur omnes citati in principio hujus capitis,
quæ etiam placuit *Ioannis Mau-* 14
*ritio de reſtitutione in integrum cap 213. & 253. Oddo de reſtitutione in integrum q. 64. art. 6. n. 41. Queſada d. cap. 37. Covas d. cap. 26. nu. 4. 43. & 47. Guaſinus de defenſione reorum defenſ. 1. cap. 19. nu. 34. Bajard. ad clarum §. fin. q. 43. n. 12. Guterr. practicar. lib. 1. q. 52. in fin.*

Ad argumenta reſpondetur
15 minorem regulariter non reſtitui, quando tendit ad accuſandum criminaliter, hoc eſt ad vindictam, ſeu quando reſtitutio reſultaret in necem alterius, ſecus ſi minor accuſet ad reſarciendum, ſeu reſtaurandum damnum irrogatum, tunc enim permiſſa eſt minori reſtitutio *ex l. 1. ff. ad l.*
16 *Iuliam de ambitu*: unde ſi minor velit accuſare ad defendendum ſuum honorem debet reſtitui: quia actio Civilis pro injuria accepta ad intereſſe datur ſecundum æſtimationem injuriç *ex l. ait prætor ff. de muneribus ibi Bartholus*: quia non tendit ad vendictam, & ita reſpondet *Fragoſo d. num. 137. ad finem Thome Vaas allegat. 96. numer. 58. & 59. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem numer. 897.*

Minori non tantum, qui ad
17 recuſandum agit, reſtitutio eſt concedenda; ſed & minori, qui recuſationem defendit, prout facere poteſt, ut jam diximus hoc libro & tradit *Coſta de ſtyllis domus ſupplicationis annotat. 3. numer. 30.* Vbi inquit, quod impedimenta ad proceſſum recuſationis appendi ſolent, & in actu ſeparato exemplantur articuli recuſationis ubi formantur impedi-
1 menta ad proceſſum recuſationis & relationis placito recipiuntur, vel etiam proceditur, ſicut in alijs: quia ex mutatione judicis nõ leve eſt parti damnum *ex Deluca in praxi judiciaria cap. 19. n. 16. & nos diximus lib. 3. cap. 1.*

## CAPUT XVII.

Iudex recuſationis, an recuſanti ad probandam recuſationem dilationem aſſignare debeat, & qualem, & quomodò ſit probanda recuſatio.

### SUMMARIUM.

1 *Recuſans judicem jure Civili attento non tenetur ullam cauſam recuſationis probare.*

2 *De jure Canonico cauſa ſuſpicionis debet probari ab illo, qui eam propoſuit.*

3 *Prædicta juris Canonici diſpoſitio viget, etiam noſtro jure attento.*

4 *Quandò cauſa recuſationis eſt evidentèr vera, non eſt neceſſaria probatio.*

5 *Nec etiam de jure Canonico, quandò conſultores, procuratores, tabelliones, & ſimiles recuſantur.*

6 *Secus de jure Regio.*

7 *De jure Canonico non probatur cauſa, quæ ſine ſcandalo probari non poteſt.*

8 *Hoc tamen non procedit jure Regio attento.*

9 *De jure Canonico non eſt neceſſaria probatio cauſæ ad hoc, ut detur adjunctus judicibus ab adverſario impetratis,*

ſecùs ſi peteretur judices datos removeri, & alios ſubrogari.

10 Hic adjunctus peti poteſt etiam poſt litem conteſtatam, dummodo non ſit concluſum in causâ.

11 Secundum jus commune ad judicem recuſationis pertinet terminum aſſignare ad recuſationem probandam.

12 De jure noſtro non poteſt judex recuſationis ultra tres dies aſſignare, ſi teſtes ſint in loco, & ſi extra, ultra viginti.

13 Hi termini improrogabiles ſunt etiam ſi recuſans juret non poſſe in termino teſtes adhibere, & n. 15.

14 Contrarium procedit de jure communi.

15 In cauſa recuſationis nõ poſſunt teſtes examinari extra terminum, quamvis citati, & jurati intrâ terminum.

16 Terminus ad probandam recuſationem conceſſus, non ſolùm ad probandum, ſed etiam ad probationem faciendam præſtatur.

17 Traditur à Fontanella quædã limitatio regulæ ſupra traditæ, quæ non habet locum noſtro jure attento.

18 Circa probationem recuſationis non datur ſpeciale.

19 Ad probandam recuſationem omnes qui non ſunt prohibiti poſſunt eſſe teſtes.

20 Demonſtratur quid proſpicere debet judex recuſationis ad videndum, an cauſa recuſationis ſit probata, aut non.

21 Actori ſemiplenè probanti defertur juramentum ſupletorium.

22 Fallit regula in recuſante, qui ſemiplenè probat.

23 In delictis non admittitur juramentum ſupletorium.

24 Proponitur, an à recuſante in teſtem dari poſſit illa pars, cujus reſpectu recuſatur judex.

25 Affirmativè ad quæſtionem reſpondit ſenatus noſter.

26 Negativa ſententia Authori magis arridet, & quâ ratione.

27 Quando judex recuſatur ex cauſa baratariæ, aut concutionis non eſt idoneus teſtis proxeneta.

28 Senatores non poſſunt præbere teſtimonium in causâ recuſationis de illis, quæ audierunt in ſenatu.

29 Licèt in cauſa recuſationis non poſſint, finito termino recipi teſtes, poſſunt tamen uſque ad concluſionem recipi inſtrumenta.

30 Dummodò parti adverſæ aliquod detur tempus, ut hujuſmodi inſtrumenta valeat impugnare.

INſpecto jure Civili facienda
eſt univerſalis concluſio, nempè, 1
quòd recuſanti judicem ſecũdũ diſpoſitionẽ juris civilis nullæ cauſæ probatio incumbit, quia ſine

ſine cauſa poteſt recuſari, cum ſo-
la voluntas in recuſante ſufficiat,
*Imola in l.quidem conſulebant.ff.de
re judicata n.27.gloſa in l.apertiſſi-
mi Cod.de judicijs, & ibi Barthо-
lus in fine ubi Barboſa, & in l. ult.
ejuſdem tituli, Pacianus infini-
tis relatis de probationibus lib.2.cap
45.nu. 56.* cum pluribus ſequenti-
bus, ubi concluſionem probat, &
declarat circa quod non immora-
mur, quia ocioſè immoraremur;
cum juris Civilis diſpoſitio in toto
ferè Orbe jàm in deſuetudinem a-
bivit, teſte *Paciano* ſuprà, & om-
nibus, quibus citavimus *lib.4.cap.
1.* ad probandum, quòd expreſſio
cauſæ requiritur de jure Canoni-
co, ſecùs autem de jure Civili;
quos ibi vide, ne dicta ſine lepore
repetamus; quibus adde, quos re-
fert, & ſequitur *Cortiada deciſ.18
num.46.*

Attento verò jure Canonico
2 contraria, & univerſalis conclu-
ſio eſt facienda, ſcilicet, quòd
cauſa ſuſpicionis probanda eſt ab
eo, qui eam proponit, ut proba-
tur *ex cap. ſuper quæſtionem, cap.
ſuſpicionis de officio, & poteſtate
judicis delegati, & in cap.legitima
de appellationibus in 6. & in cap.
ſecundo requiris §.tertio, cap.paſto-
ralis, cap.ſpeciali de appellationibus
in quibus locis multa tradunt Bar-
boſa, Gonſales, Fermoſinus, Fag-
nanus, Abbas, & cæteri ordina-
rij, docentque Pacianus ſuprà à n.
51. Covas practicarum cap.26.nu.
1.ubi Faria Cortiada d. n.46. Xa-
mar de officio judicis 1.p.q.12. num.
124.Scacia de judicijs lib.1.cap.66
n.6.Gracianus cap.100.n.11. Fari
nacius in fragmentis p.2.littera I. a
n. 882. Berart. in ſpeculo viſitatio-
nis ſæcularis cap.6. a n. 15. Guaſi-
nus de defenſione reorum defenſione
1.cap.19.nu. 63. Morla in emporio
juris p.1.tit.2. in præmiſſis n. 177.
& 199. & 206. Giurba deciſ. 48.
n.4.& 5. Maſcard. de probationi-
bus concluſione 952.a nu.1. Gaillus
lib.1.obſ.33.n.14.Carolus de Graf-
fis exceptione 24.a nu. 7. Carrocius
exceptione 120.a nu.40. Sanches de
matrimonio lib.7.diſp.112.n.8.Fon
tanella deciſ.2.n.11. p. 1. Fermoſi-
nus ad tx.in cap.ſi quis contra 4. de
foro competenti q.2.per totam.*

Cum hac juris Canonici diſpo-
ſitione benè colluſit *Ordinatio no-* 3
*ſtra lib.3.tit.21.§.4.ubi noſter Bar-
boſa* tantos citat *n.1.* ut alios adjun
gere planè otioſum eſſet; *Fragoſo
de regimine reipublicæ 1.part.lib.5.
diſp.12.§.7.n.219.*

Prædicta juris Canonici diſpo- 4
ſitio ſolet limitari, quàndo cauſa
recuſationis eſſet evidenter, àc no
toriè vera, quia tùnc non eſt pro-
banda, ſed tantum opponenda, nã
notorium relevat ab onere probã-
di, non autem ab onere allegandi,
ut in ſpecie tradit *Pacianus ſuprà
n.52.* & quando recuſantur conſul 5
tores, procuratores, & tabelliones
& ſimiles, qui etiam jure Canoni-
cо attentò poſſunt ſine cauſæ pro-
batione recuſari in quorum recu-
ſatione, quia tractatur de levi præ-

 judi-

judicio, cùm poſſint alij loco eorum ſubrogari, facilius exceptio recuſationis admittitur, quàm judicis *Rolandus conſ.31.lib.3. Pacianus de probationibus lib.1.cap.65.*
6 *n.37.& lib.2.cap.45.nu.53.* Verum apud nos, conſultores, procuratores, & tabelliones ſine probatione cauſæ non recuſantur, licèt ex levi cauſa, & debiliori probatione, ut diximus *lib. 2. capit. 11. & 19.*
7 Item de jure Canonico limitatur, quando cauſa ſine ſcandalo probari non poſſit. *Pacianus d.cap 45.n.5.* ubi ponit exemplum, quando recuſans eſſet rivalis judicis, quia uterque ejuſdem mulieris amore teneretur; quæ res ſicut parit odium juſta illud Properciañu.

*Rivalem poſſum non ego ferre Iovem.*

Ita efficax eſt ad recuſandum judicem; ſed tamen cùm expreſſio, & probatio hujuſmodi cauſæ tendat in ſcandalum judicis, & mulieris, nec eſt exprimenda, nec pobanda *Cabedo deciſ.45.n.1.p.1. Guaſinus ſupra n.64. Xamar. ſupra n.124. Cortiada ſupra n.47. Farinacius ſupra n.891.* Sed de jure no-
8 ſtro Regio nec hæc limitatio recipitur, ut diximus *lib.4. cap.1. & cap.14. & hoc lib. cap.2.* ubi diximus judicem recuſationis monere debere judicem recuſatum, ut ſine diſcutione ſe abſtineat à causâ, vel partem recurrere debere ad ſuperiorem recuſati, qui mandabit judici, ut ſe abſtineat abſque aliqua diſcutione, ut ex *Aufrerio tradit Cavalcanus de brachio Regio 3.p.n.340. Giurba deciſ.48.n.6. Maſtrillus deciſ.151.nu.99.lib.2. Capiccius Latro deciſ.85.n.1.lib.1. Guaſinus d.cap.19.nu.66.& 103. Fontanella deciſ.3.per totam, ubi n 16. binas deciſiones Senatûs refert Cortiada deciſ.18.n.48.*

Pari modo de jure Canonico 9
reſtringitur, quando petitur adjunctum dari judicibus ab adverſario impetratis, nam tunc ſufficit ſimplex ſuſpicionis allegatio, ſecùs quando peteretur judices datos removeri, & alios ſubrogari: nam tunc cauſa ſuſpicionis eſt probanda, & iſte adjunctus poteſt peti non ſolùm ante litem conteſtatam, modò non ſit concluſum in 10
causâ, licèt in hoc ſecundo caſu difficilius concedatur, ut cùm pluribus docet *Pacianus de probationibus lib.2.cap.45.n.54.*

Poſito, & dato, quòd ubi recuſans depoſitioni recuſati non acquieſcit, & ad probationes devenire intendit terminus ad probandum eſt à judice recuſationis aſſignandus; reſtat ſcire qualis dilatio ſit aſſignanda; de jure communi certus terminus non invenitur præfixus; ſed judex recuſationis illum aſſignare debet attenta 11
qualitate causæ; prout ſibi juſtus videbitur ex his, quę *Fontanella deciſ.20.& 21.* ferè per totam, & ita obſervare debent eccleſiaſtici judices.

At verò de jure noſtro Luſitano, 12

no, ſi recuſans probationes habe-
at in loco, ubi de recuſatione agi-
tur, tres tantum dies ad proban-
dum, judex recuſationis aſſignare
poteſt; ſi verò extra, tunc dilati-
onem viginti dierum tantùm aſſig
nare valet peremptoriè *ex Ord. no*
13 *ſtra lib. 3. tit. 21. §. 4.* propè finem,
ubi diſponitur, quòd licet recu-
ſans juret ſe habere probationem
extra regnum, vel in loco ſive in-
trà, ſivè extrà, ubi intrà viginti di-
es teſtes examinari non poſſunt,
non ideò ei eſt danda ulla dilatio,
quamvis eam petat; quia ad diffe-
rendum potius petere cenſetur,
quàm ad alium finem *Ord. d. §. 4.*
14 *in finalibus verbis*, qua Ordinati-
one ceſſante, contrarium videba-
tur eſſe reſolvendum ex his, quæ
latiſſimè expendit *Fontanella de-
ciſ. 21. a n. 1. uſque ad* 14. ubi con-
cludit, quòd dilatio maior præfi-
xa per conſtitutionem, ſeu ſtatu-
tum eſt concedenda, ſi negotium
recuſationis illam deſideraret,
quod probat de jure *a nu. 3. uſque
ad 9.*

15 Recuſanti ſi intrà dilationem
aſſignatam recuſationem non pro-
bet, alia non eſt aſſignanda, etiam
allegant quamcumque juſtam ex
cuſationis cauſam; tum quia ter-
minus probatorius eſt perempto-
rius, ut latè diximus in cap. ante-
cedenti; tum quia lex noſtra ad u-
beriorem declarationem ita decer-
nit *d. §. 4.* ibi: *& the ſtra dado ter-
mo peremptorio*: tum quia recuſa-
tio eſt odioſa, & ob ejus odium
ſit coanguſtatio temporis præfixi
illius inſtantiæ *Pereyra de reviſio-
nibus cap. 24. n. 5.*

Teſtes jurati intrà terminum, 16
& examinati poſt terminum, an
fidem, faciant, meritò dubitatur
apud *Fontanellam deciſ. 22. a n.* 20
ubi reſolvit, quòd teſtes non poſ-
ſunt examinari extra terminum,
quamvis citati, & jurati intrà, in
caſu, de quo loquimur: quia ter- 17
minus ad probandam recuſatio-
nem eſt datus ad probandum, &
ad probatum habendum, & quan-
do terminus ſic eſt præfixus extrà
teſtes etiam intra citati, & jurati
examinari non poſſunt, ut ipſe
fundat *Fontanella a n.* 21 ubi ſic
judicatum tradit, & *n.* 27. hoc li- 18
mitat quãdo per notoriũ aut judi-
cem recuſationis parte requirente
ſtetiſſet: Verum hæc limitatio a-
pud nos locum habere non poteſt
ex his, quæ diximus in cap. ante-
cedenti, ſed tantum ubi conſue-
tudo regionis eſt ſequenda in ma-
teria examinandi teſtes poſt ter-
minum, qui fuerunt citati, & ju-
rati ante.

In materia probationis ſuſpici-
onis quo ad probationem, quæ ad 19
recuſationem probandam requi-
ratur, nihil ſpecialitèr habetur in
jure diſpoſitum, ideoquè quo ad
probandam recuſationem omnes
teſtes poſſunt miniſtrari, qui non
ſunt prohibiti, *Fontanela deciſ.* 20
21. *n.* 20. & ad regulas generales
recurrendum eſt ad decidendum,
an ſit probata, vel non, per quas

noſtrum non eſt diſcurrere, quia eſſet agere de materiâ probationis quæ latiſſima eſt, & plenè invenitur tractata per *Maſcardum*, *&* *Fulvium Pacianum*: Quare ad vi-
21 dendum, an cauſa recuſationis ſit probata? ſpeciem cauſę in individuo conſiderare debes, & poſteà examinare jus, & inſpicere, quam probationem jus in tali cauſa requirat; circa quod non immoramur, quia tunc nobis neceſſarium erat in memoriam revocare omnes cauſas recuſationis, quas tradidimus *lib.* 4. *per totum*, & de probatione cujuſcumque in individuo agere, nam ſecundum naturam uniuſcujuſque probatio eſt facienda; ſiquidem non omnes ſunt vel facilis vel difficilis probationis, & ità ad probationem omnium non una, eademque probatio requiritur; ſed aliquando vera, & rigoroſa; aliquando præſumptiva ſecũdũ materiã ſubjectã.

Aſſeveravimus recurrendum eſſe ad generales regulas probationum ad videndum teſtes; qui ſufficiant, dicta, quæ probent, oppoſitiones, quæ eorum fidem minuant, aut extenuent, nunc verò
22 advertimus, quòd licèt regulariter actori ſemiplenè probanti juramentum ſuppletorium deferatur ad concludentem probationem faciendam *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 52. *ubi Barboſa* viginti caſus refert, in quibus juramentum ſuppletorium locum habet, quos per eadem verba, eo non citato narrat etiã ejus filius *Barboſ. ad tx. in cap. ſicut* 2. *de probat. Farin. in repert. judiciali q.* 71. *per totam.*

Attamen recuſanti cauſam recuſationis ſemiplenè probanti nõ 23
defertur juramentum ſuppletorium, ut latè probat *Fontanella deciſ.* 23. *à n.* 1. *uſque ad* 14. *Cabedo* 1. *p. deciſ.* 45. *per totam*, *Fragoſo de Regimine Reipublicæ Chriſtianæ* 1. *p. lib.* 5. *diſput.* 12. §. 7. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quoad recuſationem n.* 94. qui eam reddunt rationem, quia nullo tempore tale conſuetum fuerat, dareturque anſa pluribus recuſationibus, & perjurijs, cui aliam addere nobis placet, quia cùm per recuſationem arguatur judex de delicto contra officium, & in delictis non 24
admittatur ſuppletorium *ex dict. Ord. tit.* 52. *&* *ex cap.* 2. *de probationibus*, inde venit, quòd recuſanti ſuppletorium juramentum deferri non poſſit.

Quamvis nobis animus non ſit de probatione recuſationis agere, cum circa hanc, reſpectu ſuſpicionis nihil ſpeciale in jure Canonico, & Luſitano habeamus, attamen ſequentia dubia, utpotè quotidiana ſilentio tradere non valemus: primum ſcilicet eſt, an pars, 25
cujus reſpectu recuſatur judex, à recuſante in teſtem dari valeat, & teſtimonium ferre ſit cogenda? Cui dubio ſenatus noſter affirmativè reſpondet, teſte *Phæb.* 1. *p. a-* 26
*reſto* 87. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio num.* 1841. ex eo

quia

quia tantum recuſans, & recuſa-
27 tus ſunt partes in cauſa recuſationis, quę deciſio nobis non placet, nam ex veriori ſententia, de qua *lib.3.cap.1.* recuſans, & pars contraria in cauſa recuſationis ſunt partes, quod abſque dubio procedit, quando pars contraria ſe opponendo recuſationi cum recuſante ſubit judicium, prout facere poteſt, & nos jam diximus.

Aliud eſt dubium, an ſi judex
28 recuſetur ex cauſa baratariæ, aut concutionis, proxeneta ſit teſtis idoneus, negative tradit cum multis *Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus verbo: teſtis quo ad perſonas reſolutione 13.n.2. & 3. Decianus tract. criminali lib.8.cap.38. n.2. Ciriacus controverſ.488.*

Poteſt eſſe dubium an ſenato-
29 res de his, quę audierunt in ſenatu, poſſint miniſtrari teſtes in recuſationibus? Negativè tradit judicatum *Fontanella deciſ.21.n.21.* cui tamen ſenatùs deciſio non placuit ex rationibus, quas tradit à *num. 22. uſque ad* 24. ubi reſolvit, quod teſtis non tenetur deponere, nec revelare, eà, quæ illi fuerunt ſub ſecreto naturali commendata.

30 Poſt terminum, ſeu dilationem datam ad probandum licèt non recipiantur teſtes, niſi ex beneficio reſtitutionis, ut in precedenti capite diximus, tamen probationes per ſententias, ſcripturas, ſeu inſtrumenta uſque ad concluſionem in cauſa, etiam recuſationis admittuntur. *Fontanella deciſ.24. & 25.* ubi tamen *n.* 24. declarat,
ut inſtrumenta afferantur in tem- 31
pore habili dandi illorum copiam parti, ut intra terminum brevem ad inſtrumenta exhibita opponenda, aliàs nihil valere, producere inſtrumenta tempore, quo adverſæ parti copia dari poſſit ſine eo, quod elabatur tempus, nàm inſtrumenta nihil probant, dum pars adverſa ſuper illis non auditur.

## CAPUT. XVIII.

**An judex recuſationis per ſe ipſum teneatur teſtes examinare, vel poſſit committere Altèri, & quando.**

### SUMMARIUM.

1 *In recuſationibus ſenatorum tenetur chancellarius per ſe teſtes interrogare.*

2 *Quæ regula ſolùm limitatur, quando agitur de probanda conſanguinitate, vel alia quacumque cauſa, in qua non involvitur judicis recuſati honor, vel aliquid ſecretum requirente.*

3 *In ſuſpicionibus officialibus objectis, poteſt Cancelarius examen teſtium alijs committere.*

4 *Iudices cancelariæ poſſunt examinationem teſtium alijs committere.*

5 *De recuſatione oppoſita arbitris, qui recuſari poſſunt cognoſcit Iudex cancelariæ.*

6 Si

6 *Si domus ſupplicationis extra Civitatem Vlyſiponenſem reſideat, non pertinet ad judices Cancellariæ cognoſcere de ſuſpicionibus objectis officialibus illius loci.*

7 *Omnes alij recuſationum Iudices ſive ſint aſſumpti, ſive arbitri, poſſunt committere alijs teſtium examen.*

8 *Vt tamen hoc non faciant monentur ab Authore.*

9 *Reſolvitur, quòd in cauſa recuſationis poſſunt teſtes examinari, etiam diebus feriatis in honorem Dei.*

10 *Urgente neceſſitate, poteſt recuſatio opponi etiam in diebus feriatis in honorem Dei.*

11 *Etiam omnes actus judiciales his diebus confici poſſunt, ſi detur periculum in morâ.*

12 *De jure noſtri Regni ſolùm in cauſa recuſationis examinari poſſunt illi teſtes, qui in calce recuſationum fuerint nominati, & ſi de facto examinentur nihil probant.*

13 *Contra opinionem Barb. judicatum fuit in ſenatu poſſe minores, & illi, qui eorum privilegio funguntur, nominare alios teſtes, factâ jam primâ nominatione.*

14 *Poterit etiam recuſans alios teſtes nominare, ſi tempore faciendæ probationis præter mentem recuſantis fuerint mortui, vel abſentes primo nominati.*

15 *Recuſans timens abſentiam, vel mortem teſtium, poteſt, juſtificato prius timore, petere, ut ante terminum probatorium examinentur.*

16 *In cauſa recuſationis debet pars citari, ut teſtes videat jurare cum expreſſione loci, diei, & horæ, in quibus examinandi ſunt, ut adverſus ejus teſtimonium quidquid habuerit, opponat.*

CAncellarius per ſe teſtes da- 1
tos in recuſationibus ſenatorum omninò interrogare tenetur, nec poteſt hoc alteri committere *Ord. lib. 3. tit. 21. §. 17. Thome Vàs alleg. 96. n. 38. Pereyra in promptuário juris verbo judex quo ad recuſationem n. 894. Fontanella deciſ. 21. n. 15. & 16.* & ideò nec intra terminum probatorium conceduntur remiſſoriç nec permittitur examinatio extra præſentiam præſidis, ut debitus honor judicibus deferatur & hæc eſt praxis communis, teſte *Martins à Coſta de ſtylo domûs ſupplicationis annotatione 3. n. 16. Fontanella suprà, ubi n. 16.* inquit, quòd non procedit,
quando agitur de probanda con- 2
ſanguinitate, vel affinitate advocatione conſilio dato per patrem, aut filium, aut de alia re, quæ non involvat honorem judicis recuſati, vel non requirente ſecretum, idem tradit *Fabrus in ſuo codice lib. 4. definitione 50. Thome Vaas n. 42*
In ſuſpicionibus objectis alijs 3
officialibus poſſunt Cancellarij exa-

examen teſtium alijs committe-
re *Pereyra dicto numer*. 894. *Thome Vaas ſupra numer*. 39. ubi eam
aſſignat rationem : nam ſi idem
voluiſſet lex quo ad officiales,
expreſſiſſet *ex l. unica* §. *ſin autem Cod. de Caducis tollend* : ibi:
*nam ſi contrariũ volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea diſponere.*

4 Iudices Cancellariæ , qui
cognoſcunt de ſuſpicionibus *ex Ord. lib.* 1. *titul.* 15. *ubi Pegas*, *&*
*Barboſa*, *Coſta ſupra n.* 26. *&* 27
teſtium examinationem alijs com
mittere poſſunt *Thomè Vaas alleg* 96. *num.* 30. *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n.* 894.

Præcedenti in libro *cap.* 12. di-
ximus de quibus recuſationibus
cognoſcant judices Cancellariæ
ſenatûs Vlyſiponenſis, & Portu-
enſis, de quo agunt ſuprà citati,
5 non verò dictis *in d. cap.* 12. addi-
mus , quòd prædictis judicibus
cognoſcere competit de recuſatio
ne oppoſita arbitris , qui poſſunt
recuſari *ex Coſta d. annot.* 13. *n.* 17.
*Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 14. §. 3. *nu.*
1. *Phæb.* 1. *p. d.* 79. *n.* 13. qui adver-
tunt prędictos judices non cognoſ
6 cere de ſuſpicionibus intentatis
officialibus illius loci , ubi domùs
relationis reſidet extrà civitatẽ V
lyſiponẽſẽ, quia de his cognoſcũt
juſtitię *ex Ord. lib.* 1. *titul.* 14. §. 3.
7 Iudices alij ſivè ſint aſſumpti
juxta formam *Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §.
8. ſive ſint arbitri , benè poſſunt
committere in cauſa recuſatio-
num examen teſtium. *Pereyra* 8
*d. num.* 894. *Thomè Vaas ſupra d. n.* 41. ſed illos exoramus, ut hoc
non facilè faciant , quia cùm re-
cuſatio ferè involvat honorem
judicis recuſati, & ſemper ejus de
fectus arguat, non eſt iſtiuſmodi
examen alijs temerè confidẽdum.

Teſtes recuſationis, an exami- 9
nari poſſint diebus feriatis in ho-
norem Dei comprehenſis in ter-
mino ad probandum præfixo, du-
bitari poteſt? Sed nos, neglectis
dubijs, quæ in contrarium conſi-
derari poſſunt ſolam veritatem
attendentes, affirmativè reſolvi- 10
mus, tum quia ipſamet recuſatio
in diebus feriatis in honorem Dei,
urgente neceſſitate , opponi po-
teſt, atteſtante Barboſa cum mul-
tis *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 21. *Phæb.* 2.
*part. areſto* 41. *Pereyra in promptuario juris verbo ſuſpicio numer.*
1841. tum quia ſi periculum eſt
in mora , diebus etiam in hono-
rem Dei feriatis teſtes recipi poſ-
ſunt , ſententia proferri valeat, 11
& cętera acta judicialia confici,
ut expendit latè *Barboſa*, *& cæteri Ordinarij Canoniſtæ ad tx. in cap. conqueſtus* 5. *& ultim. de ferijs Barb. ad Ordin. lib.* 3. *titul.* 18.
*in principio a num.* 8. & cum dies
ad probandam recuſationem ſint
continui, ut diximus *cap.* 16. & cur
rant etiam in diebus feriatis in ho-
norẽ Dei, ac prorogari nõ poſſũt,
rectè concludimus, quòd urgẽte
neceſſitate teſtes examinari põſſũt
in prædictis diebus.

Cùm recuſatio probari mini-
mè poſſit de jure noſtri regni per
alios teſtes, quàm per nominatos
ad calcem recuſationum; ut dixi-
mus *lib.* 5. *cap.* 6. per totum, ne-
ceſſariò ſequitur alios teſtes non
poſſe examinari, etſi de facto ex-
aminentur nihil probant, quod
adeò verum eſt, ut nec etiam mi-
13 nor, vel alius, qui reſtitutionis
beneficio juvatur, poterit poſt
teſtes nominatos alios nominare,
& producere ſecundùm aliquos,
quos refert *Barboſa ad Ordin. lib.*
3. *titul.* 21. §. 4. *numer.* 7. con-
trarium tamen in noſtro ſenatu
judicatum tradit *ex Phœb.* 1. *part.*
*areſto* 60.

14 Idem affirmabimus, ſi tem-
pore probationis recuſationis te-
ſtes ad illam probandam nomi-
nari fuerint mortui, ſeu abſentes
in loco, ubi intrà terminum exa-
minari non poſſunt, dummodò
recuſans tempore, quo illos in te-
ſtes nominavit, de illorum ab-
ſentiâ tempore probationis cogi-
tare nullo modo potuiſſet, quia
in tali caſu beneficio reſtitutio-
nis alios nominari poſſe putamus,
cùm ex juſta, & legitima cauſa
etiam maiores reſtituantur, ut
videre eſt apud Doctores *ad ti-*
*tulum ff. ex quibus cauſis maiores,*
*& nos diximus fuſiſſimè de mune-*
*re judicis orphanorum tract.* 3. *lib.* 6.
*cap.* 5. *per totum.*

Recuſans timens teſtium,
15 vel abſentiam, vel mortem, juſ-
tificato priùs timore, petere po-
teſt, ut ante terminum probato-
rium examinentur, ut in ſpecie
docet *Fontanella* 1. *part. deciſ.* 21.
*numer.* 17. ubi etiam tradit, quòd
nec ex hac cauſâ teſtes in recuſa-
tionibus ſenatorum extrà præ-
ſentiam Cancellarij examinari
poſſunt.

Pars in recuſatione ut ju-
ratos teſtes videat, citari debet, 16
ex his, quæ latè diximus de mu-
nere judicis orphanorum *tract.* 2.
*lib.* 3. *cap.* 9. *& tract.* 5. *lib.* 1. *cap.*
6. cum expreſſione loci, diei, &
horæ, in quibus teſtes ſunt exa-
minandi, & eſt admittenda ad
opponendum, & illicò proban-
dum contra teſtes quidquid ha-
buerint, vel quod eos à teſtimo-
nio repellat, vel quod eorum te-
ſtimonij fidem labefactet, exte-
nuet, aut minuat ex generali de-
ciſione noſtræ *Ordin. lib.* 3. *titul.*
58. *ibi Barboſa referens infinitos.*

## CAPUT XIX.

De ſententia dicenda in cauſa re-
cuſationis, & firmanda à judi-
cibus recuſationis, & quomo-
do cauſa recuſationis eſt deci-
denda, & de varijs dubijs circa
propoſitam materiam reſol-
vendis.

### SUMMARIUM.

1 *Traditur quomodò Cancellari-*
*us, & judex cancellariæ recu-*
*ſationis cauſam debent judica-*
*re uſque ad num.* 4.

2 *Recto-*

2 *Rectori juſtitiæ pertinet nominare adjunctos, ut cum Cancelario, cancelariæque judice ſuſpicionem determinent.*

3 *Suſpicio determinatur per tres ſenatores conformes, licet in receptione quinque fuiſſent.*

4 *Si Rector juſtitiæ non poſſit propter ſuſpicionem ſenatores in adjunctos nominare, debet Cancelarius illos petere à ſenatore gravaminum antiquiori.*

5 *Senator gravaminum antiquior domûs fungitur officio Rectoris, ipſo Rectore, & Cancelario deficiente.*

6 *Iudex Cancelariæ quando Rector eſt ſuſpectus, debet aſſeſſores petere à Cancelario, & à ſenatore gravaminum antiquiori, ſi etiam Cancelarius ſuſpectus ſit.*

7 *Si recuſatio oppoſita ſit Cancelario, & ſenator antiquior gravaminum, qui ejus vice fungitur ſe ſuſpectum eſſe fatetur, ſequens ſenator de recuſatione cognoſcet, quamvis eſſet adjunctus in cauſa principali.*

8 *Quæritur, an Rector juſtitiæ, aut Cancelarius poſſit nominare unum ex pluribus recuſatis, ut interveniat, in declaratione ſuſpicionis alteriûs?*

9 *Si plures ex eadem cauſa recuſentur, non poteſt unus in cauſa aliorum intervenire, ſecùs ſi ex diverſis cauſis, in opinione aliquorum.*

10 *Si unus ex duobus delegatis datis cum clauſula*: quod ſi non omnes, &c. *recuſetur, poteſt alius de recuſatione cognoſcere.*

11 *Declaratur, quæ ſaltem neceſſaria ſint adhoc, ut ſuſpiciones contrà plures dicantur ex iiſdem cauſis procedere.*

12 *Secundùm veriorem opinionem quandò plures recuſantur, nõ poteſt unus de recuſatione alteriûs judicare, ſive recuſatus ſit ex eadem causâ, ſive ex diversâ, & quare.*

13 *Si Cancelarius domûs ſupplicationis, & ejus adjuncti ſemel ſuſpecti judicentur, nequeunt reſpectu ejuſdem partis in novis ſuſpicionibus amplius eſſe judices.*

14 *Intelligitur Ord. lib. 3. tit. 21. num. 16.*

15 *Ad ſenatum poteſt aggravari à ſententia, qua Cancelarius judicavit judicem non eſſe ſuſpectum.*

16 *Si arbitri diſcordant in proferendâ ſententia recuſationis, ab ipſis tertius elligitur, ut cũ uno ex illis concordet, & n. 21*

17 *Si in electione tertij arbitri non concordent, ad ſuperiorem recurrendum eſt, ut tertium nominet.*

18 *Recuſatus arbitris prohibens, ut ſentẽtiam recuſationis poſt terminũ non ſubſcribant, debet recipere appellationem, ſi ab hoc fuerit appellatum.*

19 *Index ſive eccleſiaſticus, ſivè ſæcularis non poteſt recuſationes non admittere; dicendo cauſam jam judicatam habere, niſi inſimul oſtendat ſententiam ſcriptam in actis.*

20 *Tam de jure communi, quam Regio non currit terminus præfixus à judice recuſato, vel à lege, pendente tempore ad eligendum tertium arbitrum.*

21 *Tertius concordando cum aliquo ex arbitris, ſententiam profert.*

22 *Index non obſtante recuſatione poteſt pronunciare ſententiam prolatam ab aſſeſſore bona fide ab ipſo recuſante aſſumpto.*

23 *Traditur prædictæ reſolutionis decidendi ratio.*

24 *Teſtes de auditu in cauſa recuſationis minùs probant, quàm in quacumque alia.*

25 *Quomodò in cauſa recuſationis proferenda ſit ſententia, formarique debeat proceſſus demonſtratur remiſsivè.*

1 CONcluſâ tandem apud judices recuſationis illius cau
ſâ, Cancellarius, ſeu judex Cancellariæ cauſam recuſationis ad
ſenatum ferre debet, & coram
ſenatoribus ſibi ex nominatione
2 Rectoris juſtitiæ nominatis adjun
ctis, totam cauſam, & ejus probationem integrè, & fideliter referre omninò tenetur, legere que apud adjunctos integram recuſationis probationem, & reprobationem ex *Ord. lib. 1. tit. 6.* & viſo 3
& examinato maturè proceſſu, ſuſpicio determinatur per tres ſenatores conformes; licèt in receptione fuiſſent quinque ſenatores, *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 37. gloſ 142. n. 66. & tit. 35. §. 8. littera S. n. 1. Cabed. 1. p. deciſ. 44. per totam Ord. noſtra lib. 1. tit. 4. §. 13.* diſponit, quòd Cancellarius ad recuſationes judicandas petere debet adjunctos à Rectore juſtitiæ, & ſuppoſitâ hac noſtræ legis diſpoſitione, inquiritur primo, an in caſu, 4
quo Rector ſenatores non poſſit nominare, quia ſuſpectus eſt, poſſit Cancellarius per ſe ipſum aſſeſſores, prout videbitur, ſuſcipere? Huic dubio fuiſſe reſponſum per ſenatores, debere Cancellarium in iſto caſu aſſeſſores petere à ſenatore gravaminum antiquiori, tradit *Martins a Coſta de ſtylo domùs ſupplicationis annotatione 3. à n. 18 Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 4. §. 13. gloſa 15. à n. 1. uſque ad 7.* & meritò,
quia ſenator gravaminum anti- 5
quior domùs, quando deficit Rector, & Cancellarius, remanet fungens ejus officio *ex Ord. lib. 1. tit. 1. § ult. ibi Pegas gloſ. 174. à n. 1 uſque ad 5.* ubi in ſpecie de caſu ſuſpicionis, & quia ita veroſimilitèr hoc ipſum legiſlator reſponderet, ſi interrogatus fuiſſet, *Coſta ſupra n. 19.*
Sequitur ex dictis, quod judex
Cancellariæ, qui ſimiliter aſſeſſo- 6
res ad judicandam recuſationem

petere

petere debet à Rectore juſtitiæ ex *Ord. lib. 1. tit. 14. ubi latè Pegas & Barboſa.* aſſeſſores petere debet à Cancellario, quando Rector eſt ſuſpectus, & ſi ſimul detur, & Cancellarius ſuſpectùs à ſenatore antiquiori, adjunctos petere tenetur.

7 Inquiritur ſecundo, utrùm quando recuſatio opponitur Cancellario, & ſenator antiquior gravaminum, qui ejus vice fungitur ſe ſuſpectum eſſe fatetur, ut non poſſit de recuſatione oppoſitâ Cãcellario cognoſcere, ſi ſequens ſenator, qui in eo caſu tamquàm Rector præſidet ex *Ord. lib. 1. tit. 1. §. ult.* & eſt Cancellarius ipſo jure ex eadem cauſa, licet ſit aſſeſſor in cauſa principali, in quo Cancellarius recuſatus eſt, debet cognoſcere, & judicare recuſationes oppoſitas Cancellario, & alter Aſſeſſor in causâ principali tamquàm Cancellarius, aut remittere tamquàm Rector, & decretum fuit per plures ſenatores graviſſimos, quòd debebat, & poterat cognoſcere de recuſationibus, & judicare, quamvis eſſet adjunctus in cauſa principali, teſte *Martius à Coſta d. annotatione 3. nu. 17.* per eadem met verba, quibus uſi fuimus.

8 Vlterius inquiritur 3. an poſſit Rector juſtitiæ, vel eo deficiente, Cãcellarius ex pluribus recuſatis nominare, ut unus interveniat in declaratione ſuſpicionis alterius: in quo caſu diſtinguendi ſunt duo; primus eſt, quando recuſationes proponuntur contra plures ex eadem causâ: & in iſto caſu non intervenit unus in cauſa aliorum abſque dubio, *Fontanella deciſ. 28. n. 3.* quia cum omnes judicantur ex eadem cauſa, eſſet judicare in cauſa propria; ſecundus eſt quando recuſationes proponuntur ex diverſis cauſis contra plures, & in tali caſu unus cognoſcit de recuſatione alterius argumento *tx. in cap. ſi contra unum de officio delegati in 6.* ubi diſponitur, quòd ſi ex duobus delegatis datis cum clauſula, *quòd ſi non omnes, &c.* & unus recuſatur, alius cognoſcit de hac recuſatione abſque eo, quòd neceſſe ſit recurrere ad arbitros *Seſſe deciſ. 41. n. 8. tom. 1. & 200. à n. 8. tom. 2.* quia in iſto caſu ceſſat affectio ad ſe ipſum, & ceſſant etiam aliæ rationes, ob quas prohibitum eſt judicem ſuſpectum de cauſa ipſa ſuſpicionis cognoſcere, ſi rationem, quam ad hunc propoſitum adducit *Portelles* attendamus *ad Molinam verbo judex ordinarius n. 44.* qui ad hãc opinionẽ adducit etiã *Paris de Puteo de ſyndicatu verbo ſuſpicio n. 7. & Avendanho de exequendo mandat. cap. 23. n. 13.*

11 Vt ſuſpiciones contra plures judices non dicantur ex iiſdem cauſis procedere, ſufficit, quòd ex diverſis conjecturis, deducantur licet non in ſpecie ex diverſis cauſis *portelles ſupra d. n. 44. Fontanella ſupra n. 4. Faber in ſuo Codice lib 3. tit. 4. definitione 2.* ubi deciſum tradit,

tradit, quòd in Senatu Sebuſiano ſuſpiciones unius declarantur per alios recuſatos, ſive ex iiſdem cauſis, ſive ex diverſis procedant.

12 Nobis tamen diſtinctio horum duorum caſuum non placet, imò nobis placet indiſtinctè tenere, quòd quando proponuntur plures recuſationes contrà plures, non poſſe unum judicare de recuſatione alterius, ſive procedat ex eadem, vel diverſa cauſâ cum *Fontanella deciſ.* 28. *a n.* 7. quia durum eſt rem hanc ſic practicare ſine partium approbatione, ſolent enim judices communitèr indignari, cum ſuſpecti allegantur, ut ſupponit *tx. in cap. ſuſpicionis* 39. *de officio, & poteſtate judicis delegati*, ibi: *forſan provocatus*, & injuriam ſibi illatam putant; quia ſemper ſine cauſâ ſe recuſatos putant, ita ſe amant ad tradita *ad tx. in l. litigatores ff. de receptis arbitris Fontanella n.* 8. *Giurb. deciſ.* 54. *n.* 1. qui reſpondent contrarijs.

Cancellarius domûs ſupplica-
13 tionis, & ejus adjuncti; ſi ſemel
ſuſpecti judicentur, nequeunt eſ-
ſe judices in novis ſuſpicionibus,
quamvis cauſæ primæ ſuſpicionis
in inimicitiâ capitali fundatę non
14 eſſent *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 35.
§. 18. *n.* 113. *littera C. & ſic intel-
ligitur Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 16.

15 A ſententia lata per Cancellarium in cauſa recuſationis in qua judicem pronunciavit non ſuſpectum, aggravari poteſt ad ſenatum ut judicatum tradit *Cabedo deciſ.* 207. *per totam Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 1. §. 7. *n.* 2.

Hæc de Cancellario, & de judice cancelariæ, nunc verò de cæteris judicibus recuſationis. In primis de judicibus certis ad cognoſcendum de recuſationis cauſa, nihil amplius nobis dicendum occurrit, quàm quod diximus in principio, *& in cap.* 1. 2. *&* 3. *hujus libri, & alijs in locis.*

Circa verò arbitros aſſumptos
ad judicandam recuſationem op-
poſitam judicibus delegatis extrà
terminos *Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 8.
illud nobis notandum occurrit, 16
quod ſi diſcordent inferenda ſen-
tentia recuſationis, quia unus re-
cuſationem non eſſe probatam di-
judicat, alius autem contrarium
ſentit, ipſi arbitri, & non partes
tertium, qui differentiam videat,
& cum uno ex illis concordet per
ſe, inauditis partibus eligere de-
bent, etſi in electione tertij arbi-
tri etiam diſſentiant, ad ſuperio-
rem recurrere tenentur; qui ter- 17
tium nominet; primùm juxta ter-
minos *tx. in l. in offerendis Cod. de
appellationibus*; ſecundùm juxta
deciſionem *tx. in l. inter partes ff.
de re judicata*. Vtrumque docent
Doctores, quos citavimus *de mu-
nere judicis Orphanorum tract.* 1.
*lib.* 1. *cap.* 12. quibus adde *Fragoſo* 8
*de regimine Reipublicæ Chriſtianæ*
1. *p. lib.* 5. *diſp.* 12. §. 7. *n.* 240. *Guti-
erres practicarum lib.* 1. *q.* 93. *ad fi-
nem Azevedus in curia Piſana lib.*
2. *cap.* 18. *Molina de juſtitia, &
jure*

*jure tractatu 5. diſp.23.nu.12. & 13. Pax in praxi tom.2.p.2.cap.6. n.11. Barboſa in cap.ſuſpicionis 39. de officio, & poteſtate judicis delegati n.3. Ripol.variarum cap. 2.n. 220. Fermoſinus in cap.4.de foro competenti q.29.n.4.*

Quod eſt memoriæ commendandum, quia ex ignorantiâ hujuſmodi certiſſimæ reſolutionis errorem magnum in magno judice obſervavimus.

18 Arbitri ſi non ſubſcribant ſententiam recuſationis intrà terminum, & judex recuſatus inhibeat arbitros, ut poſt terminum non ſubſcribant, & ab hoc appelletur, & recuſatus non recipiat appellationem, committit vim, ac per conſequens competit recurſus ad coronam, ut judicatum dicit *Pegas ad Ord.lib.1,tit.9.§.12.n.679*
19 ubi etiam *n.810.* judicatum dicit judicem Eccleſiaſticum committere vim, & competere recurſum ad coronam, ſi recuſationes non admittat eo prætextu quòd jam cauſam judicatam habet, niſi oſtendat ſtatim in actis ſcriptam ſententiam, quia ei aliter credendũ, non eſt; & ita dicendum eſt, quòd judex ſive eccleſiaſticus, ſive ſæcularis non poteſt rejicere recuſationes dicendo habere prolatam ſententiam niſi eam illicò oſtendat cum infinitis *Valeron de tranſactionibus tit.2.q.4.n.63.*

20 Pendente tempore ad eligendum tertium arbitrum, qui in caſu diſcordiæ alicui ex diſcordantibus aſſentiat, non currit terminus vel præfixus à judice recuſato juxta terminos juris communis, vel à lege ſecundum diſpoſitionem noſtri juris, quia dum non eſt recuſationis judex certus, terminus ſopitus eſt, ut diximus *cap. 15.*

Tertius vel ab ipſiſmet arbitris
electus, vel à ſuperiore datus con 21
cordando cum aliquo ex arbitris ſententiam proferunt vel pro, vel contrà recuſationem ſecundum merita cauſæ, & juris diſpoſitionem *Fermoſinus in cap.ſiquis contra 4.de foro competenti q.13.à n.1. uſque ad 15.& q.29.n.3.4.& 5. & probat tx.in cap.cum ſpeciali 61 de appellationibus.*

Si judex bona fide ſumpſit Aſ-
ſeſſorem, qui viſo proceſſu miſe- 22
rit ſententiam in cauſa à judice pronunciandam, & unus ex litigantibus recuſaverit judicem, nè talis pronunciet ſententiam? an non obſtante tali recuſatione poſſit judex nihilominus talem ſententiam profere? quam quæſtionem excitat *Fermoſinus in cap.ſiquis contra clericum 4. de foro competenti*, & poſt magnam diſputationem reſolvit *q.11.n.13*, quòd poteſt judex non obſtante recuſatione talem pronunciare ſententiam quia tunc judex cùm pronunciet ſententiam illam de conſilio aſſeſſoris non recuſati, non poterit ei aliqua cauſa ſuſpicionis nocere: qui cum ſe ad alterius referat vo-
luntatem *ex cap.novit de appella-* 23
*tionibus*, & ſic poſſumus dicere judicem

dicem

dicem illum in tali ſpecie eſſe tantum merum executorem ad pronunciandum ſententiam ſcriptam & latam ab Aſſeſſore, de quo videndus eſt *Rodrigues de ordinario proceſſu cap.10.n.71.ubi explicat cũ Azevedo in l.10.tit.10.lib. 2. recupilationis, & in l. 15. Covas practicar.cap.26.n.3.*

24 Illud advertendum diximus, quòd in probanda recuſatione minus probant teſtes deponentes de auditu alieno, & fama, quàm in aliqua alia re, de qua agitur probanda, cum facilè recuſantes cauſam recuſationis diffundunt ut teſtes habeant, & facilè teſtes ducuntur ad jurandum de auditu alieno, & fama; ideò caveant judices recuſationis, nè illis ullam etiam minimam fidem adhibeant, niſi deponant cum requiſitis à nobis latè expenſis *de munere judicis Orphanorum tract.1.de inventario lib.1.cap.9. illatione* 22. ubi egregiè de hac re egimus.

25 Formam ſententiæ tam pro recuſatione, quam contrà recuſationem, & omnem praxim circa proceſſum recuſationis à principio uſque ad ſententiam, tradit optimè *Caminha noſter de forma Ordinis recuſationis ibi Martins a Coſta annotatione 51. per totam.*

## CAPUT XX.

A ſententia lata in cauſa recuſationis, an & quando appellari, ſeu aggravari poſſit, & an adverſus illam de nullitate agi poſſit & peti reviſio.

### SUMMARIUM.

1 *De jure Canonico ſine dubio procedit, poſſe appellari ad ſuperiorem de ſententiâ latâ in cauſa recuſationis.*

2 *Noſtro jure inſpecto, ſi arbitri ſuſpiciones probatas judicent, poteſt pars adverſa aggravare ad Præſidem provinciæ, ſeu ad proviſorem, ſi recuſatus ſit judex, aut officialis orphanorum, aut ad quemcumque ſuperiorem.*

3 *Si Præſes, aut Proviſor etiam recuſetur, ſuſpenditur prima recuſatio, dum ſecunda non reſolvitur.*

4 *Judex, ſeu officialis recuſatus non poteſt regularitèr à ſententia recuſationis aggravare aut appellare.*

5 *Si ſententia involvat recuſati honorem, aut intereſſe, permittitur ipſi judici, ſeu officiali ſupplicationem, aut gravamen interponere.*

6 *Quando judex aggravare poteſt ad Præſidem provinciæ, utique etiam poteſt à Præſide ad Senatum, & qua ratione uſque ad num. 19.*

7 Or-

7 *Ordinatio noſtra in 3. titul. 21. §. 8. de judice recuſato non cogitavit.*
8 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione juris communis.*
9 *A ſententia lata per arbitros in cauſa recuſationis, datur appellatio, jure communi attento.*
10 *Arbitri appellationem non recipientes committunt vim, competitque recurſus ad coronam.*
11 *Appellatio cenſetur ſemper permiſſa, ſi expreſsè non prohibeatur.*
12 *Lex tollens remedium appellationis eſt odioſa.*
13 *Lex ſeu ſtatutum odioſum non eſt extendendum.*
14 *Lex nova, juriſque communis correctoria taliter debet interpretari, ut minûs lædat jus commune.*
15 *De jure noſtro validè judicat recuſationis judex ipſam recuſationis cauſam, etiamſi recuſato ſit ſuſpectus, ſi de ejus honore, aut intereſſe non agatur.*
16 *Eodem jure in cauſis ſuſpicionum denegatur reviſio, & quare ibidem.*
17 *Iudice recuſato conceditur remedium reviſionis quando recuſatio involvit intereſſe, vel honorem ipſius judicis.*
18 *Cauſa honoris cuicumque commodo pecuniario præfertur.*
19 *Nec appellatio, nec gravamen de jure noſtro admittitur, à ſententiâ declarante recuſationem non procedere, vel non eſſe probatam, aut legitimam.*
20 *Hoc etiam procedit quando talis ſententia profertur non ab arbitris, ſed ab aliis judicibus ad judicandam recuſationem electis à lege, aut à Rege, quamvis contrarium exiſtat judicatum.*
21 *Variis rationibus corroboratur reſolutio.*
22 *Nec etiam admittitur gravamen, aut appellatio, quando in recuſatione datur mixtura aliarum rerum.*
23 *Prohibitâ appellatione, vel gravamine, non prohibetur nullitatis allegatio.*
24 *Notoria injuſtitia nullitas magna eſt.*

IUris Canonici diſpoſitione inſpectâ appellari poſſe ad ſuperiorem à ſententia lata in cauſa recuſationis, vel pro recuſatione, vel contra recuſationem, nulla eſt dubitatio, ut diximus, & abundè probavimus *lib. 5. capit. 4.* 1

Noſtri Luſitani juris diſpoſitione attentâ diſtinguendum eſt inter caſum, quo recuſationes probatæ judicantur, & inter caſum, quo non probatas eſſe reſolvitur.

In primo caſu eſt ſubdiſtinguendum inter caſum, quo pars 2

contraria appellat, ſeu aggravat; vel judex: in primo membro ſubdiſtinctionis tenendum eſt, quòd ubi recuſatio tractatur coram arbitris electis ſecundum diſpoſitionem *Ordin.lib.3.tit.21.§.8.* pars poteſt, vel per petitionem, vel per inſtrumentum aggravare ad Præſidem provinciæ, quem vocamus correctorem *ex d.§.8.* ſeu ad proviſorem provinciæ, ſi recuſatus ſit judex, aut officialis orphanorum *Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem num.897. Thomè Vaas alleg. 96. num. 60. Pereyra de reviſionibus cap.24.à num.8. Cabed.1.part. deciſ.207.*

3 Si autem Præſes, ſive Proviſor provinciæ ſit ſuſpectus, & recuſetur, durante tempore ſecundæ recuſationis, prima ſuſpenditur, quia, ut diximus *in capit. 15. & 19.* hujus libri, tempus ſuſpenditur, & non currit, dum pars de judice proviſa non eſt, & ultrà ibi allegatos ita evincitur *à Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n. 896.* ubi ait; quòd dies non currunt, niſi poſtquam recuſationes per Advocatũ ſint ſubſcriptę.

Circa alterum diſtinctionis
4 membrum aſſerendum eſt, quòd judex, ſeu officialis recuſatus regularitèr, nec appellare, nec aggravare poteſt, quia ingens videtur indecentia ipſum judicem recuſatum circa materiam ſuæ recuſationis cum recuſante ſubire litigium *Pereyra de reviſionibus cap.24.num.23. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem n.897. Thomè Vas allegatione 96. n. 60. Monteroſ. in praxi tract.5.cap.2.n.10.*

Niſi recuſatio involvat recuſa- 5
ti honorem, aut intereſſe probabile, quia tunc ipſe met judex, ſeu officialis recuſatus poterit aggravare, & ſupplicare. *Pereyra d.n.897. Thomè Vas dict.num.60. Pereyra de reviſionibus cap. 24. à n.27. Lancelotus de attentatis 2.p. cap.6.n.54. Pereyra in promptuario verbo judex quo ad recuſationem, num.889.*

Vtrùm hic recurſus gravami- 6
nis, quem tribuimus judici recuſato tantummodo intelligendus ſit ad Prǣſidem provinciæ ad terminos *Ordin.lib.3.tit.21.§.8.* vel poſſit à Præſide ad ſenatum interponi, nòn ſine fundamento interrogabis? Cui quæſtioni affirmativè reſpondemus cum *Pereyra de reviſionibus capit. 24. à num.37.*

Movemur primò, quia *Ordin.* 7
*noſtra lib.3.tit.21.§.8.* nullatenùs cogitavit de judice recuſato, ſed de partibus collitigantibus, ut ex ipſa patet, & tenet *Pereyra d.cap. 24.n.38.* & hic caſus fuit omiſſus in *Ordin. Pereyra n. 46.* Atqui ca-
ſus omiſſus in ſtatutis, ſeu legibus 8
particularibus manet in diſpoſitione juris communis, ut reſolvit *tx.in l.cõmodiſſimè ff.de liberis, & poſthumis Larrea alleg. 45. nũ. 17.*

cum

*cum pluribus Pereyra d.nu.*46.& a-
9 pud nos probatur *ex Ord.lib.*3.*tit.*
61.in principio, & ſecundùm jus
cõmune datur appellatio à ſenten
tia lata per arbitros in cauſa recu-
ſationis *ex tx.in cap.ab arbitris* 11.
*de officio,& poteſtate judicis delega*
*ti in* 6.*ubi Barb.a n.*1.*uſque ad* 8.*tx*
*in cap.legitim.* 2.*de appellationib.in*
10 6.*Pereyr.n.*40.in tantum, ut ſi ar-
bitri nõ recipiant appellationem
in cauſa recuſationis, committunt
vim,& competit recurſus ad coro
nã,ut judicatũ tradit *Peg. ad Ord.*
*lib.*1.*tit.*9.§.12.*n.*829. *Salgado. de*
11 *protectione Reg.*1.*p.cap.*2.§.3.*n.*4.
cum ſemper cenſeatur permiſſa,
niſi ſpecialitèr prohibita reperia-
tur *ex l.* 1. *ff. de appellationibus*, *in*
*ſpecie Pereyra dict. numer.* 4. *Fon-*
*tanella deciſ.* 26.*numer.* 1. Ergo,
&c.

12 Iterum movetur, quia *Ordi-*
*natio noſtra* quatenus removet in
cauſa recuſationis appellationis
remedium, eſt odioſa, & præju-
dicialis, ut potè tollens remedi-
um naturale, & favorabile, in
quo naturalis defenſio contine-
tur *ex l.* 1. *ff. de appellationibus.*
*capit. cum ſpeciali* 61. §. *porro de*
*appellationibus*, *& diximus la-*
*tè de munere judicis orphanorum*
*tract.*1.*lib.* 1. *capit.* 1. *& tract.* 2.
13 *lib.* 8. *capit.* 1. Atqui lex, ſeu ſta-
tutum odioſum, & pænale non
eſt extendendum de perſona ad
perſonam, ut cum multis do-
cet *Pereyra ſupra numer.*42. *&*
*nos latè diximus dict. tract.*1.*lib.*
3. *capit.* 3. Ergò Ordinatio no-
ſtra removens appellationem in
causâ recuſationis collitiganti-
bus non eſt extendenda ad re-
cuſatum, de quo non loqui-
tur.

Item movemur, quia *Ordina-*
*tio* noſtra ſic diſponens eſt corre-
ctoria juris communis, ut ſuprà
probavimus, & tenet *Pereyra nu-*
*mer.* 49. Atqui lex nova Correc-
toria juris communis ſemper de- 14
bet interpretari, quominùs læ-
dat jus commune *ex l.* 2. *ff. de*
*noxalibus actionibus*, *cum pluri-*
*bus Valenſuela conſ.* 23. *num.* 69.
*& nos dict. cap.* 3. Ergo ad judi-
cem, de quo non loquitur exten-
denda non eſt.

Rurſus ſententiam noſtram 15
*ex eadem Ordin. lib.* 1. *titul.* 2. §.
8. *& titul.* 4. §. 5. *& titul.* 14. §.
3. comprobamus, ubi diſponi-
tur, quòd judex recuſationis va-
lidè judicat cauſam recuſatio-
nis, licèt ſuſpectus ſit judici re-
cuſato, dummodò in recuſatio-
ne non agatur de recuſati judi-
cis honore, aut intereſſe, ſic di-
verſo modo ſtatuens in uno,quàm
in alio caſu: ſimilitèr ergo ſta-
tuiſſet in terminis Ordinationis
*lib.* 3. *titul.* 21. §. 8. Si de recuſa-
ti judicis præjudicio quo ad illi-
us honorem, aut intereſſe cogi-
taſſet *Pereyra dict. cap.* 24. *numer.*
44.45.*&* 46.

Propterea movemur, quia 16
quamvis juxta *Ordin. lib.* 3. *titul.*
95. §. 12. in cauſis recuſationum
re-

reviſio denegetur, ut probat *Pereyra de reviſionibus cap.24.per totum Barboſa in dict.§.12. Valaſc. conſ.51.n.50. Mendes in praxi lib. 3.cap.20.nu.12. Fontanella deciſ. 26.n.2.& 4. Thomè Vaas alleg. 90.n.2.* tum quia ſcilicet in recuſatione prohibetur appellatio *ex Ord.lib.3.tit.21.§.8.&* §. 20. *&* *titul.* 23. *in principio*, ita & reviſio *Valaſcus ſupra nu. 53. Pereyra ſupra n.3. Pegas ad novum regimien ſenatus Palatini §.34.cap.29.n.4. & ad Ord.lib.1.tit.3.§.34.gloſ.91 n.2.* tũ quia quo ad recuſatum operatur prohibitionem odium recuſantis, quo ad aliam partem eadẽ prohibitio provenit ex favore finiendarum litium, *Pereyra d. cap. 34.n.5.& 12.*

Et tamen quando recuſatio ju-
17 dicis involvit vel intereſſe recuſati, vel honorem, conceditur, ut quo ad primum ait *Pereyra n.29.* & quo ad ſecundum *à nu.* 30. quia bono judici oneróſior eſt opinionis factura, quàm emolumenti ademptio, quoniam honoris cauſa
18 prævalet cuicumque commodo pecuniario *ex l.Iulianus 26.§.non enim ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti l.miles 11.§.ſocer ff.ad legem Iuliam de adulterijs*, & conſtat ex ſacra pagina *cap.41.Eccleſiaſtici* ibi: *curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni*, traditque *Divus Ambroſius lib.* 3. *officiorum cap.4.* ibi: *quis enim vitium corporis, aut patrimonij damnũ non levius ducet vitio animi, & exiſtimationis diſpendio*, pluribus etiam comprobabimus capite ſequẽti: ergo eodem modo appellationi locus erit.

Redeundo ad ſecundam partẽ 19
diſtinctionis propoſitæ in §. *Noſtri Luſitani* tenemus quòd, à ſententia declarante recuſationem non procedere, vel non eſſe probatam, aut legitimam, appellatio ſeu gravamen interponi non poteſt, quàmvis *Cabed.1.p.deciſ.107 Thomè Vaas alleg.96.n.62. Pereyra in promptuario juris verbo judex quo ad recuſationem*, referant judicatum in noſtro ſenatu, quòd recuſans poterat per petitionem gravaminis conqueri de ſententia lata contrà recuſationem, & illa via provideri, quando non per judices arbitros juxta formam *Ord. lib. 3. §.8.* ſed per alios judices à lege, vel à Rege electos ad judicandam recuſationem illius: quæſtio reſolvitur *apud Pegas ad Ord. lib. 1. tit.1.§.7.n.2.*

Cæterùm in contrarium ſtare
maiorem veritatis probabilitatem 20
exiſtimamus cum *Pereyra de reviſionibus cap.24.à n.9. qui nu. 19.* pro hac parte judicatum tradit in
ſenatu: primo quia nulla congrua 21
ratio diverſitatis aſſignari valet, cur appellatio, ſeu gravamen non permittatur à ſententiã ab arbitris electis ſecundum formam Ordinationis, & cur permittatur, quando profertur à judice, vel à lege, Regevè dato, cùm in utroque caſu

adſit

adſit favor finiendarum litium, & odium recuſationis, ut jam diximus. *Pereyra cap.24.n.* 11. *&* 12. quod non immutatur ex perſonis judicantium, ut egregiè conſiderat *Pereyra n.*13. ubi ait, eſſet ad faciliorem prohibitionem gravaminis, cum melius præſumendum erat de judice juriſperito à lege, vel à Rege dato, quàm de arbitris à partibus electis.

Secundo, quia *Ord.d.*§.8. gravamen interponendum ab arbitrorum ſententiâ permittit, à Præſidis verò definitione denegavit: ergo melior præſumptio favet judici à lege dato, quàm arbitris à partibus electis.

Tertio quia recuſationis expeditio finalitèr terminanda eſt intra illud temporis ſpatium ſtatutũ *in* §.21. *&* 22. *Coſta annotatione* 3. *n.*23. *Pereyra d.cap.*24.*n.*15. *& n.* 7. *diximus in cap.*15. & intra ſtatutum terminum terminari non poteſt, ſi gravaminis, vel appellationis interpoſitio ad ſenatum admitteretur, maximè recuſatis judicibus in partibus remotis *Pereyra d. n.*15. *qui n.* 16. reſpondet ad contraria ſundamenta *n.*14.

22 Appellari autem, aut aggravari an poſſit in cauſis ſuſpicionis, quando in declaratione eſt mixtura aliarum rerum quærit *Fontanella deciſ.*26.*n.*4. & relatis pro una, & altera parte fundamentis, deciſum tradit in ſenatu Cathaloniæ *n.* 14. quòd ſupplicationem ſenatus non admiſit à declaratione factà cum mixtura alterius rei, quia mixtura non efficit, ut ſuper omnibus admittatur appellatio, ſed ſuper eo, quod ſuperadditur *Fontanella n.*12. *Afflictis deciſ.*77. *per totam.*

Etiam in caſu, quo prohibetur gravamen, ſeu appellatio, non prohibetur nullitatis allegatio ex regula dictante, quòd appellatione prohibitâ, non cenſetur prohibita dictio de nullitate *Fontanella deciſ.*26.*n.*16. *Cancer.*3. *variarum cap.*18.*n.*21. *& nos latiſsimè tradidimus de munere judicis orphanorum tract.*1.*lib.*8.*cap.*3. & ita in terminis reſolvit *Fontanella ſuprà n.* 22. *Ponte deciſ.*30. ubi etiam quod nullitas quoad intentum dicitur notoria injuſtitia, quæ eſt nullitas fortior alijs, *Fontanella n.* 18. 19. *&* 20. *& nos latè d.lib.*8.*cap.*4. & etiam poſt terminum allegari poteſt, dummodò proponatur in ſpecie, & non in genere, *Fontanella num.*24. 23 24

## CAPUT XXI.

An Iudici, ſeu officiali recuſato, & pro non tali judicato actio injuriarum competat, & quando?

### SUMMARIUM.

1 *Iudici, vel officiali ignominioſa, ſeu ſcandaloſa recuſatione recuſato, competit actio injuriarum, ſi non probetur.*

2 *Excipiens contra teſtes ipſos infa-*

*infamando, tenetur actione injuriarum, ſi exceptionem non probavit.*

3 *Iudici fit injuria, ſi in judicio infertur aliquod convitium, quod non pertinet ad rem libelli, ſeu cauſæ.*

4 *Recuſans judicem ex cauſa infami, aut criminoſâ, ſeveriſſimè puniri debet, ſi in probatione ſuccummbat.*

5 *Honori Iudicis nihil poteſt comparari, ejuſque amiſſio morti aſſimilatur.*

6 *Apud bonos viros maior reputatur metus amittendæ famæ, quam vitæ, quod varijs authoritatibus comprobatur.*

7 *Filij æternam faciunt memoriam parentum.*

8 *Filijs honor eſt parentum honor.*

9 *Exponitur conſilium Emmanuelis Barboſæ.*

1 Recuſato judici, ſeu officiali competere actionem injuriarum, quando recuſatio eſt ſcandaloſa, ignominioſa, ſeu injurioſa, & vera non probatur, ex multis demonſtratur; primò quia ex-
2 cipiens contra teſtes ipſos infamãdo, injuriarum actione tenetur, ſi infamatoriam exceptionem non probavit cum multis *Barboſa ad Ord. lib.3.tit.58.§.5.nu.2. Clarus lib.5.§.fin.q.53.nu.4. Pax in praxi tom.1.p.1.numer.22. Curia Philipica p.1.§ 17.n.13. Farinacius in praxi p.3.q.105.n.233. Boerius deciſ.245. cum multis Pegas ad Ord. lib.1.tit.65.§.25.n.81. Barboſa in repertorio juris verbo injuria, Aylon ad Gomes 3.variar.cap.6.nu.2. Mendes in praxi 2.p.lib.3.cap.13. num.4.* Ergo ſimilitèr recuſans actione injuriarum tenebitur, ſi in probatione recuſationis infamatoriç defecerit.

Secundo, quia injuria dicitur 3
illata in judicio animo injuriandi, quando infertur aliquod convitium, quod non pertinet, nec facit ad propoſitum libelli, ſeu cauſæ, de qua tractatur, & ob tale convitium actio injuriarum moveri poteſt, *Farinacius d.q. 105. num. 259. Barboſa in repertorio verbo injuria, Aylon ad Gomes 3.var.cap. 6.n.3. Mendes in praxi 2.p.lib.3. cap.19.n.15. Pegas ſuprà num. 80. Ord.lib.3.tit.20.§.34. ubi Barboſa* advertit advocatos à Canina facundia ſe temperare debere: ergo recuſans non probans recuſationem infamatoriam actione injuriarum à recuſato conveniri poteſt; & ita in terminis docet *Pegas ad Ord.lib.1.tit.65.§.25.n. 80.*

Severiſſimè puniri debet recu- 4
ſans judicem ex cauſa infami, & criminoſâ, ſi in probatione & in cauſa ſuccumbat, tum quia injuriam intulit ei, quem honorare, venerari, & timere tenetur ex di- 5
ctis *lib.3.cap.* 14. tum quia honorem judicis lædit, cui nihil comparari poteſt, cui nihil eſt par: nam vitę defenſio, & honoris pari paſſu procedunt, cujus amiſſio morti

morti æquiparatur *ex l. juſta 9. ubi gloſſa ff. de manumiſſ. vindict. ex alijs Grac. forenſ. cap. 110. n. 21.* maior quę bonis viris reputatur metus incuſſus amittendæ famæ, quã vitæ. *l. iſti quidem 8. §. 2. ff. quod metus cauſa, & probatur ex illo Divi Pauli ad Corinthios epiſtola 1. cap. 9.* ibi *bonum eſt enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet, & Divus Auguſt. in tx. in cap. non ſunt 56. 11. q. 3.* damnat illos, qui famam, & opinionem ſuam parvi faciunt, ibi: *proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benè facit, quis autem etiam famam, & in alios miſericors eſt; nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra alijs fama noſtra, & lib. de Civitate Dei cap. 19.* ſcribit, propriæ famæ eſſe conſulendum non ob laudem humanam, ſed ob alienam utilitatem, nè ſcilicèt malo exemplo alios ad mala moveat, *& in textu in cap. nullo 10. 12. q. 1.* inquit, *duo nobis fore neceſſaria, cõſcientiam, & famam, conſcientiam noſtri ſola cauſa, famam cauſa proximi.*

6

*Dat opes homini Deus ſibi poſcit honorem.*
*Ergo divitijs ante ponendus honor.*

Melius eſt nomen bonum, quã unguenta pretioſa, & dies mortis, dies nativitatis, ut patet *in cap. 7. Eccleſiaſtes*, & melius nomen bonum, quàm divitiæ multæ, ut probatur *ex cap. 22. proverbiorũ*; quare *Divus Gregorius in Math. ſic ſcribit, nihil enim ita pecunias concupiſcere facit, ut gloriæ cupido, propter hanc namque famulorum greges, equos auro opertos, & argenteas menſas expetunt homines, non ut utilitatem, aut voluntatem impleant ſed ut multis oſtendantur* & Stubeus ſermone 46. *plus tibi curæ ſit, ut honeſtam famam, quàm divitias ingentes liberis relinquas, nam hæ mortales ſunt, illa verò immortalis inquit*, quia ex Cicerone pro Marco: *non vita hæc dicenda eſt, quæ corpore, & ſpiritu continetur, illa inquam, illa vita eſt quæ viget memoria ſæculorum omni; quam poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper intuetur*, idem, licet verbis alijs non minùs eruditis pro Milone dixit *ex omnibus præmijs virtutis ampliſſimum eſt præmium gloriæ quæ vitæ brevitatem poſteritatis memoriam conſolatur, quæ efficit, ut abſentes adſimus, mortui vivamus, cujus gradibus etiam homines in cælum videntur aſcendere.* Vide *quæ diximus in noſtra ſchola morali paleſtra ſecunda lectione 7. &* 8.

Teſte caliſtrato in lege *liberum* 7
228. *§. propter hæc ff. de verborum ſignificatione. Etenim idcircò filios, filiaſvè concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum, earumvè diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus, cùm natura utrumque corpus ediderit, ut maneat ſuis viribus immortalis ex l. 14. in principio cod. de legitimis hæredibus, & in Auth. de nuptijs in principio*; quarè de

8 quarè de honore ſuo maximè quis curare debet, ex eo enim nobilitantur filij, quibus gloria eſt parẽtum honor, ipſique ubique cognoſcuntur, ubique parentum gloria extenditur, & ipſi parentes per filios laudantur *Valenſ. conſ. 95. n. 33. Grat. cap. 108. n. 55. Caſſiodorus lib. 2. Epiſtolarum*; meritò igitur *Plato ſic dixit.*

*Ego ſi bonam famam mihi ſervavero, ſat dives ero.*

Ex quibus mirum nõ erit, quod actio injuriarum recuſato competat adverſus ſuccumbẽtem in probatione infamatoriæ recuſationis,
9 idcircò *Barboſa ad Ord. lib. 3. titul 21. §. 4. n. 6.* ſic ait: *Advocatus maximè attendere debet, nè verba aliqua injurioſa ponat; quæ ſi probare non potuerit, tenebitur actione injuriarum Bajard. ad Clarum § fin. q. 43. n. 7. Cavalcan. 2. p. deciſ. 28. nu. 108. Farinacius in praxi criminali p. 3. q. 105. a n. 233. cum ſequentibus*

## CAPUT XXII.

Iudicatâ recuſatione, ad quem ſit remittenda deciſio cauſæ, ob quam recuſatio fuit oppoſita.

### SUMMARIUM.

1 *Iudice recuſato ſuſpenditur proceſſus curſus, donec recuſatio finalitèr terminetur.*

2 *Per recuſationem juriſdictio nõ aufertur, ſed ſuſpenditur.*

3 *Recuſatione judicata, judex alter loco recuſati aſſumitur, vel partium arbitratu, vel ex electione illius, qui eũ dare poteſt.*

4 *Attenta diſpoſitione juris Canonici, qua utimur, judex recuſationis de cauſa principali cognoſcere non poteſt.*

5 *Diſtincta, & ordinatim diviſa melius intelliguntur.*

6 *Traditur ex Pegas quis judicem debeat dare loco recuſati, & num. 25.*

7 *Cancellarius domus non poteſt aſſumere adjunctos ad cognitionem cauſarum, in quibus Rector ſuſpectus habetur, ſecùs in Cancellario maximo procedit.*

8 *Cancellarius, qui ſenatorem ſuſpectum judicavit, dat judicem in illa cauſa, ſecùs in alijs inter eaſdem partes verſantibus.*

9 *Reſolvitur cum Pegas, quòd ad Cancellarium, qui ſenatorem judicavit ſuſpectum pertinet nominare judicem non ſolùm ad cauſam præſentem, in qua recuſatus fuit, ſed etiam ad futuras.*

10 *Ad illum, ad quem ſpectat dare judicem loco recuſatorum, ſpectat etiam cognoſcere de dubijs ortis ſuper judicem datum*

11 *Si in ſenatu agatur de cauſa Rectoris, vel ſui conſanguinei, aut affinis, non erit præſens Rector, Cancellarius, aut ſenator.*

12 *Hos etiam locum obtinet in omnibus*

*ribus miniſtris , & ſenatoribus cujuſcumque tribunalis.*

13 *Præſes provinciæ , vel eo abſente Proviſor vocatur ex regimine Fiſcali ad cognoſcendum de cauſa in qua Fiſci judex fuit judicatus ſuſpectus.*

14 *Senator , aut judex , qui ſe cognoſcit ſuſpectum tenetur ſuſpicionem intra triduum agnoſcere.*

15 *Demonſtratur ad quod tenetur, ſi poſt triduum juret ſe ſuſpectum eſſe.*

16 *Senator tenetur tradere cauſam , in qua ſuſpectus fuit judicatus à die petitionis uſque ad ſequentem , ſi ei legitimè conſtiterit ſe judicatum eſſe ſuſpectum.*

17 *Si cauſam in prædicto termino non tradiderit , cogitur ad id à Rectore , ſeu gubernatore , & in amiſſione quartæ partis redditûs unius anni punitur.*

18 *Si Prætor à Rege datus ad aliquem caſum criminalem ſuſpectus judicetur, ſolus Rex loco illius alium ſubſtituere poteſt.*

19 *Cognitio gravaminis ab iſto Prætore interpoſiti ad ſolos ſenatores gravaminum ſpectat.*

20 *Si Rectori juſtitiæ , ſeu Gubernatori competat nominare judices loco recuſatorum, illo ſuſpecto , nominabit Cancellarius,& ſi iſte ſenator gravaminum antiquior.*

21 *Subſtitutus recuſati non poteſt nominari ad cognitionem cauſæ.*

22 *Si ob judicatam recuſationem à ſuo judice fuerit cauſa deducta ad arbitros à partibus electos, non poteſt poſteà ab ipſis amoveri,etiamſi veniat judex qui partibus ſuſpectus non ſit.*

23 *Si ſuſpicio procedit ex decreto ſenatûs cognoſcitur de illa,& finalitèr deciditur , etiamſi ſenatori recuſato averbata non ſit.*

24 *Non Cancellarius , ſed judices ſummarij,cognoſcunt de recuſatione oppoſita uni ex judicibus in cauſis ſummarijs delinquentium.*

25 *Traditur ad quos Iudices, jure noſtro attento remittenda ſit cognitio cauſæ ſuſpecto ſenatore , Præſide provinciæ, Auditore, Iudice Foraneo , vel alio quocumque judice,& n.6.*

26 *Appellari non poteſt, omiſſo medio , etiam quando judex ad quem ſuſpectus fuit judicatus aut ſe eſſe ſuſpectum confitetur,tam communi,quàm Regio jure attento.*

27 *De jure Canonico ſolùm appellari poteſt omiſſo medio , ſi appelletur expreſſè ad Summum Pontificem.*

28 *Si Iudex ſæcularis , ad quem gravamen , vel appellatio interpoſitur fuerit ſuſpectus,obſervabit formam in Ord.in 3. tit.24.§.1.*

29 *Si verò eccleſiaſticus ſervabit diſpoſitionem juris Canonici, de qua in cap. 4. de foro competenti, & in cap. cum ſpeciali 61. de appellat.*

30 *Quando recuſantur officiales Epiſcopi, alij non ſuſpecti ab ipſo Epiſcopo petendi ſunt.*

31 *Si unus ex magiſtratibus Vlyſiponenſibus, aut Portuenſibus ſuſpectus ſit judicatus, collega de cauſa cognoſcere poteſt, & ipſi eſt remittenda; & quare.*

32 *Secùs eſt dicendum, ſi unus ex judicibus ordinarijs unius loci fuerit ſuſpectus.*

33 *Oſtenditur, ad quem remittenda ſit cauſa, ſuſpecto uno judice ex ordinarijs, & numer. 25.*

34 *Suſpecto uno ex ædilibus, alter de cauſa ſolùm cognoſcere poteſt.*

SEd ut receptui canamus, & tot vexata fluctibus noſtræ tractationis navicula optatũ portum, quem jam velut umbram non procul aſpicimus, tandem appellat; ultimo hoc in capite de remiſſione cauſæ, judicata recuſatione, brevitate laconica nonnulla perſtringemus.

1 Quando recuſatur judex, non committitur proceſſus alij, ſed ſuſpenditur ejus curſus, donec recuſatio finaliter terminetur, ut diximus *lib. 5. capit. 7.* traduntque *Pereyra in promptuario juris verbo judex quoad recuſationem numer. 898. Thomè Vaas allegat. 96. numer. 66. Barboſa in cap. ſi contra unum 4. de officio delegati in 6. numer. 16.* ubi tradit, quòd recuſationis probatione pendente coram delegatis, quibus data eſt poteſtas, ut ſinguli in ſolidum de cauſa cognoſcant, 2
non poteſt Collega in principali procedere, quia per recuſationem juriſdictio non aufertur, ſed ſuſpenditur. *Pereyra ſuprà numer. 888. & 898. Thomè Vaas ſupra num. 5. & 63. ubi alios citant. Fermoſinus infra numer. 15. Pegas ad Ordin. lib. 1. titul. 35. littera R. numero 1. & 18.*

Verùm judicata recuſatione 3
loco recuſati aſſumitur alius, vel arbitratu partium, vel ex commiſſione ejus, qui dare poteſt *Thomè Vaas allegat. 96. numer. 66. Pereyra dict. n. 898. Barboſa in cap. cum ſpeciali 61. de appellationibus num. 1. cum multis Fermoſinus ad text. in cap. ſi quis contra 4. de foro competenti q. 19. num. 17.* quia arbitri, & cæteri judices recuſati- 4
onis de cauſa principali cognoſcere non poſſunt, attentâ diſpoſitione juris Canonici, quo utimur, *Fermoſinus dict. numer. 17. Iacobus Laurentius de judice, ſuſpecto capit. 5. num. 35. & 36. Thuſcus verbo ſuſpectus concluſ. 911. numer. 3. Farinac. in fragmentis 2. p. numer. 926. Gaillus lib. 1. obſ. 33. nume. 15. & 16. Covas, practicarum cap. 26. n. 5. ibi Farian. 48.*

Iudi-

Iudicatâ recuſatione, cui cauſa decidenda committatur, erit labor præſentis capitis; & quia diviſa, & ordinatim diſtincta me-
5 lius intelliguntur *ex l. 1. in principio ff. de doli exceptione junctâ gloſa ibi §. non uſque Inſtituta de legatis*, & quia ordo difficillimis intellectum præbet, & in ordinata, confuſionem pariunt *ex Authentic. de hæredibus, & Falcidiâ §. his igitur* diviſim procedemus, ſed cum brevitate.

6 Semel quod judices judicentur recuſati, quis debeat judicem loco recuſati dare tradit *ex Thome Vaas alleg. 71. num. 7. Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 7. gloſa 23. n. 14.* ibi *quod ſi recuſatur aliquis ex miniſtris curiarum, in quos cadit recuſatio, & ipſe judicatur ſuſpectus vel ſe ſuſpectum fatetur, poſt recuſationem admiſſam, ad Cancellarium pertinet alij commiſsionem facere loco ſuſpecti, ſi autem fiat recuſatio coram Rectore, vel Gubernatore ſenatorio, qui in menſa extat ad deciſionem cauſæ, vel quando ſpecie ſuſpectũ ſe fatetur ante ſuſpicionẽ admiſſam, Rector, vel Gubernator facit cõmiſsionẽ ex Ord. lib. 1. tit. 4. §. 4. & lib. 3. tit. 24. §. 1. ſin autẽ ſint alij judices inferiores, aſſumũtur arbitri loco ipſorũ ad cognitionẽ, & deciſionẽ cauſæ; ſi vero datus judex per reſcriptũ Regiũ, datur alijs ex cõmiſſione impetrata a ſenatoribus Palatinis ex ſuo regimin. §. 96. & loco* dos vedores da fazenda, *quando recusãtur, & ſuſpecti eſſe recuſantibus, judicantur per Cancellarium majorem ſolus Rex facit commiſsionem ex noſtra Ordin. hic explicata, de quo vide ad titul. gloſam 98. & eodem modo pertinet ad Regem noſtrum, & non ad Tribunal Menſæ Conſcieentiæ, & Ordinum nominatio judicum ad delendam ſuſpitionem oblatam adverſus Reformatorem Univerſitatis Conimbricenſis, aut contra adjunctos ejus per Regis epiſtolam, de qua in lib. 9. Senatus ſupplicationis pag. 98.* hactenùs *Pegas*, qui etiam prædicta ferè verba mutuatus fuit a *Thomè Vaas numer. 70.* & de hac re eſt videndus *Pegas lib. 1. titul. 4. §. 4. gloſa 8. & maximè numer. 3. Coſta annottat. 3. à num. 6. per totum.*

7 Cancellarius domus non poteſt aſſumere ad ſuſpiciones cauſarum, in quibus Rector ſuſpectus habetur. Aliud de Cancellario maximo dicendum eſt, qui poteſt aſſumere Adjunctos, quos voluerit, & in domo ſua expedire ex proviſione Regiâ, quam habet, teſte *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 35. §. 8. littera C. n. 1, qui nu. 2.* ibi tradit quòd Cancellarius, qui 8 Senatorem ſuſpectum judicavit, judicem in illa cauſa dat, ſecùs in alijs inter eaſdem partes verſantibus, in quibus Rectorem juſtitiæ tantùm judices nominare, & dare poſſe judicatum tradit.

9 Sed difficultas eſt, quando aliquis ſenator per Cancellarium ſuſpectus judicatur non ſolùm

in cauſa præſenti, in qua recuſatus fuit, ſed etiam in futuris ad quem ſpectet judicem dare, qui cognoſcat de cauſis omnibus recuſantis, ad ipſum Cancellarium, an ad juſtitiæ Rectorem, an ad gubernatorem? Ad Cancellarium ſpectare probat *Ord.lib.1.tit.4.§.4.ubi gloſa 6.n.12.* ſic defendit *Pegas*, non obſtante, quòd ſenatus noſter cõtrarium judicavit.

10 Memoriæ hoc illud eſt tradendum, quòd ad illum, ad quem pertinet nominare judicem loco recuſatorum, ſpectat etiam cognoſcere de dubijs ortis ſuper judicem datum, ſcilicet, an poſſit, vel non eſſe judex *Pegas ad Ord. lib. 1.tit.4.§.4.gloſa 6.n.13.*

11 Etiam illud non eſt oblivioni
tradendum, quòd ſi agatur in ſenatu de cauſa Rectoris, Cancellarij, aut ſenatoris, vel ſui conſanguinei, aut affinis, Rector Cancellarius, ſeu ſenator non debet eſſe præſens, ut probatur *ex Ord.*
12 *lib.1.tit.4.§.5.ibi Pegas gloſa 7.n.1*
quod generale, ut in omnibus miniſtris, & ſenatoribus omnium tribunalium, ut conſtat ex Regia, epiſtola, de qua *in lib. 9. Senatus ſupplicationis pagina* 171. *& ex alia paginâ*.187.

Iudicibus Fiſci Sanctæ Inquiſi-
13 tionis ſuſpectis judicatis non eligitur judex, qui de cauſa cognoſcat, ſed de ea cognoſcere debet ex Regimine *Fiſcali cap.* 42. Præſes provinciæ, & in ſua abſentia, Proviſor.

Senator, vel quicumque alius
judex, qui ſe ſuſpectum agnoverit, 14
intra triduum tenetur ſuſpicionem agnoſcere, & ſi poſt triduum ſe ſuſpectum juret, tenetur 15
partibus ſolvere expenſas retardationis duplicatas, & manet ſuſpenſus, donec certitudinem ſolutionis exhibuerit *ex Ord.lib.3.tit.21. §. 18. ubi Barboſa*; *Cabedo deciſ. 64.n.7.*

Senator ubi primùm ei conſtiterit 16
eſſe judicatum ſuſpectum, vel per certitudinem, vel per ſententiam *ex Ord.lib.3.tit.21.§. 20.* tradere tenetur cauſam, in qua ſuſpectus judicatus fuit, ſenatori, aut ſcribæ, quibus pertinet à die petitionis uſque ad ſequentem, aliâs à Rectore, aut Gubernatore
ad id eſt cogendus, & inſimul ip- 17
ſo jure eſt multactus in amiſſione quartæ partis ſalarij ſibi annuatim conſignati *ex Ord.lib.3.tit.21. §.7.*

Si Prętor aliquis ad aliquem
caſum criminalem datus à Rege 18
tamquam ſuſpectus judicetur, loco illius ſolus Rex alium ſubſtitu-
ere poteſt, & ſi contingat ab illo 19
gravamen interponi, debet pertinere ad ſenatores gravaminum, non ad Prætorem criminalem, ut judicatum *tradit Barboſa ad Ord. lib.3.tit.21.§.7.n. 1.*

Vbi Rectori juſtitiæ, ſeu Gu- 20
bernatori competit nominare judices loco recuſatorum, ſi ille ſit ſuſpectus, nominabit Cancellarius, & ſi iſte etiam impediatur ſenator gravaminum antiquior *Pegas*

*gas ad Ord,lib.*1.*tit.*1.§.48.*gloſa* 174.*a n.*1.

21 Nominari an poſſit ad cognitionem cauſæ ſubſtitutus recuſati aliquandò dubitatum fuit, & negativè reſolutum, teſte *Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*1.§.15.*gloſa* 98.*n.*4. quia cum judex proprietarius eſt ſuſpectus, ſubſtitutus cognoſcere non poteſt, & eſt removendus, quia ſubrogatur cum eiſdem qualitatibus. *Pegas d. nu.* 4. de qua re eſt videndus *Giurba deciſ.* 70. *per totam.*

22 Aliquandò dubitatum eſſe tradit *Barboſa ad Ord.lib.*3.*tit.*21.§. 6.*n.*1. Vtrùm cauſa, de qua cognoſcunt Arbitri ex partium conſenſu electi ob judicatam recuſationem judicis, ad quem ejus cognitio de jure pertinebat, ſit ab Arbitris removenda, ſi poſteà, veniat judex, qui partibus ſuſpectus non ſit & ibi pro negativa parte tradit judicatum, & idem tradit *Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*4.§.4.*gloſa* 6.*n.*11.*ex Francodeciſ.*719.*Giurb. obſ.*102.*n.*19.ubi etiam, quod cauſa alteri commiſſa ob ſuſpicionem judicis etiam quod primo ſuſpecto recuſato, alius ſufficiatur non ſuſpectus, remanet cauſa penès eum, cui ob remotionem commiſſa fuit, non habità conſideratione primi jam remoti: quia ab eo penitùs cauſa abdicata eſt.

23 Et eſt notandum, quod ſi ſuſpicio procedat per decretum ſenatùs, quamvis per errorem, aut omiſſionem ſuſpicio non fuit a verbata ſenatori recuſato, hoc non obſtante, de illa cognoſcitur, & finalitèr deciditur, quia ad hoc ſufficit depoſitio illius, & ejus notitia, ut judicatum tradit *Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*4.§.4.*gloſa* 6.*n.*4.ubi etiam inquit, quòd Cancellarius non cognoſcit de recuſatione in cauſis ſummarijs delinquentium, de quibus in *Ord.lib.*1.*tit.*1.§. 16. ſed judices ſummarij, & ita in praxi obſervari atteſtatur. 24

Attenta diſpoſitione noſtræ Ordinationis *lib.*3.*tit.*24.§.1, loco ſenatoris, qui ſe ſuſpectum agnovit, Rector domùs Vlyſiponenſis & Gubernator Portuenſis alium ſenatorem nominat, & loco Præſidis provinciæ, aut Auditoris Ordinum Militarium, ſeu dominorum terrarum, aut judicis forenſis cauſa decidenda committitur viro bono, qui, quantum fieri poſſit, dari debet ab ipſo recuſato de partium placito, & loco alterius cujuſcumque judicis, qui ex prædictis non ſit judicibus, qui prędicto munere proximo anno functi fuere, ſi ſuſpecti non ſunt, nam in tali caſu remittenda eſt cauſa viro bono loci ex partium placito, quantum poſſibile fuerit, ut totum reſolvitur *in d.* §.1. *Thomè Vaas alleg.*69.*n.*7. & 8. 25

Ingens profectò eſt quæſtio, utrùm omiſſo medio poſſit appellari, quando ſuperior, ad quem de jure appellatio erat interponenda, ſit judicatus ſuſpectus, vel ipſe ſe eſſe ſuſpectum ingenuè fitea- 26

fiteatur, de qua agit *Thomè Vaas. allegat. 69.* per totam, ubi poſt
multa tradit, quòd de jure Civi-
li, & noſtro Luſitano; nec poteſt
appellari, nec aggravari, omiſſo
medio, etiam in caſu propoſito,
quod expreſsè probatur ex noſtra
*Ord.lib.3.tit.*24.§.1. & quòd pro-
cedit etiam de jure Canonico,
niſi appelletur ad Summum Pon-
27 tificem nomine expreſſo, quia
tunc omiſſo medio appellari po-
teſt ex *capite ſi duabus 37. cap. ſol-
licitudinem 54. de appellationibus*
28 *ibi DD.* Sed appellandum, & ag-
gravandum eſt ad ſuperiorem,
quamvis ſuſpectum judicatum,
qui ſi fuerit ſęcularis, ſervabit
29 formam traditam *in d.*§.1. ſi eccle-
ſiaſticus, ſervabit diſpoſitionem
textus *in capite ſi quis contra 4. de
foro competenti, & tx. in cap. cùm
ſpeciali 61. de appellationibus latè
Thome Vaas de alleg. 69. per totam
Lancellotus de attentat, 2.p.cap.6.
30 verſ. quinto limita*; cum quibus
adverte, quòd quando recuſan-
tur Officiales, Epiſcopi, alios non
ſuſpectos ab ipſo petendos eſſe do
cent etiam *Bayo in praxi eccleſiaſ-
tica lib.1.q.30.n.4. & alij.*

Iudicato ſuſpecto uno ex ma-
31 giſtratibus Vlyſiponenſis, vel
Portuenſis Civitatis, Collega de
cauſa cognoſcere poteſt, & ei eſt
remittenda cauſa, quia tales, per
recuſationem unius, alter non ma-
net ſuſpectus *ex Ord.lib. 3. tit. 21.*
32 §.19. *ibi Barboſa, Fragoſo de Re-
gimine Republica 1.part.lib.5.diſp.*
12.§.7. quòd ſecus eſt in locis ubi
ſunt duo judices ordinarij, quia
tunc ſi per recuſationem unius al-
ter maneat ſuſpectus, cauſa eſt re-
mittenda judicibus ordinarijs an-
ni pręteriti, ſi ſuſpecti non fuerint
& ſi ſuſpecti exiſtant, tunc partes
recurrere ad Arbitros debent, &
illis eſt remittenda cauſa *ex Ord.* 33
*lib.3.tit.*21.§.19. quæ non proce-
dit in ædilibus, qui non ambo ma-
nent ſuſpecti judicati ex eo tantũ,
quod unus pro tali ſit judicatus,
ſed non ſuſpectus, de cauſa ſolus
cognoſcere debet *ex Fragoſo, &
Barboſa ſuprà.*

Hęc ſunt, Lector, quæ ſtudio
noſtro data ſunt circa materiam 34
recuſationis, tam inſpecto jure
communi, quàm attento noſtri
inclyti Luſitani Regni jure, in
quibus ſi non prorſus omnia, quæ
ad hanc tractationem attinent,
differantur, illud tamen certum
eſſe exiſtimamus, quod ea, quæ
ſuperſunt, ex his, quæ hic attin-
guntur, etiam facilè comprehen-
di poſſunt; nec enim nos omnia
penitùs diſcutienda ſuſcipimus,
id namque noſtras vires, & alias
præſtantiores ſupergrederetur,
ſed tantùm curavimus, ut gravio-
ribus, & frequentioribus explica-
tis, inde viam ad reliqua parare-
mus.

Tu autem [*Dulciſſime IESU*]
cujus auxilio opus incepi prima
die præſentis anni, & cujus auſpi-
cio proſequutus fui, & perfeci pri-
ma die Maij anni Nativitatis tuæ
1698.

1698. me, & patronum meum defende, ac protege, ut tuâ in æternum fruemur præſentia, & ut ſuum domino reſtituamus tibi genuflexi munuſculũ hoc conſacramus, & offerimus.

*Ego Didacus Guerreyro Camacho de Aboim*, tibi ô Alma mater Sancta Romana Eccleſia, fidei primas defero libens, & invalidum, & nullum eſſe profiteor, quod in hoc opuſculo inventum fuerit, vel fidei, vel bonis moribus, aut ſacris Canonibus directè, vel indirectè contrarium, pariterque ſanctiſſimis tuis cenſuris, & tuorum filiorum me totum trado corrigendum, ut paratiſſimus filius, & Alumnus.

DEO TRINO, ET UNI,
Virginique matri immaculatæ ſit ſempiterna laus, & gloria.

# INDEX

## RERUM NOTABILIUM, QUÆ IN HOC tractatu de recuſationibus continentur.

Primus numerus librum, ſecundus caput, Tertius numerum marginalem denotat.


### ABBAS.

*Abbas non poteſt recuſari in proceſſu regulari.* 3.6.3.
*Secus in judiciali ibidem n.* 2.
*Vel quando ante Viſitationem ſuſpectus jam fuerit judicatus ibidem n.* 10.
*Vel quando veroſimiliter timeatur modum exceſſurum ibidem* 11.
*Vel quando ante viſitationem aliqua minatus fuerit ibidem* 12.
*Vel quando partialis fuerit adverſariorum ibidem* 14. *Vide verbo Epiſcopus, & verbo prælatus.*

### ACCESSOR.

*Acceſſor alicujus judicis recuſari poteſt lib.*2.*cap.*8.*n.* 8.
*Acceſſor non poteſt eſſe in cauſa, qui in eadem fuit advocatus.* 9.
*Ad acceſſorem recuſandum ſufficit, quod judex ſit ſuſpectus* 10.
*Acceſſor per judicem aſſumptum poteſt hodie etiam recuſari ſine expreſſione, & probatione cauſæ lib.*4.*cap.*1.*n.*69.
*Niſi acceſſor ſit à Rege datus, vel à partibus electus n.*70.

### ADIUNTUS.

*Quando Iudex recuſatus cum adjunto ad ulteriora procedere poteſt talis adjuntus ex legitimis cauſis recuſari poteſt lib.*5.*cap.*9.*a num.*26. *cum pluribus ſequentibus cap.* 12. *nu.* 19. *cap.* 13. *n.*6.
*Adjuntus recuſari poteſt, quando recuſans ſatis proviſus non eſt per Adjuntum lib.*5. *cap.* 9. *n.*6. *cap.*12.*n.*19.
*Recuſatus & Adjuntus ſi diverſas proferant ſententias neutra valet lib.*5.*cap.* 10. *à nu.* 8. *cum ſeſequentibus.*

### ADVOCATUS FISCALIS.

*Advocati fiſcales poſſunt recuſari lib.*2.*cap.* 14. *per totum.*
*Advocati, ſeu procuratores fiſcales judices recuſare poſſunt lib.* 5. *cap.*3.*n.*20.


Eff *Hu-*

*Hujuſmodi ſine cautione poſſunt judices recuſare 21. Cum ſequentibus ubi de ampliationibus, & limitationibus.*

*Advocatus ex cauſâ inimicitiæ recuſari poteſt lib.2.cap.19.*

*Advocatus poteſt gravare partem patrocinium præſtando contra inimicum.6.*

*Advocatus cogi non poteſt, ut contra inimicum patrocinium præſtet.7.*

*Advocatus quando eſt neceſſarius, ut in cauſa teſtimonium præſtet, poteſt recuſari.8.*

*Advocatus debet eſſe verus in ſermone, juſtus in judicio, plenus in conſilio.10.*

*Advocatus chriſtianus novus poteſt recuſari, ut patrocinium non præſtet contra chriſtianum veterem d n.13,*

*Advocatus in cauſâ, ſi fiat judex poteſt recuſari lib.4.cap.8. n.44.*

*Si tamen tulerit ſententiam in cauſa, in quâ fuit advocatus, quin recuſetur valet ſententia nu.46.*

*Iudex, qui fuit advocatus in cauſâ recuſari non poteſt ab eo pro quo advocavit.47.*

*Iudex poteſt eſſe advocatus illius pro quo ſententiam tulit.48.*

*Nec de conſenſu partis ſecundum aliquos poteſt quis eſſe judex in cauſa, in quâ fuit advocatus, vel conſilium dedit. 49,*

*Sufficit, quod quis ſit advocatus, vel procurator generalis, ut poſſit recuſari in omnibus caſibus illius pro quo advocavit. 50.*

*Quod procedit etiam ſi poſtquam fuit nullum patrocinium dedit. 51.*

*Advocatus particularis certæ cauſæ recuſari non poteſt factus judex in aliis, in quibus, nec conſilium, nec patrocinium dedit. 52*

*Advocatus poteſt recuſari, ut non ſit judex in cauſa adhærenti illi, in quà patrocinium præſtitit. numer. 53.*

*Advocatus an veniat appellatione officialium vide in verbo officialis.*

*Unuſquiſque in cauſa ſui advocati poteſt recuſari lib.4.cap.12.n.27*

ÆDILES.

Æ*Diles poſſunt recuſari lib. 2 cap.8.n.7.*

*Suſpecto uno alter ſuſpectus non manet lib.6.cap.22.n.34.& cap. 8. num.7.*

*De eorum recuſatione arbitri cognoſcunt d.cap. 8.*

AGRIMENSOR.

A*Grimenſores poſſunt recuſari lib.2.cap.8.n.23.*

AFFINITAS.

A*Ffinis judex recuſari poteſt. 4.5.1.*

*De conſanguinitate ad affinitatem valet argumentũ, & è contra.2.*

*Aliquando plus deligitur affinis, quam conſanguineus 3.*

*Non valet ſententia, nec proceſſus judicis affinis intra quartum gradum 4.*

*Affi-*

*Affinium appellatione, qui veniant* 8.
*Affinitas initiata per ſponſalia de futuro ſufficit* 12.
*Non prodeſt ad recuſationem affinitas disſoluta* 17.
*Niſi remaneant reliquiæ* 27.
*Vel duret eadem amicitia.*
*Affinitas contracta etiam ex damnato coitu ſufficit* 29.

AMICITIA.

A*Micitia eſt cauſa recuſationis* 4.3.1.
*Amicus eſt alter ego* 4.
*Amantium judicia cæca ſunt* 5.
*Amicitiæ vinculum arctius eſt, quam fraternitatis* 6.
*Amici loco patris habentur* 7.
*Amicitia eſt magno prætio habenda* 8.
*Sine amicis nemo felix dici poteſt* 9.
*Sine benevolentia amicorum, nec in adverſa, nec in proſpera furtuna quis vivere poteſt* 10.
*Amicus fidelis eſt medicamentum vitæ, & immortalitatis* 12.
*Sine amicis periculoſa conſervatio* 13.
*Amicitia ad recuſandum illa eſt neceſſaria per quam veroſimiliter timeatur judicem ſe inclinaturum in favorem partis* 14.

AMBITIO.

H*Umanus intellectus amore, odio, timore, & ambitione prævertitur lib.4.cap.16.n.*1.
*Iudex vel prætio, vel prece, aut ambitione corruptus recuſari poteſt* 2.
*Indices nec dare, nec accipere debent* 3.
*Oportet reipublicæ judices incorruptos habere* 4.
*Alegum rectitudine animus judicis moveri non debet* 5.
*Admovendum judicis animum potentius ambitione nihil* 6.
*Qui accipit non poteſt non flecti ad favorem donantis* 7.
*Muneribus ipſos Deos capi tradiderunt Gentiles* 8.

APPELLATIO.

D*E jure Canonico recuſatus, judicatus ſuſpectus poteſt appellare* 6.20.1.
*De jure noſtro poteſt pars adverſa ad ſuperiorem gravamen interponere*.2.
*De jure noſtro recuſatus non poteſt appellare, nec gravamen interponere*.3.
*Niſi ſententia recuſati honorem, aut intereſſe involvat*.5.
*Et in hoc caſu etiam à primo ſuperiore ad ſenatum per appellationem ſeu gravamen recurrere poteſt*. 6.
*Ord.lib.3.tit.21.§.8.de recuſato nõ cogitavit*.7.
*Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione juris communis*.8.
*Arbitri eccleſiaſtici à ſententia recuſationis appellationem rejiciẽtes, vim cõmittunt, & ad coronam competit recurſus*. 10.

Nec appellatio, nec gravamen de jure noſtro admittitur à ſententia declarante recuſationem non procedere 19.
Hoc etiam procedit, quando talis ſententia præfertur non ab arbitris, ſed ab alijs judicibus datis à lege ſeu Rege 20.
Nec admittitur gravamen, aut appellatio, quando in recuſatione datur miſtura aliarum rerum 22
Appellatio datur, quando judex rejiciendo recuſationes, tanquam frivolas procedit ad ulteriora lib.4.cap.1.n.74.

## ARBITER.

UBi ad recuſationem definiendam non fuerint certi judices a lege, Rege, aut regimine dati arbitri eligi debent lib.5.cap.12. & 13.
Sive judex recuſatus ſit delegatus, ſive ſit ordinarius lib.5.cap.12. num.2.
De jure communi ſi arbitri non conveniant in judicãda recuſatione tertius eſt eligendus, vel ab ipſiſmet arbitris, vel à partibus, qui eos eligerunt lib.1.cap.10. nu. 8. & lib.5.cap.12.nu.14.& lib.6. cap.19.n.16. cum ſequentibus.
De jure noſtro, diſcordantibus arbitris, Decurio ſenior eſt adhibendus dicto cap.5.à n.4.uſq. ad 15.
Quod procedit quando recuſatus eſt judex ordinarius non delegatus n.16. & 17.
Arbitros eligere cogit judex delegatus lib.5.cap.11.n.1.
Et ordinarius ſi certum judicem nõ habeat ibidem.
Sed quomodo iſta coactio fieri debeat n.6. & 7.
Tam judex delegatus, quam ordinarius recuſatus poteſt cogere arbitros electos ad recuſationem decidendam, ut de illa cognoſcant, & ſi nolluerint poſſunt contra eos procedere lib.5.cap.11.n.9.
Arbitri eligi debent viri docti, & integræ opinionis 10.
Arbitrorum electio debet fieri de illis, qui juriſditioni recuſati non ſubſunt 14.
Quando in cauſa dividua plures dantur recuſantes unuſquiſque poteſt ſuum arbitrum eligere 15.
Secùs in cauſa individua ibidem.
Si partes mutuis recuſationibus judicium involvunt poſſunt compelli, ut in certum judicem conſentiant 18.
Iudex delegatus recuſatus poteſt nõ obſtante recuſatione arbitris terminum aſſignare intra quem cauſa recuſationis finiatur 17.
Si delegatus ab ordinario recuſetur non ab arbitris, ſed ab ipſo ordinario cauſâ recuſationis judicanda eſt 18.
Niſi Ordinarius delegans ſit abſens 20.
Quando dicatur abſens 21.
Vel cauſa recuſationis ipſum delegantem tangat 22.
Arbitri ad recuſationem decidendam electi recuſari non poſſunt 32.

*Arbitri electi ad cognoſcendum de recuſatione de cauſa principali cognoſcere non poſſunt* 33.
*Quando recuſatur unus adjunctus in delegatione criminali non arbitri ſed præſes delegationis cognoſcet.*25.
*Quando cauſa delegatur pluribus inſolidum, ſi unus recuſetur alij, & non arbitri de recuſatione cognoſcunt* 23. & 24.
*Quando recuſatur judex, qui procedit ex officio ipſe concurrit cum partibus ad elegendos arbitros vide verbo judex delegatus.*
*De jure communi non eſt terminus perfixus intra quem arbitri cauſa recuſationis finire teneantur lib.* 6.*cap.*15.*n.*1.
*Secus de jure noſtro, & qualis* 2. & 3. & 4.
*Terminus iſte eſt continuus* 5.
*Et in dubio omnis terminus a lege datus ſic præſumitur* 6.
*Tempus à lege datum eſt peremptorium* 7.*vide verbo judex.*
*Arbitri juris recuſari poſſunt lib.*2.*cap.*8.*n.*14.
*Si Iudex eccleſiaſticus nollit ad arbitros devinere competit recurſus ad coronã lib.* 5.*cap.*12.*numer.*37.

ARBITRATOR.

*Arbitrator in cauſa propria, quis eſſe poteſt lib.*4.*capit.*8.*num.*13.
*Arbitratores recuſari poſsunt lib.*3 *cap.*16.*n.*18.

ARTICULUS.

*In dubio articuli recipiẽdi ſunt lib.*6.*cap.*9.*n.*11.
*Satius eſt ſuperflua admittere, quã neceſſaria omittere n.* 12.
*Melius eſt mile impertinentes recipere quam unum pertinentem rejicere n.*13.
*Iudices ad recipiendos articulos proniores eſſe debent, quam ad rejiciendos n.*14.*vide verbum depoſitio.*

AUDITOR.

*Auditores dominorum recuſari poſſunt lib.*2.*cap.*8.*n.*3.
*Auditor Nuntij poteſt recuſari lib.*1.*cap.*8.*n.*1.
*Tunc coram ipſo Nuntio recuſatio eſt proponenda.n.*2.
*Auditores generales cum adjuncto ad ulteriora procedere poſſunt lib.*5.*cap.*9.*n.*14.

BARATARIA.

*Barataria, quæ dicatur lib.* 4. *cap.*16.*n.*10.
*Iudex per barataria m corruptus recuſari poteſt.n.*2.
*Ad baratariam incurrendam ſufficit, quod judex, vel per ſe, vel pro uxorem, filios, ſervos, aut alios accipiat.*11.
*Committitur, & ſi pecuniam tantum accipiat, ut facienda omittat* 12.
*Committitur etiam ſi pecunia in uno tan-*

*tantum nummo conſiſtat.13.*
*Similiter ſi tantum promiſſa, & à judice acceptata.14.*
*Non tantum pecunia, ſed alia quacunque re committitur 15.*
*In præſenti pecuniæ appellatione omne commodum venit. 10.*
*Et omne, quod pecunia comparatur. 17.*
*Ex quocumque beneficio collato filio, vel filiæ judicis de patris conſenſu, ſeu promiſſu committitur. 18.*
*Baratariã committit Iudex recipiendo ſub velamẽto emptionis. 19.*
*Simili velamento multa Iudices recipiunt.20.*
*Contemplatione officij donatio facta præſumitur.21.*
*Barat ariam committit Iudex recipiendo ſub velamento mutui. 22. & 23.*
*Iudex à litigantibus nec ad neceſſitatem ſublevandam mutuam pecuniam recipere poteſt.24.*
*Baratariam committit judex, cui remiſſio debiti facta fuit 25.*
*In delictis non attenditur modus, ſed affectus.*

## BANITUS.

*Banitus nec teſtis, nec judex eſſe poteſt.lib.4.cap.18. n. 4.*

## BLASFEMUS.

*Blaſfemus de blaſfemia condemnatus, nec teſtis, neque Iudex eſſe poteſt lib. 4. cap. 18.n.43.*

## CALCULATOR.

*Calculatores Regij patrimonij recuſari non poſſunt lib. 2.cap.10.n.25.*
*Cæteri calculatores recuſari valent.16.*
*Licet calculator non poſſit calculare inpenſas ex cauſa, in qua fuit actor, vel reus bene poteſt calculare expenſas cauſarum, quæ verſantur inter partes, quamvis ſcribæ illarum ſit ſuſpectus n.17.*
*Intelligitur prædicta reſolutio duobus concurrentibus n.18.*
*Ad calculatores regios recuſandos requiritur cautio lib. 5. capit. 1. n.10.*

## CANNONICUS.

*Cannonicus in cauſa Cannonici recuſari poteſt.4.3.19.*

## CARDINALIS.

*Cardinales recuſari poſſunt, & coram quo 1.4. 1.*
*Cardinalium totum Collegium recuſari poteſt ibidem n.2.& lib. 2. cap.10.a n.1.*

## CANCELLARIUS.

*Cancellarius utriuſque domus recuſari poteſt.2.5. 1.*
*De quorum recuſatione ſenator antiquior cognoſcere debet ibidem num. 2.*
*Cancellarius maximus eſt judex recuſationum,*

*cuſationum, quæ opponuntur ſenatoribus palatinis, & alijs conſiliarijs.* 5.12.24.
*Iſte non poteſt recuſari ad extrahendas chartas regias* 3.16.30.
*Cancellarius domus Vlyſiponenſis eſt judex competens omnium recuſationum quæ fuerint appoſitæ ſenatoribus, vel officialibus ejuſdem domus.* 5.12.25.
*Similiter Cancellarius domus Portuenſis ibidem.* 26.

## CAUSA.

*Cauſæ recuſationis, quæ ſint traduntur lib.4. per totum.*
*Cauſæ recuſationis ſunt judicibus multum arbitrariæ* 1.19.16.
*Effectus cauſæ jam conſummatus non ceſſat cauſa ceſſante* 4.5.24.
*Index ſemel recuſatus non reddit iterum ad cauſam ceſſante recuſatione.* 4.5.19. & 25. & *lib.* 6. *cap.*22.*n.*22.
*Vide verbum nemo, verbum Iudex, verbum recuſatio, & ſuſpicio.*
*Cauſa recuſationis judicata contra recuſatũ principalis ad quem ſit remittenda* 6.22.*per totum.*

## CAUTIO.

*Iudex ordinarius recuſatus poteſt cogere recuſantem, ut præſtet cautionem, ſi ita ſit expreſſum in jure lib.*5.*cap.*1.*n.*1.
*Verbum cautio generale eſt.* 2.
*Deſcribitur cautio.* 3.
*Quare introducta ſit.* 4.
*Eſt deponenda penes ſcribam recuſationis* 6.
*Ea non depoſitâ judex ad ulteriora procedere poteſt.* 7.
*Recuſatio abſque cautione de jure noſtro non admittitur.* 8.
*Refferuntur judices qui ſine cautione recuſari non poſſunt.* 9. & 10
*Vicarius generalis ſi recuſetur poteſt cogere recuſantem, ut cautionem præſtet.* 11.
*Non ita judex delegatus.* 12.
*In deponendis cautionibus ſemper ſunt obſervandæ leges fori ubi judicium vertitur.* 13.
*Cautio non eſt neceſſaria ubi expreſſe a lege non requiritur.* 14.
*De jure communi cautio non deſiderabatur.* 15.
*Ad recuſandum judicem mortuum etiam requiritur cautio.* 16.
*Recuſatione non procedente media amittitur lib.*5.*cap.*2.*n.*1.
*Tota ſi procedat, & judex ſuſpectus non judicetur.* 2.
*Idem ſi recuſans ab illa deſiſtat poſt quam procedere judicatũ fuit.* 3.
*Aliter ſi antea.* 4.
*Non admiſſus ad recuſandum cautionem non amittit.* 5.
*Ceſſante recuſatione morte recuſati cautio non amittitur.* 6.7.
*Revocata per exceptiones ſententia per quam judicatũ eſt recuſationem procedere cautio non amittitur.* 8.
*Cautio amiſſa, ad quem aplicari debet.* 9.
*Semper amittitur cautio non obtinente recuſante* 10.

Recu-

Recuſans, qui in recuſatione non obtinuit in expenſis retardationes eſt condemnandus. 11.
Has repetere non poterit, etiam ſi poſtea in cauſa victor evadat.
Procuratores regiæ coronæ patrimonij regij, & omnes fiſcales ſine cautione judices recuſant lib. 5. cap. 3. a n. 20
Quando plures ſunt recuſantes in cauſa dividua tot cautiones ſunt deponendæ, quot fuerint recuſantes lib. 5. cap. 4.
Secus ſi cauſa fuerit individua dicto cap. 4. per totum.
Vide verbo pauper.

COGNATIO CIVILIS.

Pater adoptivus, vel è contra recuſari poteſt. 4. 6. 11.
Appellatione filiorum aliquando veniunt adoptivi. 12.
Arrogator, vel e contra recuſari poteſt. 13.
Appellatione parentum aliquando veniunt adoptantes, & arrogantes ibidem n. 14.

COGNATIO SPIRITUALIS

Iudex compater litigatoris recuſari poteſt. 4. 6. 1.
Inter prædictas perſonas oritur cognatio ſpiritualis. 2.
Filius ſpiritualis poteſt recuſari in cauſa patrini, & è contra ibidem. 4.
Mortuo filio ſpirituali ceſſat recuſatio, niſi adſit amicitia ibidē. 5.
Compatres ex amicis invitantur 6.
Qui tanquam procurator alicujus de ſacro Baptiſmatis aliquem fonte elevavit. 7.
Iudex compater utriuſque partis recuſari non poteſt. 8.
Compater etiam miræ bonitatis recuſari poteſt. 9.
Iudex in cauſa ſui confeſſoris, vel è contra recuſari non poteſt. 10.

COLLEGA.

Inter collegas præſumitur amicitia. 4. 3. 16.
Collega in cauſa collegæ recuſari poteſt. 15.
Senatores collegæ ex ea cauſa recuſari nequeunt 17.

Collegium Civitas, Conſilium, Congregatio.

Collegium Civitas, & ſenatus recuſari poſſunt lib. 2. cap. 10. n. 4.
Conſilium etiam generale recuſari poteſt. 2.
Traditur ratio n. 3.
Conſilium univerſale recuſari poteſt, & acumenicum & univerſale n. 5.
Conſilium generale authoritate apoſtolica congregatum recuſari nequit. 6.
Quatenus in eo agitur de cauſis fidei, aut moribus univerſalibus. 7.
Recuſato capite conſilij capituli congregationis, aut Collegij totum conſilium, capitulum, & congre-
gatio

gatio recuſatur, ſi amoto capite totum conſilium amoveatur, ſecus ſi non n.8.

COMENSALIS.

IUdex comenſalis alterius partis recuſari poteſt.4.3.20.
Quod non procedit, quando fuit comenſalis una vice, aut duabus 21.
Neque quando fuit ex cauſâ neceſſaria.22.

CONFIDENTES.

COnfidentia in judicem ſuſpectum ſuſpecta eſt.4.7.8.
Et ex hac cauſa judex recuſari poteſt.9.& 10.
Confidentes præſumuntur ejuſdem intentionis.4.2,8.

CORRIVALIS.

COrrivalis partis ab eâ recuſari poteſt.4.3.19.

CONSILIARIUS.

COnſiliarij principis cujuſcum que ordinis ſint, recuſari poſſunt.2.2.1.& 3.& 9.& 22.
Conſiliarij principis corporis ipſius ſunt partes ibidem 2. & lib. 3. cap.15.n. 1.
Malus conſiliarius deceptor appellatur 2.8.
Conſiliarij dignitate ſolum funguntur, qui magna integritate, & fide fulgent ibidem.18.
Ad conſiliarios recuſandos magna cauſa requiritur ibidem.17.
Qui conſiliarios ex levi cauſâ recuſat principem lædit.20.
Comites patrimonij regij recuſari poſſunt ibidem.16.

CONSANGUINITAS.

IUdex conſanguineus poteſt recuſari.4.4.1.
Conſanguinei noſtri partes noſtri corporis ſunt.2.
Noſtrorum conſanguineorum cauſæ noſtræ dicuntur.3.
Nemo poteſt eſſe judex in cauſa ſui conſanguinei intra quartum gradum.4.
Neque de partium conſenſu.5.
Etſi fuerit factus proceſſus corruit.6.
Appellatione conſanguineorum, qui veniant.7.
Computatio gradûs eſt facienda ſecundum jus cannonicum. 8.
Iudex non poteſt judicare in cauſâ ſuorum. 11.
Poterit tamen inter æqualiter conjunctos judicare.12.
Æqualis præſumitur affectio quoad æquales gradu. 13.
Niſi probetur unius eſſe magis amicum, quam alterius.14.
In materiâ recuſationis non ſolum attenditur gradus, ſed etiam aliæ circunſtantiæ.16.
Conſanguinitas eſt cauſa ſufficiens ad recuſandum judicem, etiamſi ipſe ſit valde religioſus ibidē. 18.
Mortuo conſanguineo lite cepta recuſationis cauſa non ceſſat ibidem n.19.

*Conſanguineus Epiſcopi non poteſt eſſe judex in cauſa eccleſiæ ipſius Epiſcopi* 4.8.37.

CHRISTIANUS NOVUS.

*Chriſtiani novi quando noſtrum regnum ingreſſi fuerunt*.2.19.*à n*.14.
*Narratur miſera eorum conditio tempore ingreſſus ibidem n*.16.
*Refertur ſtatus præſens n*.18.
*Non poſſunt eſſe advocatos contra chriſtianos veteranos ibidem.*
*An poſſint eſſe judices* 4.13.*à nu.* 1. *uſque ad* 145.
*An facti judices recuſari poſſint* 4. 14.*à n*.1.*uſque ad* 45.

COPIA.

*Deponenti non datur copia recuſationis lib*.6.*cap*.12.*n*.1
*Recuſati tamen datur*.2.
*Et an depoſitio poſſit pro parte acceptari, & pro parte non. n*. 3.

CONSERVATOR.

*Conſervatores poſſunt recuſari lib*.1.*cap*.8.*n*. 1.
*Coram arbitro ſunt recuſandi n*. 2.
*Conſervatores univerſitatis Conimbricenſis, & Eborenſis recuſari poſſunt lib*.2.*cap*.8.*n*.15.
*Coram quo n*. 16.
*Quæ cautio requiratur vide in verbo cautio.*
*Conſervatores utriuſque univerſitatis pendente recuſatione cum adjuncto ad ulteriora procedere poſſunt lib*.5.*cap*.9.*n*. 16.

DEPOSITIO.

*Judex recuſatus deponere tenetur*.6.5.*a n*. 1.
*Cum juramento*.4.
*Omnes judices ſive eccleſiaſtici, ſive ſeculares, ſive ordinarij, ſive delegati deponere tenentur*.6.
*Eccleſiaſtici deponere tenentur intra terminum à judice recuſationis aſſignatum*.7.
*Seculares intra triduum* 8.
*Etſi intra triduum non deponant eo ipſo ſuſpecti manent*.9.
*Deponere tenentur etiam parte non petente*.10.
*Regulariter parte non petente, nemo deponere tenetur*.11.
*Si recuſatus ex aliqua causâ deponere non poſſit debet judex ad alias probationes recuſantem admittere*.12.
*Recuſatus quomodo deponere debeat*.13.
*Suſpicio arguitur ex modo deponendi*.14.
*Suſpectus judicatur, qui non pure, & ſimpliciter deponit*. 16.
*Depoſitio per verbum* Credo *eſt ſufficiens*.17.
*Non ſufficit, quod recuſatus deponat per verbum æquipolens*. 19.
*Depoſitio an poſſit in parte acceptari, & in parte non*.21.
*Recuſatus non tenetur deponere recuſationibus criminalibus*.6.6.4.
*Nemo propriam turpitudinem deponere tenetur*.5.
*Depoſitio requiritur, ut recuſans ab onere probandi relevetur*. 6.

Re-

*Recuſationibus continentibus turpitudinem non tenetur deponere recuſatus.17.*
*Sive turpedo ſit propria, ſive aliena.18.*
*Quando in recuſationibus agitur de dolo recuſatus ipſe, deponere non tenetur.19.*
*Non tenetur deponere, quando ex diſpoſitione in pœnam pecuniariam incidere poſſit.23.*
*Nec etiam quando delictum non opponitur ſed ſententia.25.*
*Deponere tenetur quando deponenti crimen non nocet.26.*
*Et quando delictum ita eſt notoriū, ut nullo modo negari poſſit. 34.*
*Articulis, qui in jure conſiſtunt nemo deponere tenetur.6.7.1.*
*Et ſi deponat tunc depoſitio tantum probat quantum jus.4.*
*Super jus conſuetudinarium, quis deponere tenetur.8.*
*Deponere quis tenetur, quando agitur de probando ſtatuto, ſeu conſuetudine alterius loci.10.*
*Recuſatus articulis negativis deponere non tenetur 6.8.1.*
*Niſi negativa in affirmativam reſolvatur.8.*
*Vel ſit de facto proprio concurrente cum alieno.11.*
*Aut æquitas ſuadeat.13.*
*Recuſatus non tenetur deponere articulis impertinentibus.6.9. n. 1.*
*Articuli impertinentes, qui dicantur.2.*
*Articuli impertinentes non ſunt recipiendi, & ſi ſtatuto ita caveatur.3.*
*Recuſatus an teneatur deponere articulis recuſationis contrarijs inter ſe 6.10.per totum.*
*Recuſatus an teneatur deponere articulis formatis ſuper re incerta. 6.11.per totum.*

DELATIO.

*Delatio eſt aſſignanda ad probationem recuſationis lib. 6.cap,17.d n.1.*
*Dilatio trium tantum dierum eſt aſſignanda de jure noſtro, quando teſtes ſunt in loco, & viginti dierum ſi extra 12.*
*Hi termini in prorogabiles ſunt, & ſi recuſans juret in termino teſtes adhibere nō poſſe.13. & 15.*
*De jure communi judex recuſationis aſſignat terminum, & ex juſtâ cauſa prorogat. 11.*
*Vide verbum terminus verbo probatio.*

DECURIO.

*Decurio recuſari poteſt lib. 2. cap.8.n.5.*
*Decurio ſenior eſt vocandus ad dirimendam diſcordiam arbitrorum lib.5.cap.12. â n. 4.uſque ad 19.*

DOCTOR.

*Doctor dans libros typis recuſari nequit, & ſi reſolvat quæſtionem, quæ verſatur lib.4. cap.8.n.55.*
*Doctor judex, qui jam in alia causâ ſimili eandem quæſtionem exaravit, & votum dedit recauſari nequit ibidem n.56.vide verbum votum.*

DUX.

*Dux belli recuſari poteſt lib.2. cap.22.*

DOMINUS.

*Dominus feudi eſt judex in cauſâ feudali, niſi negetur feudum ad dominum pertinere* lib.4.cap.8.94.

*Non poteſt cognoſcere dominus feudi, ſi quæſtio eſt inter vaſſallum, & tertium n.95.*

*Dominus directus poteſt eſſe judex in cauſâ, in qua agitur de re emphyteutica.96.*

*Niſi commodum peculiare habeat n.97.*

*Dominus, qui fuit in cauſâ famuli recuſari poteſt lib.4.cap.12.n.25*

*Dominus in cauſâ famuli nec judex, neque teſtis eſſe poteſt lib. 4. cap.* 18.

DONATARIUS.

*Pro donante teſtis omni exceptione mayor non eſt lib.4. cap* 18.*n.25.*

Dividua, ſeu individua cauſa.

*Quæ cauſa dicatur dividua, ſeu individua traditur lib.* 3.*cap.3.n.26.*

*Iudicium concurſus creditorum eſt individuum.3.*

*Idem familiæ erciſcundæ, & finium regundorum.4.*

*Idem ubi agitur de elegendo unum, vel tres.5.*

*Beneficium impetratum ab uno ex conſortibus alteri prodeſt.8.*

*Et dillatio uni conceſſa, cæteris cõmunicatur.9.*

*Gratia alicui conceſſa, ut ſe liberet per procuratorem, prodeſt alteri, ut per procuratorem acuſet.* 10.

*Convento uno ex reis debendi interrumpitur præſcriptio, etiam quo ad alios.*11.

*Conceſſa reſtitutione minori in cauſâ communi conſortibus prodeſt.* 12.

*Et hoc ſive ſit dividua, ſive non ſecundũ aliquos.*13.

*Appellatio interpoſita à ſententiâ condemnatoria plurium, cæteris prodeſt in cauſâ communi.*14.

*Niſi fuerunt condemnati ob adminiſtrationem diviſam.n.*15.

*In cauſâ dividua cæteris conſortibus non prodeſt n.* 16.

*Reſtitutio conceſſa in cauſa dividua cæteris non prodeſt ſecundum veriorem ſententiam n.*17.

*In cauſa communi, ſed dividua laicus eſt retinendus, & clericus remittendus.n.* 18.

*Idem in cauſâ communi, ſed dividua ſcholaris, & nõ ſcholaris.*19

*Idem in familiari Sanctæ Inquiſitionis, & quolibet alio privilegiato.*20.

*Hæreditate non diviſa poſſunt cohæredes in uno, eodemque judicio conveniri.* 21.

*Secùs verò hæreditate diviſa.* 22.

*In re dividua appellatio ab uno ex conſortibus facta, cæteris non prodeſt*

prodeſt.23.
Idem dicendum eſt in recuſatione num.24.
Recuſatio facta ab uno ex conſortibus litis in re individua, cæteris prodeſt.25.
Vide in verbo litis conſortes.

EPISCOPUS.

EPiſcopus non poteſt eſſe judex in cauſâ ſuæ eccleſiæ.4. 8. n.35.
Epiſcopus recuſari poteſt.1. 7.n. 1. & 2.
Et coram quo n.2.
In viſitatione recuſari non poteſt ibidem n.3.& lib.3.cap.6.n.8.
Vide verbo vicarius.

EXECUTOR.

EXecutor facti utroque jure attento recuſari non poteſt lib. 2.cap.8.n.20.
Secus ſi non prævia ſententia procedat ibidem.
Executor merus de jure noſtro recuſari non poteſt, ſecùs de jure communi ibidem n.11.& 12.
Executor juris, ſeu miſtus rectè recuſatur lib.4.cap.18.n.26.

EMPTIO.

IUdex emens, vel vendens in provincia recuſari poteſt in cauſa ementium, & vendentium lib.4. cap.16.n.33.
Procedit etiam ſi per interpoſitam perſonam emat, vel vendat. 34.
Militat ſivè judex ſit ſuperior ſive inferior.35.
Et licet palam, & bona fide emat, vel vendat 36.
Iudex perpetuus poteſt emere, vel vendere.37.
Dummodo partes ad vendendum, vel emendum non cogat. 38.
Res ſuorum maiorum emere poteſt judex, etiam temporalis.39.
Et omnia, quæ ſunt neceſſaria advictum, & veſtitum.40.
Dummodo a partibus actu litigantibus non emat.41.
Licet hoc facere poſſint ſine crimine ex hac cauſa recuſari poſſunt.42.
Niſi partes publicæ res venales habeant.43.

EXCEPTIO.

EXceptio recuſationis eſt apponenda ante alias exceptiones lib.4.cap.1.
Mulier, minor, ruſticus, & ſimiles poſſunt poſt exceptiones dillatorias etiam poſt intervalum ante conteſtationem tamen recuſare n.5.vide verbo minor.
Exceptio, quæ reppellit teſtem à teſtificando multò fortius judicem a judicando lib.4.cap.18.n. 1.
Quæcumque exceptio dillatoria ſuperveniens litis conteſtationi poſt illam apponi poteſt lib.4. cap 1.n.56.
Exceptio delegatoria, quæ lite conteſtata incipit competere, tunc poteſt apponi invim dillatoriæ. num.57.

EXAMINATOR TESTIUM

E*Xaminatores teſtium recuſari poſſunt lib.2.cap.8.n.27.*
*Examinatores ad confitendum prædicandum, aut ad quodcumque munus exercendum recuſari poſſunt lib.3.cap.16.a n.33.*

EXCOMMUNICATUS.

E*Xcommunicatus, qui non admittitur in teſtem multò melius recuſatur judex lib.4.cap.18 num.42.*
*Quæ excommunicatio ſuſpendat juriſditionem judicis vide dictum num.42.*
*Excommunicatus admittitur ad recuſandum judicem lib. 3. cap. 1. per totum ubi multa invenies, quæ excommunicatus in judicio facere poteſt.*

FAMA.

F*Ama eſt odorificus flos, quæ cum plus teritur, plus olfacit 4.14.27.*
*Bona fama in tenebris proprium ſplendorem ſuſtinet.28.*
*Sicut ſtellæ in cælo per ipſas tenebras fulgent ita & fama.29.*
*Famam nón referunt inimici, ut eſt 4.13.125.vide verbum honor.*

FAMILIA.

E*X facto familiæ quando judex recuſari poſſit lib.4. cap. 10.per totum, & vide verbum uxor.*

FAMULUS.

F*Amulus in causâ domini teſtis omni exceptione maior nō reputatur; & ſuſpectus judex exiſtimatur lib.4.cap.18.n.36.*
*Famulus, qui fuit in cauſa domini judex recuſari poteſt. lib. 4. cap. 12.n.26.*

GRAVAMEN.

G*Ravamen quando in causâ recuſationis admittitur vide verbum appellatio.*

GARRULUS.

I*Udex garrulus recuſari poteſt lib.4.cap.9.n.27.*

GENER.

G*Ener in causâ ſoceri recuſari poteſt lib.4.cap.18.nu.4.*
*Gener in cauſa ſoceri teſtis omne exceptione maior non eſt lib. 4. cap. 18.n.4.*

GRATITUDO.

E*X metu gratitudinis Iudex recuſari poteſt lib.4.cap. 12. num.1.*
*Comertium tollit, qui gratitudinem tollit n.2.vide verbum ingratitudo.*

GUBERNATOR.

G*Ubernatores poſſunt recuſari lib.2.cap.12. per totum.*
*Gubernator alicujus eccleſiæ, vel loci recuſari poteſt lib.4.cap.8.n.38.*
*Gu-*

*Gubernator Portuenſis recuſari poteſt,& coram quo lib.2.cap.3.*

GENERALES.

*Generales recuſari poſſunt lib. 1.cap.18.n.1.*

*Recuſatio eſt remedium naturale, quod regularibus nõ denegatur.2*

*Recuſari poſſunt ex omnibus cauſis, ex quibus cæteri Iudices recuſantur n.3.*

Habens ſimilem cauſam.

*Habens ſimilem cauſam, an, & quando recuſari poſſit vide in verbo nemo.*

HÆRETICUS.

*Æreticus, & apoſtata à teſtimonio, & a munere iudicandi arcentur lib.4.cap.18.n.4.*

HONOR.

*Honori nihil comparari poteſt. 6.21.5.*

*Apud bonos viros maior reputatur metus amittendæ famæ, quam vitæ.6.*

*Honor parentum filij honor eſt.7.*

*Honor veluti odoriferus flos cũ plus teritur plus olfacit.4.14.27.*

*Honor quanto magis oppugnatur, tanto magis expulſis nebulis in lucem progreditur.4.13.127.*

INJURIA.

*Iudex poteſt punire injuriam ſibi, uxori, liberis, & officialibus inferentem.3.15.21.*

*Injuria facta uxori cenſetur facta marito 22.*

*Injuria facta filio dicitur facta patri.23.*

*Injuria facta famulo cenſetur facta domino.24.*

*Injuria facta officialibus judici facta judicatur.25.*

*Hoc totum procedit tam in judice cauſarum criminalium quam civilium.26.*

*De jure noſtro tam judex cauſarum criminalium, quam civilium poteſt punire inferentes ſibi injuriam.n.27.*

*Quod procedit, licet in jure non ſit notoria, nec pro ea certa pena à jure ſit impoſita.28.*

*Prout etiam quando ei ſit injuria ſedenti pro Tribunali ratione odij privati.29.*

*Iudex non poteſt recuſari ex capite, quod judicat in cauſa propria, puniendo injuriam ſibi illatam. 31.*

*Iudex non poteſt recuſari propter inimicitiam contractam ratione injuriæ.32.*

*Injuria facta judici principi facta cenſetur.34.*

*Iudex licet ſit judicatus ſuſpectus poteſt inferentem injuriam punire.40.*

*Injuria quando cenſeatur illata Iudici, ut judici, vel ut privato à n.44.*

*Recuſatione non probata recuſatus poteſt agere de injuria contra recuſantem lib.6.cap.21. per totũ, & contra Advocatum aſſignata*

*ta recuſatione infamatoria vult.*

INQUISITOR.

I*Nquiſitores apoſtolici recuſari poſſunt, & coram quo lib.* 1. *cap.* 12. *per totum.*

*De Inquiſitoribus apoſtolicis non datur recurſus ad coronam lib.* 1. *cap.* 19.

INQUISITIO.

I*Udex inquirens de aliquo an recuſari poſſit.* 3. *cap.* 7.

*Inquiſitio formata per judicem ſuſpectum quando nulla ſit declaranda lib.* 3. *cap.* 7. *per totum.*

INIMICITIA.

I*Nimicitia eſt una ex principalioribus recuſationis cauſa lib.* 4 *cap.* 2. *n.* 2.

*Non ſolum judex inimicus, ſed omnes de familia ipſius recuſari valent.* 3.

*Quod etiam procedit ex inimicitia orta à recuſante ante litem.* 4.

*Poteſt recuſari ex capite inimicitiæ præſumptæ ille, qui eſt conſanguineus partis, aut cum illa contraxit parentellam nu.* 6.

*Poteſt etiam recuſari ille, qui contraxit amicitiam particularem cum patre poſtquam fuit facta inimica.* 7.

*Iudex amicus inimici mei poteſt recuſari n.* 9.

*Si filius, vel filia judicis fuerint repudiati ad contrahendum matrimonium ipſe judex recuſari poteſt.* 10.

*Iudex, qui aliquando fecit injuriam parti ab ipſa recuſari poteſt. n.* 12

*Iudex poteſt recuſari, quando eſt ſubditus unius partis.* 13.

*Quamvis judex ſe non oſtendat inimicum poteſt recuſari, quando præcedit cauſa inimicitiæ n.* 14.

*Quamvis ſit jam reconſiliatus.* 16.

*Ad recuſandum judicem ſufficit qualibet cauſa probabilis inimicitiæ, etiam non capitalis n.* 15.

*Iudex æqualiter inimicus utriuſque partis ab utraque recuſari poteſt.* 18.

*Poteſt recuſari judex, qui partem non ſalutat. n.* 20.

*Similiter quando non aloquitur, & ſalutat eum, quem prius, aloqui, & ſalutare ſolebat. n.* 21.

*Comiſſa cauſa [recuſatione remota] non intelligitur remota recuſatione ex inimicitia.* 22.

*Allegatio inimiciæ non ſufficit, ſed eſt probanda* 23.

*Quomodo probetur à n.* 23.

*Qui infamat judicem, ut poſſit illũ recuſare, eum ſuſpectum dicere non poteſt.* 29.

*Qui quærit ocaſionem rexandi cum judice, vel ejus libero, aut famulo eum recuſare non poteſt. n.* 30.

*Niſi judex ſe præbeat inimicũ.* 31.

*Inferens injuriam judici poſtquam coram illo cæpit litigare non poteſt illum recuſare.* 33.

*Inimicitia, quæ ſufficiat ad repellendum judicem arbitrio judicis relinquitur.* 34.

*Vide*

*Vide in verbo judex verbo recuſatio, & verbo ſuſpicio.*

## IUDEX DELEGATUS.

*Iudex delegatus recuſari poteſt.* 1.10.2.

*Recuſatio judicis delegati eſt tractãda ſecundũ formã delegationis.* 1.10.3. *& lib. 5. cap. 11. nu. 1.*

*Defficiente forma ad arbitros eſt recurrendum.* 1.10.4.

*Delegatus, ſeu ordinarius procedẽs ex officio concurrit cum recuſante in electione arbitrorum* 1. 10. 5. *& lib. 3. cap.* 11. *n.* 8. *& lib. 5. cap.* 11. *n.* 8. *& cap.* 12. *n.* 1.

*Delegatus recuſatus poteſt cogere recuſantes, ut eligant arbitros intra certum terminum.* 1. 10. 6. *& lib. 5. cap.* 1. *n.* 1.

*Recuſantibus intra terminum non eligantibus ad ulteriora procedere poteſt.* 5.11.6. *&* 7.

*Delegatus arbitris aſignat terminum rationabilem intra quem cauſa recuſationis ſit finiendã, & eo tranſacto ad ulteriora procedit.* 5.11.17.

*Delegatus non poteſt cogere recuſantes cautionem deponere.* 5. 1. 12. *& cap.* 5. *n.* 5. *&* 6.

*Delegatus quis ſit.* 5.5.1.

*Delegatus poſt intentatam recuſationem, neque cum adjuncto procedere poteſt.* 5.9.7.

*Delegatus ad ſumendam, & faciendam informationem recuſari nequit.* 1.20. *a n.* 1. *uſque ad.* 9.

*Delegatus eccleſiaſticus recuſatus tenetur ad arbitros devenire alias committit vim.* 5.12.38.

*Iudex delegatus poſtquam allegatus eſt ſuſpectus nec de conſenſu partium poteſt cauſam ſubdelegare lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 16.

## VERBO JUDEX.

*Iudex à partibus electus non poteſt recuſari abſque nova cauſa lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 23.

*Iudex mortuus recuſari poteſt ad effectum, ut ejus ſententiam annulletur. n.* 24.

*Iudex officij mechanici recuſari poteſt. n.* 27.

*Iudex per ſortes electus poteſt recuſari lib.* 2. *cap.* 16. *per totum.*

*Iudices orphanorum recuſari poſſunt, & eorũ recuſatio eſt tentanda corã arbitris lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 6.

*Iudices ordinar. recuſari poſsũt. n.* 8

*Iudices fiſci Sanctæ Inquiſitionis recuſari poſſunt. nu.* 11. *coram quibus n.* 12.

*Iudices Indiæ, & Minæ recuſari poſſunt, & quis de eorum recuſatione cognoſcat. n.* 26.

*Iudex finium regundorum recuſari poteſt, & de ejus recuſatione cognoſcit Iudex forenſis oppidi vicinioris n.* 19.

*Prædictus judex poteſt ad ulteriora procedere aſſociatus nu.* 20.

*Etiam cognoſcit de recuſatione oppoſita ſuo tabulario n.* 21.

*Tabellarius iſte aſſociatus ſcribit pẽdente recuſatione n.* 22.

*Iudex in propria cauſa nemo eſſe poteſt vide in verbo* nemo.

*Iudex recuſatione pẽdẽte ſuperſedere tenetur vide in verbo* ſuſpicio.

*Iudex non poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum officialium vide in verbo officialis.*
*Iudex recipiens munera recuſari poteſt vide in verbo* munus.
*Iudex amicus recuſari poteſt vide in verbo* amicitia.
*Iudex conſanguineus recuſari poteſt vide in verbo* conſanguinitas.
*Iudex affinis recuſari poteſt vide in verbo* affinis.
*Iudex inimicus recuſari poteſt vide in verbo* inimicitia.
*Iudex ambitioſus recuſari poteſt vide verbo* ambitio.
*Iudex non poteſt reiicere recuſationes dicendo habere jam cauſam judicatam niſi ilico ſententiam oſtendat lib.6.cap.19.n.19.*
*Iudex, ſeu commiſſarius in cauſa informationis an poſſit recuſari lib. 2.cap.20.per totum.*
*Iudex Chriſtianus novus, quando poſſit recuſari lib. 4. cap. 13. & 14.*
*Iudex poteſt recuſari ex omnibus cauſis, ex quibus teſtium teſtimonium lib.4.cap.18.per totum.*
*Iudex nequit prolibito à cauſarum cognitione ſe abſtinere lib. 2. cap. 6.n.1.& 4.*
*Cum legitima cauſa rectè poteſt. 8.*
*Quæ ſit legitima cauſa traditur. n.9.*
*Eſt exprimenda cum juramento.10.*
*Data juſta cauſa poteſt ſe abſtinere, & ſi partes conſentiant lib. 2. cap.7.n.2.*
*Monentur judices, ut data legitimâ cauſa ſe abſtineant partium conſenſu non obſtante.n.4.*
*Iudex ſuperbus poteſt recuſari vide verbum* ſuperbiam.
*Iudex Garrulus poteſt recuſari vide verbum* garrulus.
*Iudex reſiduorum recuſari poteſt lib.1.cap.10.n.13.*
*Iudex recuſatus in judicio individuo non poteſt judicare contra unum, & contra alium ſuperſederа lib.3.cap.3.n.2.*
*Iudex recuſatus in cauſa conexa ab eo cognoſcere non poteſt.6.*
*Iudex procedens ad inquiſitionem, an & quando poſſit recuſari vide lib.3.cap.7.per totum.*
*Iudex ſemel recuſatus, ſed non talis judicatus an poſſit iterum recuſari lib.3.cap.14.per totum.*
*Iudices ſupremi, ac principis conſiliarij partes principis dicuntur lib.3.cap.15.n. 1.*
*Iudices nuncupantur ſacerdotes. 2.*
*Amici Principis, & illius parētes 3*
*Patres Principis, & non fratres.4.*
*Domini n. 5.*
*Patres iuris n.6.*
*Stellæ in æternitates permanſuræ.7*
*Luminoſæ candellæ, & Beati.n.8.9*
*Miniſtri, & ſimulacra Dei in terris. n. 10.*
*Capita reipublicæ, & patres loco regis poſiti.11.*
*Aliquando Dij in ſacris literis appelantur.12.*
*Tutella publica n.13.*
*Deum, & principem honorant, qui judices honorant, & per contrarium Deū, & principem offendunt, qui eos lædunt n.14.*

*Pœna*

Pæna parricidij puniuntur lædentes judices.15.
Iudicum ſalutare omnes tenentur etiam exempti.16.
Poſt divinam, & humanam magiſtate pretoria, numeratur 17.
Principis nomen non meretur, qui lædentes judices non punit.18.
Iudex, qui procedit extra metas juris recuſari poteſt lib. 3. cap. 16. 24.
Iudex recuſari non poteſt: quia jam judicatus fuit ſuſpectus alij conſanguineo recuſantis.25.
Nec etiam quod judex conſanguineus recuſantis fuit judicatus ſuſpectus judici recuſato.26.
Non ſufficit quod quis ſit judicatus in una cauſa ut quo ad cæteras maneat recuſatus.28.
Niſi cauſa recuſationis militet in omnibus.29.
Iudex nequit recuſare, quando pars eum fecit citare ad aliquam litem cum eo agitandam, quæ antea poterat moveri lib.4.cap.2.n.32.
Si recuſatus cum eſſet judex condemnavit civiliter, vel criminaliter judicem, aut ejus parentem fratres conſanguineos, & propinquos, aut familiares eum recuſare poteſt.n. 37.
Si judex aliquando protulit verba injurioſa, aut minatoria contra recuſantem recuſari poteſt. 38.
Si judex fuerit ex aliqua familia, quæ habet graves inimicitias cum familia recuſantis recuſari poteſt.39.
Ita ſimiliter ſi judex fuerit oriundus ex una terra, quæ habet graves inimicitias cum alia n. 4. vide in verbo inimicitia.
Iudex avide procurans eſſe judex in cauſa recuſari poteſt lib. 4. cap. 19.n.26.
Poteſt recuſari judex poſt litem inceptam ſi in cauſa ſit advocatus pater, & alia perſona de quibus ibi lib.4.cap.9.n.15.
Iudex afficiens verbis contumelioſis litigantes recuſari poteſt.19.
Vel ſi eijs malas reſponſiones praeſtet.18.
Iudices, & officiales debent eſſe affabiles erga partes.19.
Si judex ſolet omnibus iraſci tunc recuſari non poteſt cum declaratione, de qua ibi 20.
Iudex nimis ſeverus recuſari poteſt.21.
Iudex nimis favens uni parti recuſari poteſt.24.
Iudex nolens audire partes recuſari poteſt 25.& 28.
Iudex ſe ingerens in cauſa principali pendente ſuſpicione eo ipſo manet ſuſpectus, licet ſuſpicio non procederet.33.
Iudex non admittens recuſationem ex hoc tantum recuſari poteſt.34.
Niſi non admittat quia notorie frivola eſt.35.
Securius eſt admittere. & abſtinere.36.
Iudex nimis ferinus, ac crudelis recuſari poteſt 38.
Iudex in cauſa ſui magiſtri, vel è cõtra recuſari poteſt n.39.& 42.

*Iudex donatarius partis ab altera recuſatur n.44.*
*Iudex inimicus domini ipſius partis recuſari poteſt.53.*
*Iudex quando in ſe timidus fuerit, & pars adverſa potens recuſari poteſt.54.*
*Iudex recuſari poteſt quo ad alias cauſas, quando ejus ſententia, vel defimtiva, vel interlocutoria revocata fuit lib.4.cap.11.per totum.*
*Iudex cognoſcens de cauſa per juriſditionem ſuſcitatam, ſeu excitatam eſt recuſandus eodem modo, quo recuſandus erat, ſi cognoſceret ex vi juriſditionis ordinariæ lib.5.cap.5.per totum.*
*Iudex delegatus non poteſt cauſam alijs delegare cum varijs ampliationibus, & limitationibus lib.5.cap.8.per totum.*
*Iudex ordinarius recuſatus attento jure Civili poteſt aſſociatus ad ulteriora procedere lib.5.cap.9.num.1.*
*Idem procedit in delegatis ad univerſitatem cauſarum.n.3.*
*De jure Caſtellæ tam ordinarius, quam delegatus aſſociatus ad ulteriora procedit n.4.*
*De jure Canonico non poteſt nec ordinarius, neque delegatus recuſatus ad ulteriora procedere n.7.*
*Idem procedit de jure Luſitano numer.8.*
*Niſi per regimen deploma, aut lege hoc eis ſit expreſſe conceſſum numer.8.*
*A numero 10.cum pluribus ſequentibus referuntur judices, qui aſſociati procedere poſſunt.*

IURISDITIO.

*IUriſditio delegata, quæ ſit lib.5 cap.5.n.1.& 40.*
*Iuriſditio ordinaria, quæ ſit n.2.& 3.*
*Iuriſditio excitata, quæ ſit n.8.*
*Iuriſditio excitata, ſeu ſuſcitata eoſdem effectus producit, quos operatur juriſditio, quæ fuit excitata d.cap.5.per totum.*
*Iuriſditio quando cenſeatur excitata, ſeu ſuſcitata, vel pure delegata late demonſtratur dicto cap.5. per totum.*

IUS.

*IUs nobis competens duplex eſt præſens, & futurum, ſeu quæſitum, & quærendum lib.3. cap.4.n.18.*
*Ius præſens, ſeu quæſitum quid ſit n.19.*
*Ius quæſitum appellatur jus indubitatum.20.*
*Ius futurum triplex eſt.21.*
*Ius delatum, & quod ſit 22.*
*Ius delatum ex cauſa de præſenti, quid ſit 23.*
*Ius futurū ex cauſa de futuro quid ſit.*
*Ius futurum eſt res faliſiſſima, & ſomnium vigilantis.26.*
*Quæ de futuro ſunt in bonis non ſunt.27.*
*Facilius eſt renunciatio juris futuri,*

*ri, quam præſentis n.* 31.

LEGATUS A LATERE.

L*Egatus à latere recuſari poteſt.*1.3.*n.*12.& 3.
*Legatus, ſeu nuntius apoſtollicus recuſari poteſt* 15.*n.*1.& 2.
*Corã quo ſit recuſandus ibidem n.* 3.
*Nuntiaturæ auditor recuſari poteſt.* 1.8.1.
*Eſt tamen recuſandus coram ipſo Nuntio.*

LEVIR.

L*Evir quem vocamus* (cunhado) *recuſari poteſt.*4.5.30.

LEX.

R*Ecuſari poteſt judex non ſervans Ordinationem, ſeu aliam legem alegatam lib.*4.*cap.*9. *num.*22.
*Non poteſt tamen ſi lex ſit dubia, aut caſus totaliter legi non cohæreat.* 13.

LITIS CONSORTES.

C*Onſors litis neque teſtis, neque judex eſſe poteſt lib.* 4. *cap.*18.*n.*14.*vide verbum dividua, ſeu individua cauſa.*
*Appellans non poteſt appellationi renuntiare in damnum conſortium lib.*3.*cap.*4.*n.*2.
*Lites conſortes an valeant recuſationi judicatæ renuntiare cæteris invictis dicto cap.*4.*per totum.*
*Conſors non poteſt renuntiare beneficio reſtitutionis ſibi conceſſo in victis cæteris.* 4.
*Reſtitutio minori conceſſa ad probandum etiam prodeſt adverſario n.*7.
*Appellans poteſt appellationi renuntiare conſortibus non provocantibus in victis.* 8.
*Conſors non poteſt recuſationi judicatæ renuntiare invictis conſortibus* 10.
*Per ſententiam acquiritur jus conſortibus litis.* 11.
*Conſors poteſt renuntiare recuſationi interpoſitæ invictis alijs n.*13.
*Attento jure communi conſors non poteſt renuntiare appellationi in vitis cæteris.* 14.
*Secùs de jure Regio* 15.
*Reviſio conceſſa conſorti litis efficitur conſortibus communis.*16.
*Suplicans poteſt renuntiare reviſioni conceſſæ cæteris invictis.*17.
*In cauſa dividua tot cautiones ſunt deponendæ quot fuerint litigantes lib.*5.*cap.*4.*per totum.*
*Secùs ſi cauſa fuerit individua, quia tunc unica ſufficit dicto cap.* 4.*per totum.*

LOCUS.

L*Ocus poteſt recuſari lib.*2.*cap* 18.*n.*1.
*Citatus ad locum non tutum comparere non tenetur.n.*2.
*Debet tamen hujuſmodi impeditus de impedimento congruo, tempore proteſtare.*
*Loco judicum recuſati qui dandi ſunt lib.*6.*cap.*32.

LUDUS.

E*X Ludo quando recuſatio procedat lib.4.cap.3.n.29.*

MACULATI.

M*Aculati omnes maculare intendunt.*4.13.123.

MANIFESTUM.

M*Anifeſtum quid ſit vide in verbo notorium.*

MANDATUM.

M*Andare videtur, qui non prohibet, cum prohibere poſſit lib.*4.*cap.*10.*n.*5.

*Mandatum ſpeciale requiritur ad recuſandum judicem lib.*3.*cap.*13.

*Vide verbo procurator.*

MEMORIA.

M*Emoria vulgò rol* [ de pé- jados *non admittitur* 3. 16.31.

MENTECAPTUS.

M*Entecaptus furioſus fauſtu & ſimili morbo laborãtes nec teſtes, nec judices eſſe poſſunt lib.*4.*cap.*18.*n.*50.

MEIRINI.

M*Eirini recuſari non poſſunt lib.*2.*cap.*8.*n.*22.

MENDATIUM.

M*Endatium diù ſtare non po- teſt* 4.15.126.

MILES.

M*Ilites regulariter conveniri debent coram duce belli, & magiſtro militum lib.* 2. *cap.* 11. *num.*3.

*Referuntur caſus, in quibus, milites militariter puniri poſſunt.*4.

*Si milites pro militaribus delictis ab ordinarijs judicibus capiantur ad gubernatorem, & auditorem cum omnibus actis remitti debent.*5.

*Miles ducem ſuum recuſare poteſt lib.*3.*cap.*16.*n.*33.

*Vide verbum dux, & verbum gubernator.*

MINOR.

D*E jure Hiſpano minor non reſtituitur ſi intra terminum legis recuſatio non terminetur lib.*6.*cap.*16.*n.*1.

*Secùs de jure noſtro* 2.

*Minor non reſtituitur ad acuſandum.*4.

*Recuſatio Iudicis in ſe acuſationem continet.*5.

*Poſt terminum à lege præſcriptum non reſtituitur ad objiciendã crimina* 6.

*Reſtitutio non cenſetur prohibita, niſi expreſſe prohibeatur* 10.

*Etiam ſi generaliter omnia remedia prohibeatur.*11.

*Minor etiam reſtituitur adverſus lapſum termini præſentandi reſcriptum reviſionis* 12.

*Durum eſt cogere minorem apud Iudicem ſuſpectum litigare* 13.

*Referuntur D.D. qui reſtitutionem concedunt.* 14.
*Minor non reſtituitur ad accuſandum ad vendictam, aut quando ex reſtitutione nex alicujus reſidtat.*
*Secus ſi ad reſarciẽdum damnũ accuſatio fiat.* 15.
*Minor accuſans ad defendendum ſuum honorem reſtituitur.* 16.
*Reſtitutio non ſolum conceditur minori ad recuſandum, ſed ad ſe opponendũ cõtra recuſationem.* 17.
*Minor reſtituitur contra conſenſum in judicem ſuſpectum lib.* 2. *cap.* 7.*nu.*2.

MUNERA.

*Munera Iudex recipere non poteſt lib.*4.*cap.*16.*n.*43.
*Nec ab eccleſiaſticis alias recuſari poteſt. ibidem.*
*Eccleſiaſtici in multis caſibus coram judice ſeculari reſpondere tenentur.*44.
*Poſſunt conveniri de ſpolio, & reconveniri coram judice ſeculari.* 45.
*Niſi dentur ex communi de conſuetudine certis diebus anni.* 46.
*Iudex poteſt accipere munera a non ſubditis.*54.
*Falit ſi dentur ratione officij.*55.
*Si poſteá fiat Iudex dantium munera recuſari poteſt n.*57.
*Iudex recipiens oſculenta, & poculenta, etiam parvi valoris recuſari poteſt.* 57.
*Inter oſculenta juſtitia interdum conceditur, & inter oſſa edulium quieſcit.*58.
*Similia munera, & xenia pro emenda injuſtitia de futuro dari ſolent.*59.
*Muneribus omnes capiuntur.n.*8.
*Vide verbo ambitio, & verbo Xenia.*

NEOPHITUS.

*Neophitus quis ſit* 4.13.
*Eorum mores deſcribuntur ibidem.*
*Iudices an eſſe valeant ibidem.*
*Facti Iudices an recuſari poſſint.* 4. 14.

NEMO.

*Nemo ſibi ipſi jus dicere poteſt lib.*4.*cap.*8. *per totum.*
*Iudex poteſt recuſari in cauſa propria.* 2.
*Amor proprius eſt omnium fortiſſimus.*3.
*Suæ quiſquæ inventioni favet.* 4.
*Magis aliena vitia, quam propria exhorremus.*5.
*Potens ſuo corpori rationabiliter imperare regia poteſtate nõ caret.*5.
*Facile erat homini amorem propriũ vincere ſi ſe ipſum agnoſceret.* 6.
*Nemo poteſt eſſe judex in causâ propria.*8.
*Tam in civilibus, quam in criminalibus.*9.
*Prout etiam in cauſis conſanguineorum.*10.
*Quod procedit etiam ſi partes conſentiant.*11.
*Nemo ſibi ipſi imperare poteſt.* 12.
*Vt repellatur Iudex non eſt neceſſarium illum recuſare, ſed ſuffiit,* appo-

apponere eſſe cauſam propriam. n.14.
In criminalibus etiam parte non opponente non poteſt quis eſſe judex in cauſa propria.15.
Nemo poteſt ſe ipſum ad mortem condemnare, etiamſi cognoſcat ſe illa dignum.16.
Nemo licet magnæ bonitatis, & qualitatis poteſt eſſe judex in cauſa propria.17.
Iudex miræ bonitatis ex juſta cauſa poteſt recuſari etiam in cauſa alienâ.18.
Statutum abſolute diſponens, quod quilibet poſſit eſſe judex in cauſa propria non valet.19.
Quamvis aliquis poſſit eſſe judex in cauſa, ex qua poteſt recipere commodum ex aliquo principio bene tamen recuſatur.20.
Habens cauſam ſimilem recuſari poteſt.21.
Quod procedit tam in judice ordinario, quam in delegato.22.
Similis cauſa eſt quando ex deciſione illius ad deciſionem alterius devenitur.23.
Habens ſimilem cauſam à teſtificando repellitur n.24.
Similitudo nominis ad recuſationem non ſufficit.25.
Ille, qui ſolicitavit eſſe judex poteſt recuſari.26.
Recuſari poteſt, qui habet cauſam conſanguinei pendente coram parte.29.
Iudices reciproci recuſari poſſũt.28
Habens cauſam ſimilem deſimilem, vel juris patronatus ex eo tantũ recuſari non poteſt.24.
Iudex legatarius poteſt in cauſa teſtamentaria recuſari, quando agitur de viribus teſtamenti.30.
Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento.31.
Facilius repellitur à judicando, quã a teſtificando 32.
Executor teſtamenti Iudex factus recuſari poteſt.33.
Quando Iudex tenetur ex evictione vel fideijuſſione recuſari poteſt.34.
Prælatus nõ poteſt eſſe judex in cauſa ſuæ eccleſiæ n.35.
Si cauſa fuerit menſæ prælati ſufficit oppoſitio.36.
Conſanguineus Epiſcopi, vel rectoris poteſt recuſari in causâ Eccleſiæ Epiſcopi, ſeu rectoris.37.
Iudex poteſt recuſari in cauſa ſuæ communitatis, aut collegij.39.
Quilibet poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuæ communitatis ſi non habet commodum particulare.40.
Poteſt quilibet eſſe judex in cauſa, in qua teſtimonium dedit, ſed recuſari poteſt.41.
Niſi depoſuiſſet ſe nihil ſcire.42.
Quando judex ſcit veritatem cauſæ poteſt recuſari, ut poſtea teſtificetur.43.
Princeps poteſt eſſe judex in cauſa propria n.64.
Prout etiam civitas ſuperiorem non recognoſcens.65.
Niſi cauſa ſit cum non ſubdito.67.
De honeſtate etiam inter ſubditos debent cauſam alijs delegare.66.
Conſuetudine poteſt introduci, ut quis in certo, & particulari caſu poſſit

poſſit eſſe judex in cauſa propria.70.
In facto notorio poteſt quis eſſe judex in cauſa propria.71.
Prout etiam quando ei fit offenſio ratione dignitatis, non ratione perſonæ.72.
In illis, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ poteſt quis eſſe judex in cauſa propria n.73.
Conſul, & præſes poteſt ſe ipſum mancipare, & in adoptionem dare.74.
Pater poteſt ſervum ſuum manumittere coram filio familias.75.
Iudex cognoſcens an ſua ſit juriſdictio, non poteſt recuſari tamquam in cauſa propria judicans.76.
Intelligitur ſi controverſia ſit inter judices, & partes ſecus ſi inter duos judices.77.
Similiter quando ex tali cognitione reſultarent Iudici protulæ magnæ quantitatis n.78.
Poteſt quis eſſe judex in causâ propria ob defectum judicis competentis, & periculum in mora.79.
Quando actio eſt tempore peritura poteſt judex cognoſcere de ſua cauſa uſque ad conteſtationem litis.80.
Poteſt Iudex delinquentem capere, & eum detinere dum ſuperiori remittit 81.
In cauſis brevibus, & levibus poteſt quis eſſe judex in cauſa propria 83.
Iudices in competentes tenentur delinquentes capere & eos remittere ad ſuperiores 83.
Subſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa ſpectante ad dignitatem, & honorem eccleſiæ poteſt Epiſcopus eſſe Iudex in cauſa propria.84.
Intellige ut procedat, licet in conſequentiam vertatur utilitas epiſcopi n.85.
Epiſcopus ex rationabili cauſa poteſt cogere ſubditos ad caritativum ſubſidium n.86.
Epiſcopus in cauſis ſuæ eccleſiæ poteſt recuſari.87.
Iudex poteſt procedere abſque metu recuſationis contra turbantes ſuam jurisditionem. 92.
In omnibus cauſis, in quibus poteſt quis ſibi ipſi jus dicere, Iudex recuſari non poteſt ex eo, quod in causâ propria non poſſet judicare.93.
Quales ſint ibidem remiſſive dicuntur.

NOTARIUS.

Vide in verbo ſcriba.

NOTORIUM.

Notorium manifeſtum, & evidens, ac publicum ſinonima ſunt eundemque habent ſenſum, quando materia ſubjecta non repugnat lib. 4. cap. 8. numer. 88.
Vel mens diſponentis ibidem n.89.
Notorium & patens eſt illud, quod nulla probabiliter tergiverſatione collari poteſt.n. 90.
Vel illud, in quo nulla probatione, ſeu examinatione opus eſt numer. 91.

NULLITAS.

*Quamvis in causa recuſationis appellatio, ſeu gravamen inveniatur prohibitum nullitas non cenſetur excluſa lib.6.cap.20.n.23.*

*Nullitas magna eſt notoria injuſtitia.24.*

NUTRITOR.

*Nutritor eodem modo, quo removetur teſtis, recuſatur Iudex lib.4.cap.18.n.24.*

OFFICIALES.

*Officiales mechanici Iudicem officij ſui recuſare poſſunt lib.2.cap.8.n.ult.*

*Iudex non poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum officialium lib.4.cap.7. num.1.*

*Neceſſe eſt, ut partes expreſſe conſentiant in Iudicem, ut ipſe cognoſcere poſſit.2.*

*Si pars conſenſerit in Iudice officiali non poteſt recuſare Iudicem ex eo ſolum, quod ſit officialis.7.*

*Ex alia cauſa poterit ibidem.*

*Officiales dicuntur de familia Iudicis.20.*

*Quando cauſa vertitur inter duos officiales ejuſdem Iudicis, ipſe cognoſcere poteſt, & recuſari nequit ſi detur paritas in reliquo.22.*

*Iudex poteſt cognoſcere de delictis commiſsis in officio, & eos punire.23.*

*Poteſt etiam eos punire de notorijs delictis commiſſis extra officiũ.24*

*Secùs in non notorijs.25.*

*Iudex recuſari non poteſt ſi cognoſcat de cauſis ſuorum officialium uſque ad conteſtationem litis.26.*

*Iudex fiſci poteſt cognoſcere de recuſationibus appoſitis ſuis officialibus abſque eo, quod ex hac cauſa valeat recuſari.n.27.*

*Princeps poteſt committere cauſam certa recuſatione remota n.25.*

*Auditor baſilicæ publicæ Ulyſiponenſis, & Iudices cæterarum baſilicarum regni cognoſcunt privativè de cauſis civilibus, & criminalibus ſuorũ officialiũ.29.*

*Officiales, quibus conceditur, ut poſſint, ſeu debeant conveniri corã ſuo judice ab eo avelli non debent.32.*

*Appellatione officialium non veniunt advocati n.34.*

OFFENSIO.

*Vide in verbo injuria.*

PAPA.

*Papa recuſari non poteſt.1.2.1*

*Papa eſt culmen omnium dignitatum.*

*Papa non poteſt committere cauſam recuſatione remota.1.17.& 2.*

*Etſi cõmittat de frivola recuſatione eſt intelligendus 1.17.2*

PARROCHIANUS.

*Parochianus poteſt parochũ ſuum ex juſta causâ recuſare.2.*

*Parochus ex inimicitiâ recuſari poteſt. ibidem. n. 1.*
*Ad hanc recuſationem eſt adeundus Epiſcopus ibidem. n. 2.*

PARENTES.

*P Arentes ante ſponſalia legitimè contracta ignominioſas nuptias filiorum recuſare poſſunt 4.15. per totum.*
*Parentes ad derigendas nuptias filiorum jus habent. 4.15.8.*
*Parentes recuſantes ignominioſas nuptias filiorum ante ſponſalia legitimè contracta eos non impediunt, ſed ad meliores dirigunt. 4.15.12.*
*Parentes ex rationabili cauſa poteſt præcipere filio, ut certam ducat. 4.15. 15.*
*Parens injuſte renitens ab utraque poteſtate compelli poteſt. 4.15.14*
*Parens non poteſt eſſe judex in cauſa filiorum 4. & 8. per totum.*

PAUPER.

*P Auperes cautionem deponere non tenentur lib. 5. cap. 3. n. 1.*
*Pauperum Princeps protector eſt. 2.*
*Pauperes ab omni depoſito liberantur. 3.*
*Paupertas quomodo ſit probanda 4.*
*Paupertatis probatio an ſit facienda coram judice recuſato. 6.*
*Quid ſtatutum ſit, quando notorius pauper in Ulyſſiponenſi, vel Portuenſi ſenatu recuſationes opponere vult. 9.*
*Impugnatur praxis. 10.*
*Pauper in caſu gravaminis ordinarij excuſatur, etiam à depoſito levi. 11.*
*In cauſa recuſationis excuſatur à depoſito pauper quando petentis paupertas eſt principi notoria. 12*
*Iniquum eſt, ut paupertas recuſantis jus tolat. 13.*
*Pauperes favēdi ſunt in judicio. 14.*
*Et ipſis defenſores conſtituuntur. 15.*
*Quando litigant ſportulas non debent. 16.*
*Pauperes, qui domus miſericordiæ auxilio liberantur, etiam in utroque ſenatu non tenentur aliquantulum cautionis offerre. 18.*

PERITUS.

*P Eriti in arte recuſari poſſunt lib. 2. cap. 17. n. 1.*
*Relatio peritorum coram judice eſt facienda n. 3.*
*Partes debent eſſe preſentes, quando judex committit menſuram agri. 4.*
*Periti ex conſenſu partium electi recuſari non poſſunt niſi ex nova cauſa n. 5.*
*Nec ab una parte, ſi ab altera fuit electus n. 6.*
*Ad recuſandos peritos non eſt neceſſaria probatio, ſed ſufficit, quod cauſa à recuſante juretur n. 7.*

PRÆLATUS.

*P Rælatus impedientes nuptias poteſt coërceri per cenſuras. 4.15.2.*

*Prælatus ante ſponſalia valide ini-ta non debet procedere contra pa-rentes recuſantes ignominioſas nuptias filiorum ibidem.3.*

*Prælatus pacis, & non diſcentionis actor eſſe debet.*

*Prælatus non poteſt procedere con-tra parentes; niſi malicioſè impe-diant ibidem 23.*

*Prælatus potius bono matrimonij proſpicere debet, quam morem gerere adoleſcentibus, qui cæco a more ducũtur ad tempus ibid. 26*

PRÆSIDES.

P*Ræſes ſenatus Palatini recu-ſari poteſt lib.2.cap.2.n.*10.

*Præſide alicujus communitatis ſuſ-pecto ſeu tribunalis an omnes de communitate vel de tribunali ma neant ſuſpecti ibidem nu.*15. & *cap.*10.*n.*8.& 9.

*Loco præſidum recuſatorum alij ſunt ſubſtituendi.*

*Præſides provinciarum recuſari poſſunt & quis de eorum recuſa-tione cognoſcat lib.*1.*cap.*8.*n.* 2.

*Præſides provinciarum Auditores Iudices forenſes pendente recu-ſatione cum adjunctis ad ulterio-ra procedere poſſunt lib.*5. *cap.*9. *n.*17.*cum ſeqq.*

PRINCIPALES.

P*Rincipales alicujus communi-tatis ſuſpecti an omnis com-munitas ſuſpecta manet lib,* 1. *cap.*14.*a n.*4.& *lib.*2.*cap.* 10.*n.* 9.& 10.

PRINCEPS.

P*Rinceps eſt ſuper jus poſitivũ, non ſuper jus naturale.* 1.12

*De principis poteſtate non diſputa-tur.*13.

*Niſi de illius voluntate, & clemen-tia fiat* 1.1.14.

*Princeps æquo animo ferre debet ad monitionem juſtam.*1.1.15.

*Princeps non poteſt committere recu ſatione remota* 1. 1.10. & 17. *per totum.*

*Etſi committat de frivola intelligen dus eſt.*1.1.9.

*Principi quod juſtum non eſt place-re non cenſetur* 1.1.17.

*Inter judices ſeculares Princeps nu meratur.*1.1.1.

*Principes,& Reges ſuperiores non cognoſcentes recuſari non poſſunt* 2.1.3.& 2.2.2.

*Principem nemo interrogare poteſt, cur ita faciat* 2.2.5.

*Princeps omnia jura habet in ſcri-nio pectoris ſui.*2.2.19.

*Princeps bonis conſiliarijs uti de-bet.*2.2.7.

*Melius eſt Principem malum habe-re cum bonis conſiliarijs, quam bonum cum malis* 4.13.49.

*Princeps alicui inimicum pro judice dare non poteſt* 4.14.17.

*Principis nomen non merentur, qui ledentes injuſte judicem non pu-nit* 3.15. 18.

*Princeps eſt adeundus, quando In-dex recuſatus diſcordat cum ad-juncto lib.* 5. *cap.*10.*n.*19.

*Princeps non eſt adeundus, quando caſus*

*caſus eſt proviſus à lege lib. 2. cap. 9. n. fin.*

PROCURATOR.

P*Rocuratores regiæ coronæ, & patrimonij regij recuſari poſ ſunt 2. 14. per totum.*

*Procurator ad negocia recuſari non poteſt, 2. 19. 11.*

PROBATIO.

R*Ecuſatio eſt probanda ab eo, qui eam objicit lib. 6. cap. 17. 2. & 3.*

*Niſi cauſa recuſationis fuerit notorie vera. 4.*

*De jure Civili probatio neceſſaria non erat ibidem.*

*Cauſa, quæ ſine ſcandalo exprimi non poteſt attento jure Canonico non eſt probanda. 7.*

*Secus de jure noſtro 8.*

*Ad probandam recuſationem conſultorum ſcribarum non requiritur probatio. 5.*

*Secus de jure noſtro 6.*

*Circa probationem recuſationis nihil datur ſpeciale. 19.*

*Ad probandam recuſationem admittuntur omnes qui non ſunt prohibiti teſtes eſſe. 20.*

*Actori ſemiplene probanti defertur juramentum ſupletorium. 22.*

*Falit hæc regula in recuſatione vide verbo dilatio, verbo terminus, & verbo teſtis.*

PROTESTATIO.

C*Omparens coram judice ſuſpecto proteſtando ſe non conſentire conſenſum præſtare non cenſetur lib. 4. cap. 1. n. 32.*

*Etſi non audeat ob reverentiam Iudicis proteſtare coram ipſo ſufficit proteſtatio quãvis occulta, ut non cenſeatur conſentire. 36.*

*Comparens coram judice in competenti debet proteſtare nolle in ipſum conſentire, nec in ejus juriſditionem, niſi quatenus de jure tenetur, & non alias. 38.*

*Proteſtatio poteſt poni in ultimo loco libelli, ſed tutius eſt illam appone re in principio ante omnia. 40.*

*Proteſtatio debet etiam apponi in recuſatione quod ſalvæ ſint proteſtanti exceptiones dilatoriæ, ſi fortè competant. 42.*

*Proteſtans hoc modo ſucumbens in recuſatione poteſt poſtea ponere alias exceptiones dilatorias. 43.*

*Proteſtatio repetenda eſt in quacumque comparitione, aut inſtantia, alias cenſetur ab ea recedere, & judicem approbare. 45.*

*Cautè proteſtari poteſt dicendo proteſtatio hæc habeatur pro repetita in omni mea comparitione, & inſtantia. 46.*

*Et ita facta numquam cenſetur, comparentem conſentire. 47.*

*Proteſtatio, quæ fit in judicio debet repeti non quæ extra. 48.*

*Proteſtatio nihil prodeſt, quando proteſtans poſteà fecerit actus incompatibiles cum proteſtatione, quæ ibi referuntur n. 49. 50. 51. 52. 53.*

PROVISORES.

PRoviſores provinciarium recuſari poſſunt lib.2.cap.8.
De eorum recuſatione cognoſcit præſes provinciæ lib.5.cap.12.
Proviſores reſiduorum recuſari poſſunt lib.3.cap.10.n.13.

RECUSATIO.

REcuſatio definitur.1.1.2.
Recuſatio neque lege, neque ſtatuto tolli poteſt.1.1.8.
Recuſatio non eſt favorabilis 1.1.18.3.13.5.
Recuſatio eſt proponenda ante alias exceptiones coram judice recuſati 4.1.1.
Limita, quando ejus copia haberi non poteſt 4.14.& 5.
Recuſatio primo verbis eſt intimanda 4.1.2.3.
Poſtea ad ſcripta redigenda.4.1.6.
Recuſatio eſt proponenda ante litis conteſtationem 4.1.11.12.
Niſi intra triduum proponatur.4.1.14.
Recuſatio apud nos intentari non poteſt, niſi cauſa pendente 3.13.n.12.3.& 4,1.24.
Secus de jure communi 3.1.3.1.2.3.
Recuſatio eſt probanda coram judice a lege ſtatuto ſeu regimine dato, & eo deficiente coram arbitris 5.12.1.
Recuſatio per ipſum recuſantem, vel per ejus procuratorem ſpecialem eſt proponenda 3.13.a n.1.
In criminalibus, nec per ſpecialem procuratorem 3.13.10.
Recuſatio apud nos per advocatum eſt firmanda 3.13.15.
Recuſatio non procedit in criminalibus notorijs, in quibus certa pœna a jure eſt ſtatuta 3.10.a nu.1. uſque ad 6.
Recuſatio intentari poteſt tam in criminalibus, quam in Civilibus 3.9.a n.1. uſque ad 5.
Recuſatio apponi poteſt tam a Reo quam ab Autore 3.8.1.& 2.
Recuſatio intentari poteſt a tertio comparente pro ſuo intereſſe 3.11 a n.1 uſque ad 5.
Recuſatio intentari non poteſt ab eo, qui non eſt pars in cauſa 3.11.5.
Recuſatio intentari poteſt, etiam ſi Princeps, ſeu Summus Pontifex committat appellatione remota. 1.16.1.& 2.
Recuſatio ab uno appoſita, quando alteri proſit 3.3.a n.1.
Recuſari poſſunt omnes preter Papam, & Regem 2.2.2.
Recuſatio locum non habet ubi appellatio non ſuſpendit.1.20.60.
Recuſari quilibet poteſt, qui à regula non excipitur 2.2.13.
Ante recuſationem intentatam poteſt judex alteri delegare lib.5.cap.8.n.17.
Recuſatio ſapit crimen lib.4.cap.10 num.11.
Ex recuſatione injuſta judici injuria infertur.10.
Recuſatio oriens ex una parte ex altera allegari non poteſt lib.4.cap.7.num.11.
Recuſatio eſt juris publici ſecundarij ibidem n.18.
Quæ ſunt juris publici ſecundarij renunciari poſſunt ibidem n.19.

*Recuſatio intentari poteſt in liquidatione lib.2.cap.8.n.19.*
*In executione non procedit n.11.vide in verbo executor.*
*Recuſatio non eſt favorabilis, ſed odioſa lib.1,cap.1.à n. 18.*
*Recuſato uno ex judicibus ordinarijs alicuius oppidi Iudex conſocius manet recuſatus lib.3. cap. 5. num.1.*
*Falit in Iudicibus Civitatis Vlyſiponenſis lib.6.cap.22.*
*Recuſatio, & appellatio æquiparantur, & ubi una denegatur, alia regulariter non conceditur lib.3.cap.6.n.18.*
*Recuſatio iterum intentari non poteſt ex cauſa jam exiſtente, & nota recuſanti tempore primæ recuſationis lib.3.cap.14.n.2.*
*Recuſatio ex cauſa nova, vel antiqua, ſed ignota recuſanti iterum intentari poteſt ibidem n.3.*
*Non procedit de jure noſtro n.4.*
*Recuſatione rejecta, quia inepte fuit appoſita iterum intentari poteſt ibidem.n.5.*
*Recuſatio in actibus extrajudicialibus regulariter locum non habet lib.3.cap.16.à n.1.*
*Niſi fiãt per modũ juriſditionis n.5.*
*Recuſatio locum habet in electionibus.n.7.*
*Et tunc à quolibet poni poteſt n.13.*
*Recuſatio locum non habet ex ſola novi operis nuntiatione n.19.*
*Nec ex timore mali inferendi.n.20.*
*Nec ex diſtractione pignoris.n.21.*
*Nec ex fraude creditorum.22.*
*Nec ex vi illata.23.*
*Niſi à Iudice illata ſit.24.*
*Recuſatio locum habet in confirmatione, ſeu ceſſatione, electionis à num.14.*
*Recuſatione pendente nihil eſt innovandum lib.5. cap.7. per totum vide in verbo ſuſpicio.*
*Recuſatus quando procedit cum adjuncto, ſi non concordent, ſed diverſas præferant ſententias neutra tenet lib.5.cap.10.à n.8. cum ſequentibus.*

## RECURSUS.

R*Ecurſus ad coronam in materia recuſationis an, & quãdo cõpetat lib.5.cap.19.per totũ.*

## RECUSANS.

R*Ecuſans, quando teneatur cautione deponere vide in verbo* Cautio.
*Recuſans quomodo teneatur recuſationem probare vide in verbo* Probatio.
*Recuſans an ſit actor, vel reus lib.3. cap.1.*
*Recuſans an, & quando teneatur ſellarium adjuncti deponere lib.5 cap.10.per totum.*

## RECTOR.

R*Ector univerſitatis recuſari poteſt lib.2.cap.3.nu.1. & coram quo.*
*Rector Iuſtitiæ domus ſuplicationis recuſari poteſt lib.2.cap.3.n. 1.*
*De cujus recuſatione cognoſcit Cancellarius maximus n.2.*
*Rector juſtitiæ adeſſe non debet,* quando

quando judicatur cauſa ſuorum lib.6.cap.22.n.11.

REVISIO.

REgulariter reviſio locum non habet de jure noſtro in recuſationibus lib.6.cap.20.n.16.
Falit hæc regula quando in ſententia agitur de honore judicis recuſari. 17.
Recuſatus ſi in reviſione obtineat non ideò reddit ad cauſam lib. 3. cap.16.n.33.

SALARIUM.

REcuſans judicem, qui ad ulteriora procedere poteſt cum adjuncto tenetur ſalarium adjuncti depónere lib.5.cap.10.n.1.
Iudex recuſatus poteſt cogere recuſantem, ut deponat ſalarium n.2.
Paupertas non liberat recuſantem à depoſitione ſalarij. n.5.
Nullus tenetur ſuo ſtipendio militare.n.6.

SCHOLARES.

SCholares poſſunt recuſare omnes ſuos magiſtros, & ſi omnes ſuſpecti judicentur eſt adeundus princeps.lib.2.cap.8.n.14.

SCRIBA.

SCribæ, notarij, & tabelliones recuſari poſſunt lib.2.cap.11 num.1.
Iudex non cognoſcit de recuſatione appoſita ſuo notario, ſeu ſcribæ, ſed nominat perſonam apud quã cauſa recuſationis agitetur n.3. & latius lib.4.cap.7. per totum.
Iudici incumbit notarium nominare ut pendente recuſatione ſcribat, qui in cauſa continuare debet ſi recuſatus ſuſpectus judicetur dicto cap.11.n.5.
Si talis non judicetur ei duplex ſalarium eſt præſtandum n.6.
De recuſationibus appoſitis ſcribis, ſeu notarij domus Ulyſſiponenſis ſeu Portuenſis cognoſcit Cancellarius domus n.7.
De recuſationibus ſcribarum, ſeu officialium cujuſcumque judicij Civitatis Ulyſſiponenſis ſeu Portuenſis regulariter cognoſcit Iudex cancellariæ, n.8.
Ex levioribus cauſis recuſantur ſcribæ, quam judices lib.4. cap.1 n.68.
De jure Canonico notarius poteſt recuſari ſolo juramẽto partis.n.67.
Non ita apud nos dicto n.68.

SEDIS CAPITULUM.

SEdis capitulum recuſari poteſt. 1.14. à n.1.
Et quando ibidem à n.2. uſque ad 6.

SENATOR.

DE ſenatoribus, & eorum juriſditione remiſſive agitur lib.2.cap.5.n.1
Senatores recuſari poſſunt ibidẽ.n.2
Eorum recuſatio difficillius eſt admittenda ibidem 3.
De eorum recuſatione eſt agendum corã cancellario domus 5.12. 25.
Senatores palatini recuſari poſſunt. 2.2.11.

De

*De quorum recuſatione eſt judex Cancellarius maximus.* 5.12.24.

*Senator non poteſt recuſari poſt concluſionem in cauſa ex cauſa præterita, quamvis recuſans juret de novo habere notitiam lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 61.

SENTENTIA.

*Sententia lata poſt recuſationẽ oppoſitam, & omnia geſta, ſunt ipſo jure nulla lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 12.

Similem cauſam habens.

*Similem cauſam habens quando valeat recuſari vide verbo* Nemo.

SYNDICATOR.

*Syndicator recuſari poteſt, quomodo, & quando, & coram quo* 2.9.*a n.* 1. *uſque ad* 7.

SYNDICUS.

*Syndicus alicujus Univerſitatis Collegij, aut communitatis ex inimicitia recuſari poteſt lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 11.

SUBDELEGATUS.

*Subdelegatus recuſari poteſt* 1. 11. 1.

*Recuſatio ſub delegati eſt tractanda coram delegantem ibidem.* 2.

*Niſi delegans in totum cauſam delegaverit. ibidem.* 3.

SUPERBIA.

*Superbia eſt regina vitiorum lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 30.

*Iudex nimis ſuperbus recuſari poteſt ibidem. n.* 28.

SUSPICIO.

*Suſpicione oppoſita expirat Iudicis officium lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 2.

*Suſpicio, & appellatio, quo ad ſuſpenſionem juriſdictionis æquiparatur.* 2.

*Pendente recuſatione, vel appellatione, nihil poteſt innovari.* 3.

*Sive cauſa ſit Civilis, ſive criminalis.* 4.

*Et in appoſita cuicũque Iudici.* 5.

*In quocumque alio, in quo cadat adminiſtratio juſtitiæ, procedit.* 8.

*Cauſa ſive ſit ſummaria, ſive ordinaria.* 6.

*Iudex recuſatus nequit diſcutioni cauſæ, aut relationi eſſe præſens.* 9.

*Suſpicione appoſita tã remanet ſuſpenſa cauſa, quæ per votta deciditur, quam quæ per deliberationes.* 11.

*Ad ſuſpendendã judicis juriſdictionem ſufficit, quod cauſa talis ſit, quæ probata rederet Iudicem ſuſpectum.* 13.

*Proceſſus factus per judicem recuſatum poſt appellationem adeò eſt nullus, ut non ſit neceſſarium, quod recuſans appellationem proſequatur ad hoc ut irritetur.* 14.

*Idem procedit licet recuſatus ſit perſona valde religioſa n.* 15.

*Si unus ex conjudicibus fuerit recuſatus nõ poteſt alter, cui poteſtas in ſolidum non eſt data ad ulteriora valide procedere ſuſpicione pendente.* 17.

*Sentẽtia excõmunicationis appellatione pendente lata eſt nulla.* 18.

*Iudex ſuſpicione pendente ad ulteriora procedens tenetur recuſanti ad omne damnum emergens lucrum que ceſſans.19.*
*Si recuſatio ſit rejecta, quia nulla frivola, aut falſa ex cauſa notoria Iudex valide procedet.20.*
*Dummodo poſtea ſic judicetur.21.*
*Securius erit etiam in hoc caſu ſuperſedere.22.*
*Suſpicione non obſtante recte procedit judex ſi recuſans ſuſpicioni renunciaverit expreſſè, vel tacitè.23.*
*Remedio recuſationis poſſunt partes renuntiare 24.*
*Cauſa commiſſa ſuſpicione remota poteſt judex ad ulteriora procedere ſi recuſatio ſit frivola.25.*
*Suſpicione non obſtante poteſt judex ad ulteriora procedere, vel quando ipſe judex recuſari nequit, vel quando cauſa eſt talis, quæ recuſationem rejiciat.26.*
*Poſt litem conteſtatam non admittitur ſuſpicio, niſi de novo emergat.28.*
*De jure Canonico, & Luſitano poteſt recuſatus ad ulteriora procedere, quando non exprimitur recuſationis cauſa 29.*
*Vel quando objicitur ſuſpicio ſine ſpeciali mandato.30.*
*Omnia geſta ante recuſationem propoſitam ſunt valida, licet Iudex ſit notoriè ſuſpectus.31.*
*Suſpectus notorie poteſt procedere uſque ad ſententiam, ſi exceptio recuſationis à parte non apponatur.32.*
*Niſi iudex ſit ſuſpectus ex capitali inimicitia.33.*
*Quando ad recuſationẽ requiritur cautio ſunt valida geſta ante illam.34.*
*Iudex ſemel in cauſa recuſatus non poteſt ex eadem parte, & in eadẽ cauſa recuſari, ex cauſa, quæ exiſtebat tempore primæ recuſationis, quamvis recuſanti ignota. 35.*
*Valida eſt ſententia prolata in cauſa criminali à ſenatoribus utriuſque domus, quando pars in cap. finalis alegationis non expreſſerit ſenatores ſibi ſuſpectos, & ſuſpicionis cauſas, & teſtes ad eam probandam nominaverit.36.*
*Datur limitatio n.38.*
*Sententia lata à judice recuſato invalida non judicatur in ſenatu, quando pars non appellavit, aut denullitate oppoſuit 39.*
*Nullitas hæc læſione eſt veſtiẽda.40*
*Vide verbum* recuſatio, *& in verbo Iudex.*

SUSPECTUS.

*Suſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando lib. 5. cap.8.n.2.*
*Iudex allegatus ſuſpectus an poſſit cauſam delegare traditur per totum caput.*
*De partium conſenſu poteſt judex recuſatus cauſam alteri delegare. 12.*
*Etiam poſt judicatam recuſationem 15. & 18.*
*Niſi cauſa fuiſſet commiſſa electa induſtria Iudicis n.13.*

*Iudex delegatus nec de conſenſu partium poteſt cauſā ſubdelegare.* 16
*Vide in verbo* recuſatio, *& in verbo* ſuſpicio, *& in verbo* Iudex.

TERMINUS.

*De jure noſtro intra triginta dies eſt definienda recuſatio lib.6.cap.*15.*n.*3.
*Terminus iſte prorogari poteſt ad quindecim dies in caſu, de quo n.*4
*Terminus ad terminandam recuſationis cauſam eſt continuus.*5.
*In dubio omne tempus a lege datum ſic præſumitur, & non utile.6.*
*Tempus a lege datum eſt peremptorium.7.*
*Terminus ad præſequendam recuſationem currit de momento ad momentum.9.*
*Recuſans permittens tempus labi recuſationi renunciare videtur.* 12
*Dies termini non incipiunt currere, niſi a die traditæ recuſationis ſcribæ* 10.23.24.
*Temporis lapſus potior eſt defectus, quam tacitæ, vel expreſſæ recuſationis.*13.
*Non currit terminus in diebus, in quibus recuſans fuit impeditus facto adverſarij* 14.
*Non ita de jure noſtro* 15.
*Sed in hoc caſu recte principem adit.*16.
*Senatores palatini non poſſunt prorogare dies termini.*17.
*Si culpa Iudicis recuſationis non fuit cauſa intra terminum legis Iudicata tenebitur ſolvere partibus intereſſe, & damnum datum.* 18.
*Lapſo termino non poſſunt arbitri cognoſcere de exceptionibus oppoſitis contra ſententiam recuſationis.*18.
*Terminus currere non incipit, niſi poſt quam certus eſt judex, & ſcriba recuſationis.*21.

TESTIS.

*Teſtes in recuſationibus omnes eſſe poſſunt, qui non prohibentur.lib.6.cap.*17.*n.*20.
*Non admittenda in teſtem pars ob quam judex recuſatur a n.*25.
*Quando Iudex recuſatur ex cauſa Barataria, aut concutionis proxineta non eſt idoneus teſtis.*28.
*Senatores non poſſunt præbere teſtimonium in cauſa recuſationis de illo, quod audierunt in ſenatu.*29
*Elapſo termino teſtes recipi non poſſunt, ſed tamen recte recipiuntur inſtromenta.*30.
*Dummodo parti adverſæ aliquod detur tempus, ut hujuſmodi inſtrumenta valeat impugnare.*31
*In recuſationibus ſenatorum tenetur Cancellarius teſtes per ſe examinare lib.*6.*cap.*18.*n.*1.
*Niſi agatur de probanda conſanguinitate, vel affinitate, vel aliqua re levi, quæ non involvat honorem in recuſationibus ſenatorum poteſt Cancellarius examen committere.* 3.
*Iudices Cancellariæ poſſunt examē committere.*4.
*Et ita alij quicunque recuſationis Iudices.*7.
*Sed hoc non eſt facile conficiendū.* 8.

Di-

*Diebus feriatis poſſunt teſtes recuſationis examinari.9.*
*Vrgente neceſſitate poteſt recuſatio apponi etiã in diebus feriatis.*10.
*Et omnes actus judiciales fieri.*11.
*De jure noſtri regni tantũ illi teſtes examinari poſſunt, qui in calce recuſationis fuerint nominati.*12.
*Niſi minor ſit recuſans.*13.
*Vel teſtes nominati mortui, aut abſentes ſint.*14.
*Ad perpetuam rei memoriam, etiam examinari poſſunt in caſu, de quo n.*14. *&* 15.
*In cauſa recuſationis eſt citanda pars, ut videat teſtes jurare n.*16
*Vide verbum* probatio *verbũ* terminus *verbũ* dilatio.
*Teſtes de auditu minus probant in cauſa recuſationis, quam in alijs lib.6.cap.19.n.*24.

TIMOR.

*Timor juſtus gravaminis præſtat legitimam cauſam ad recuſationem lib.4.cap.9.n.1.&* 2
*Et ex hac cauſa Iudex ſufraganeus adverſarij recuſari poteſt.n.*3.
*Iudex inferior in cauſa ſuperioris recuſari poteſt.*4.
*Iudex vaſſallus recuſari poteſt.*5.
*Iudex colonus, ſeu Inquilinus debitor recuſari poteſt.*8.
*Iudex remittens uni parti aſſignaturas, aut ſportulas recuſari poteſt.*9.
*Iudex cujus filius recepit beneficia a parte ab altera recuſari poteſt.*10.
*Iudex, qui fuit in cauſa advocatus unius partis ab altera recuſari poteſt.*12.
*Iudex poteſt recuſari in cauſa, in qua eſt advocatus. Pater, vel filius ipſius judicis dicto n.*12.
*Idem in avo, & nepote.*13.

VENATIO.

*Ex venatione, piſcatione, & aucupitione quando recuſatio procedat lib.4.cap.3.n.*28.

VENDITIO.

*Vide in verbo emptio.*

VICARIUS.

*Vicarius generalis Epiſcopi recuſari poteſt* 1.9.*n.*1.
*Recuſatio vicarij eſt tractanda coram Epiſcopo ibidem* 2.
*Niſi per conſtitutiones Epiſcopatus aliter ſit proviſum ibidem nu.* 3. *& lib.*5.*cap.*12.*à n.*29.
*Ex ſuſpicione Epiſcopi ejus vicarius; & cæteri officiales legitime recuſantur.*3.5.*n.*1.
*Idem eſt dicendum in vicario Epiſcopi electi non dum conſecrati ibidem.n.*2.
*Et in vicario capituli ibidem.*2.
*Etiam ſi vicarius cum Epiſcopo non habitet ibidem,*8.
*Procedit etiam ſi vicarius cum Epiſcopo tanquam delegatus cognoſcat ibidem.*4.
*Secus ſi cognoſcat tanquam delegatus à Papa ibidem.* 6.
*Vicarius Epiſcopi nominatus per Papam recuſari non poteſt: qui Epiſcopus eſt ſuſpectus ibidem.*7.

*Exiſten*

*Exiſtente ſuſpecto vicario, non ex eo manet ſuſpectus Epiſcopus ibidem.9.*

*Recuſato vicario poteſt epiſcopus alium dare, niſi ipſe ſit ſuſpectus ibidem n.10.& lib. 5. cap. 12. à n. 39.*

*Vicarius capituli manet ſuſpectus exiſtente ſuſpecto cap.5.12.35.*

*De ſuſpicione oppoſita vicario capituli cognoſcit capitulum ſi non eſt ſuſpectum.5.12.33.& 35.*

VISITATOR.

V*Ide in verbo Epiſcopum, & in verbo Prælatus.*

VIRTUS.

V*Irtus ſui ipſius eſt præmium lib.4.cap.12.n.3.*

*Virtus præmia expoſcit ob ipſius virtutis ornamentum.*

*Virtuti irremuneratæ nõ creditur.8*

UNIVERSITAS.

U*Niverſitas ex capite inimicitiæ generice non poteſt recuſari lib.3.cap.2.*

*Univerſitas, an & quando recuſari poſſit. 2.10.2.3.& 4.*

*Univerſitas an ex capite inimicitiæ poſſit judicem recuſare & quando 3.2. per totum.*

*Ratione inimicitiæ ſpecificæ bene valet recuſare dicto cap. 2.*

VOTUM.

I*Udex recuſari poteſt ſi ante ſententiam votum propallavit lib.4.cap.8.n.57.*

*Et ſuſpectus Iudex qui ante ſententiam votũ propallat ſive expreſſe, ſive tacite 58.*

*Idem dicendum eſt ſi ante publicationem ſententiæ votum declaravit, quamvis ſententia ſit jam lata n.59.*

*Quilibet habens munus publicum recuſari poteſt ſi ante tempus ſuum votum aperiat 60.*

*Qui aperit ſeu promittit votum recuſari poteſt.61.*

*Admonentur Iudices juſtitiæ diſtributivæ, ne aperiant votum ante tempus.63.*

*Etſi aperiant recuſari poſſunt. ibidem n.63.*

UXOR.

E*X facto uxoris, vel familiæ permiſſu, aut conceſſu Iudicis operato ipſe recuſari poteſt lib 4.cap.10.n.1.*

*Secus ipſo ignorante.2.*

*Idẽ eſt facere, vel factis aſſentire.3.*

*Conſentire non cenſetur, qui ignorat.4.*

*Accipere per ſe, vel per alium idem eſt.6.*

*Scientia in hoc caſu conjecturis probatur.7.*

*Iudex etiam ignorans ex facto familiæ tenetur.8.*

*Non verò criminaliter, ſed civiliter.9.*

XENIA.

X*Enia parvi valoris abſque periculo recuſationis attento jure cõmuni Iudex a partibus accipere poteſt.lib.4.cap.16.n.60*

*Aliter ſe res habet noſtro jure attento.61.*



[library stamp]